Это цифровая коиия книги, хранящейся для иотомков на библиотечных иолках, ирежде чем ее отсканировали сотрудники комиании Google в рамках ироекта, цель которого - сделать книги со всего мира достуиными через Интернет.

Прошло достаточно много времени для того, чтобы срок действия авторских ирав на эту книгу истек, и она иерешла в свободный достуи. Книга иереходит в свободный достуи, если на нее не были иоданы авторские ирава или срок действия авторских ирав истек. Переход книги в свободный достуи в разных странах осуществляется ио-разному. Книги, иерешедшие в свободный достуи, это наш ключ к ирошлому, к богатствам истории и культуры, а также к знаниям, которые часто трудно найти.

В этом файле сохранятся все иометки, иримечания и другие заииси, существующие в оригинальном издании, как наиоминание о том долгом иути, который книга ирошла от издателя до библиотеки и в конечном итоге до Вас.

**Правила использования**

Комиания Google гордится тем, что сотрудничает с библиотеками, чтобы иеревести книги, иерешедшие в свободный достуи, в цифровой формат и сделать их широкодостуиными. Книги, иерешедшие в свободный достуи, иринадлежат обществу, а мы лишь хранители этого достояния. Тем не менее, эти книги достаточно дорого стоят, иоэтому, чтобы и в дальнейшем иредоставлять этот ресурс, мы иредириняли некоторые действия, иредотвращающие коммерческое исиользование книг, в том числе установив технические ограничения на автоматические заиросы.

Мы также иросим Вас о следующем.

- Не исиользуйте файлы в коммерческих целях.
  Мы разработали ирограмму Поиск книг Google для всех иользователей, иоэтому исиользуйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.
- Не отиравляйте автоматические заиросы.
  Не отиравляйте в систему Google автоматические заиросы любого вида. Если Вы занимаетесь изучением систем машинного иеревода, оитического расиознавания символов или других областей, где достуи к большому количеству текста может оказаться иолезным, свяжитесь с нами. Для этих целей мы рекомендуем исиользовать материалы, иерешедшие в свободный достуи.
- Не удаляйте атрибуты Google.
  В каждом файле есть "водяной знак" Google. Он иозволяет иользователям узнать об этом ироекте и иомогает им найти доиолнительные материалы ири иомощи ирограммы Поиск книг Google. Не удаляйте его.
- Делайте это законно.
  Независимо от того, что Вы исиользуйте, не забудьте ироверить законность своих действий, за которые Вы несете иолную ответственность. Не думайте, что если книга иерешла в свободный достуи в США, то ее на этом основании могут исиользовать читатели из других стран. Условия для иерехода книги в свободный достуи в разных странах различны, иоэтому нет единых иравил, иозволяющих оиределить, можно ли в оиределенном случае исиользовать оиределенную книгу. Не думайте, что если книга иоявилась в Поиске книг Google, то ее можно исиользовать как угодно и где угодно. Наказание за нарушение авторских ирав может быть очень серьезным.

**О программе Поиск книг Google**

Миссия Google состоит в том, чтобы организовать мировую информацию и сделать ее всесторонне достуиной и иолезной. Программа Поиск книг Google иомогает иользователям найти книги со всего мира, а авторам и издателям - новых читателей. Полнотекстовый иоиск ио этой книге можно выиолнить на странице http://books.google.com/

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 2044 022 394 472

Digitized by Google

P Slav 424.50 (74)

Harvard College Library

FROM

By Exchange
Univ. of St Petersburg

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# ЗАПИСКИ

# ИСТОРИКО-ФИЛОЛОГИЧЕСКАГО ФАКУЛЬТЕТА

## ИМПЕРАТОРСКАГО

## С.-ПЕТЕРБУРГСКАГО УНИВЕРСИТЕТА.

ЧАСТЬ LXXIV.

С.-ПЕТЕРБУРГЪ.
Типо-Литографія К. Биркенфельда (В. О., 8-я лин., № 1).
1904.

Digitized by Google

Digitized by Google

# CARMINA SEPULCRALIA LATINA

## EPIGRAPHICA.


COLLEGIT

Ivan (Ilitch) Kholodnyak editor

**JOHANNES CHOLODNIAK.**


EDITIO ALTERA

EMENDATA ET AUCTA.


PETROPOLI.

Typis C. Birkenfeld, I. B. VIII, 1.

MCMIIII.


Digitized by Google

Slav 20.4.74
12255.19.2
Class 2148.973
Slav 21.4
Slav 20.4.74
P Slav 424.50 (74)
Harvard College Library.
May 27 1904.
By Exchange.
Univ. of St. Petersburg.

Печатается по опредѣленію Историко-Филологическаго Факультета С.-Петербургскаго Университета. 27-го Января 1904 года.

Деканъ *С. Платоновъ.*

Digitized by Google

STUDIORUM BONNENSIUM

a. D. MDCCCLXXXVI

# FRANCISCO BUECHELERO

PRINCIPI

CAROLO HOSIO
AUGUSTO DIETERICH
CAROLO WOTKE
AUGUSTO OXÉ
HENRICO ROSTAGNO

aliisque sodalibus
sacrum.

Stösst an, Bonna soll leben!

Digitized by Google

1102-7

Digitized by Google

# SYLLOGES CAPITA.


| | | PAG. |
|---|---|---|
| I. | Coniuges | 1 |
| II. | Parentes et liberi | 113 |
| III. | Fratres et sorores | 227 |
| IV. | Familia promiscua | 239 |
| V. | Familia incerta | 265 |
| VI. | Domini, servi, liberti | 274 |
| VII. | Amici et sodales | 294 |
| VIII. | Mausolaea et vivorum monumenta | 306 |
| IX. | Tituli narrativi | 330 |
| X. | Tituli autobiographi | 387 |
| XI. | Adloquia | 438 |
| XII. | Epitheta | 452 |
| XIII. | Vota et preces | 456 |
| XIV. | Sententiae | 474 |
| XV. | Fragmenta | 491 |
| | Addenda et corrigenda | 504 |
| | Index | 505 |


# COMPENDIA.

[ ] supplenda, ( ) addenda, < > eliminanda, | versuum divisio, | | | | . . . . lacunae.

*C. I. L., C.*, 1—XIV = Corporis inscript. lat. volumina. B., *Buech.*, *Buecheler* = Buecheleri Carmina epigraphica, I—II, Lips. 1895—97.

n. = huius sylloges *numeri*.

Saepius laudantur: *Birt*. Rhein. Mus. 1899, 54, 1; *Church*, Beiträge zur Spr. der lat. Grabinschr., Leipz. 1901; *Geffcken*, Jahrbücher f. cl. Phil. 23 Suppl. I; *Gustafsson*, Romersk Inskriftspoesi, Helsingf. 1899; *Hosius*, Rhein. Mus. 1895.

Digitized by Google

50 p. 286 sqq.; *Kaibel*, Hermes, XXXV (1900); *Kaufmann*. Die sepulcralen Jenseltsdenkm. Mainz 1900; *Lier*, Philologus 62 (1903), 3; *Pomialowski*, Studia epigraphica (ross.), Petr. 1873; *Schröder*, Studien zu d. Grabdenkm. Bonn, 1902; *Seidel*, über römische Grabinschr., Sag. 1891. *Tolkiehn*, die inschriftl. Poesie d. Römer. Neue Jahrbb. 1901, 7; *Torelli*, Saggi su l'epigrafia sepolcr. latina, Ar. 1898; *Weyman*, zu den «Carmina lat.», Blätter für das Gymnasialschulwesen, XXXI, 9—10, 1895; *Zander*, Versus italici antiqui, Lund. 1890; *Zimmermann*. der kulturgesch. Werth der röm. Inschrift., Hamb. 1887.—Opera minus saepe citata hic omittimus.

Digitized by Google

Emendatior haec altera, quam illa prior anni MDCCCIIIC, prodit in lucem editio auctiorque: nam quotquot in Corporis voluminibus per hosce VI annos impressi sunt tituli sepulcrales metrici recepi omnes, tenax quamvis propositi, ne alios in periodicis scilicet publicatos admitterem et inter christianos eundem quem olim delectum facerem. Id iure aliquo si quis mihi voluerit obicere, conferat ille ex. gr. B. 1302 = C. XI, 6249 (h. s. n. 279h); B. 1594 = C. XIII, 1849 (289c); B. 1593 = C. XIII, 2103 (289f); B. 1278 = C. XIII, 2104 (908a); B. 481 = C. XIII, 1393 (1056b); B. 631 = C. XIII, 911 (1056e) similesque haud ita paucos, qui in Corporis officinis limam ultimam passi longe politiores evasere. Sane desiderantur admodum multi, sed plerique cum a Corporis artificibus iam prelo traditi sint, re diu perpensa in supplementum eos brevi accessurum relego.

Quod praeter carmina, prosa etiam quae rhythmica dici solet compositos admisi multos, cui dicendi generi nunc ipsum viri docti incumbunt, nemo credo mihi improperabit; quod vero in adnotando brevis esse laboravi, operaque laudavi nonnisi quae ad rem quam maxime pertinerent, cavendum censui, ne paginarum numero in Commentariis Facultatis nostrae mihi benigne concesso inmodice abuterer: cuius beneficii nunc iterum in me conlati, dum vita manet, animum memorem habebo.

Digitized by Google

Digitized by Google

# I.

# CONIUGES.

**1.** II 558 Emerita

M. Helvius W. lib. Mar | sua ann. LX, Mallia W. | lib. Galla uxor ann. | XXXXI h. s. s. s. v. t. l. |

tu, qui carpis iter gressu properante, viator,
siste gradu(m), quaeso: quod peto, parva mora est:
oro, ut praeteriens dicas: «s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)!»

B 1451 1. W est mulieris libertus; 4 fin. cf. Mart. Sp. 24, 6; 5. de pentametro cf. ad II, 540.—De tituli forma cf. *Geffcken*, Jahrbb. f. cl. Phil. 23 Suppl. I p. 50. 53; de gravitate tumuli v. 5 cf. id. ibid. p. 51; de *situs* formula egit *Church*, Beitr. zur Spr. d. lat. Grabinschr. p. 7—40.

**2.** II 1399 Marchena

Firma Epaphroditi | ann. XXIIII |

Firma satis felix, cum me mea vita maneret,
coniugis obsequio cum pietate fui,—
coniugis illius, quem vix aequare mariti
adfectu poterint aut bonitate pari.
conlibertorum vultus animosq(ue) meorum
placatos merui sedulitate mea,
placatos merui per te magis, omnis ut aetas
sanguine me iunctam crederet esse sibi.
qui tecum pia castra sequi consuetus, et ille,
quem lex servitii distrahit a domino,—
hos omnes tibi pro meritis, qui sidera torquent,
secum placatos semper habere velint.

B 1140 2 et 5 emendari solet *mi* et *poterunt*; 2. magis usitatum *dum vita manebat*, Verg. Aen. VI, 608. 661; X, 629; Mart. VIII, 38, 15; et passim in titulis, veluti V, 6693; VIII, 2803. 4524. 16463; IX, 4796; XII, 712. 973; 8 fin. cf. Verg. Aen. VII, 680; 12 fin. cf. ib. VIII, 141; 13. cf. ib. IX, 93.



Digitized by Google

**3.** II 1498 Astigi

Julia Sexta | Tiberii Stabilis | ann. XXV | h. s. e.
d(ic), q(ui) l(egis): «s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)!»

**4.** II 1504 Astigi

L. Petronius L. f. Primus | hic situs est |
uxor cara viro monumentum fecit amanti.
optaram in manibus coniugis occidere:
quem quia fata nimis rapuerunt tempore iniquo,
ossibus, opto, tuis sit pia terra levis!

B 1138 De sensu tituli cf. *Zimmermann*, der Kulturgesch. Werth d. röm. Inschr. p. 8; 5. cf. II, 2282.

**5.** II 2299 Corduba

. . . . . . . . . . . . L. Ɔ. l. Optata, dulci[ssima] coniunx.
cuius relliquiae placide in tumulo hoc re]quiescunt.

supplevi ego.

1 fin. clausula solita, cf. n. 7, 10 all. et *C. Weyman*, Blätt. für d. Gymnasialschulwesen, Münch. 95, 31, IX—X p. 543; 2 fin. de *quiescendi* formula egit *Church*, Beitr. p. 41 sqq.

**6.** II 2567 la Coruña

d. ma. Ti. Pos(tumius) | Maternus Rustia(ae) Fl | avi(ae) uxsori pie | ntissim(ae) annor. | XXXIV |
d(ic), ro(go), [q(ui)] tra(nsis): «sit t(ibi) t(erra) levis!»

3. cf. II, 369; integer legitur II, 5241.

**7.** II 3001 Caesaraugusta

— servavi thalamum genio, dulcissime coniux:
servandus nunc est pro thalamo tumulus!
— ornasti et manes lacrimis, miserabilis uxor:
haud optare alias fas erat inferias!

B 1139 1. 2 adloquitur uxor defunctum maritum, 3. 4 respondet ille.
1. cf. Verg. Aen. VIII, 412: *castum servare cubile;*--*Zimmermann*, l. c. p. 8; 1 fin. cf. n. 5. 10. 42.--Ad sent. cf. *Torelli*, saggi, p. 32 sqq. - Symmetriam attende.

**8.** II 3367 Aurgi

C. C]or(nelius) Su[per] incola Aurg(itanus) VI vir [Aug.] et Ju *vel* Fau]stina uxor.

Digitized by Google

fu[tura] fiunt [fato: nunc vivo li]benter,
et quotiens poto, totiens propino [mihi ipse].

B 1851 3—4 supplevit B. verbi causa; cogn. *Super(us)* VIII, 58; XI, 1108; fem. *Supera* redit infra n. 109; cf. indd. Corporis.

**9.** II 4379 Tarraco

d m | C. Jul(i) Olympian(i) | Terent(ia) | Lucentina | Terent(iae) Valentinae lib. | sibi et suo coniug(i) |

v]iator, remane: re nova nomen s[cie]s
b[ene notuisse nostrum cunctis civibu]s.

B 122 3. *lator*, *amator* traduntur, corr. B., qui supplevit.

**10.** II 4427 Tarraco

. . . . . mili]t. leg. | . . . . . [coniugi pie]ntis | [simo]
. . . . . v.]a. L (?) men. IIII |

manes si saperent, miseram me abducerent coniugem.
vivere iam quo mi? lucem iam nolo videre!
dulcem carui lucem, cum te amisi ego, coniunx!
has tibi fundo dolens lacrimas, dulcissime coniunx.
lacrimae si prosunt, visis te ostende videri.
haec tibi sola domus [sedesque aeterna manet nunc];
semper in perpetuo vale mihi, carissime coniunx!

B 542 2 . . . . FAGMEN. IIII apogr. Stradae omnium optimum, ut videtur; 3. *Geffcken*, l. c. p. 125; 4. *quo me* lapis, ut videtur; ad sent. cf. n. 93, 19; 688, 6; 7. cf. n. 108, 10; Propert. V, 11, 81 sq.; *Pomialowskii* Stud. Epigr. p. 57. 147; v. 8 supplevi quae ad sensum necessaria visa sunt; carmen sane mulier heroico metro voluit componere; ad v. 9 confert Hosius Verg. Aen. XI, 97: *salve aeternum mihi.*—*Zimmermann*, l. c. p. 8.

**11.** II 5910 Castulo litt. satis antiquis

. . . . Salutae
pro meritis parvum munus hoc tibi dole(n)s redd(o)
s. t. t. l.

B 829 archetypum:
pro meritis parvum hoc munus tibi reddo dolenter,
vel ut mavolt Buecheler:
pro m. p. munus nunc hoc t. r. (*vel* : munus tibi r. maritus).

**12.** II 5965 Dianium

C. Jul(ius) H[ermadio] | sibi et Co[rneliae] Sphr[agidianae] uxo[ri]



Digitized by Google

voto sum compos: supe[rest mihi plurima proles],
coniugis, ut volui, sum [tumulata manu].

B 388 1. 2 suppl. Fita; 3 —Buecheler, conferri iussit idem VI. 12845: *superest generis mihi proles*; 3 init. cf. n. 143, 4; 4 fin. cf. n. 143, 6; supplevi ego; *sum munus nacta supremum* B.; pentameter mihi magis placet, licet non promoto in dexteram versu ut adsolet.

**13.** III 615 Dyrrachium

Calocaero gubern[atori] | Nic[e] car[i]s(sima) coniunx po(suit) | *etc.*

ortus in alta Ephyra . . . .

B 408 1. NICARVS traditur; emendavi; 3. ALIA Cyriaci apogr., corr. Mommsen; carminis principium esse agnovit idem; cf. B 1252.

**14.** III 754 = add. p. 992 = n. 7436 Nicopolis s. III p. C.

. . . . [coniugi dulcissimae] | et b(ene)m(erenti)
Fronto Augg. nn. dispens. Moes(iae) inf(erioris) |
floribus ut saltem re[qu]ie[s]cant membra iucundis
Aeliae carae mihi, nunc hoc inclusae sepulcro,
regina Ditis magni regis, [p]recor hoc te—
nam meruit haec multa suis pro laudibus a me—
inmeritae propere solventem fila dearum,
quae globo Parcarum revoluta cuncta gubernant.
qualis enim fuerit vita, quam deinde pudica,
si possem effari, cithara suadere(m) ego manes.
haec primum casta, quot t[e] audire libenter
et mundi spatia, Ditis quoque regia norunt.
hanc, precor, Elysiis iubeas consistere campis
et myrta redimire com[a]s et tempora flore.
Lar mihi haec quondam, haec spes, haec unica vita,
et vellet, quod vellem, nollet quoque, ac si ego nollem;
intima nulla ei, quae non mihi nota fuere;
nec labos huic defuit, nec vellerum inscia fila,
parca manu, set larga meo in amore mariti.
nec sine me cibus huic gratus, nec munera Bacchi,
consilio mira, cata mente, nobili fama.
carmini, possessor, faveas, precor, ac precor, ut tu
hanc tituli sedem velles decorare quodannis
et foveas aevi monumentum tempore grato
roscida si rosula, seu grato flore amaranthi,

Digitized by Google

et multis generum pomis variisque novisque,
ut possit toto refoveri temporis anno.

B 492 1. *securitati aeternae* Mommsen Domaszewski; 6. de positione *meruit* ante *h* cf. *Birt*, l. c.; 3. de sent. cf. *Church*, Beitr. p. 57; 7. *inmeritae* non est adverbium, sed iungendum cum Aeliae v. 4; *solventem* h. e. *te*, v. 5; 9. *vita* melius iungetur cum *qualis*, quam cum *pudica*; 10. post *cithara* solebat interpungi ante Buechelerum; *suadere* esse posse infinitivum vidit idem; *suadere(m)* plerique recte; 11. *quot (par) te audire* emendabat Haupt olim; 14 fin. cf. *Weyman* l. c. p. 541; 15. *unica vitae* edebatur olim; VITA esse in lapide testatur Domaszewski; equidem suspicor ET sequens ortum esse e quadratarii errore, quod etiam metrum aliquatenus ostendit; sane melius procedit sententia, si legas *h. spes h. u. vitae*; de hiatu cf. *Birt*, Rh. Mus. 1899 (54, 1) p. 222 sqq.; 16. notum Sallustianum Catil. 20 iussit conferri Buecheler; 17. reponendum *nulla illi*; 19. init. *parca manus et*, *Zimm.* l. c. p. 35 not. 10; fin. cf. n. 29. 30; 20 fin. cf. Horat. Od. 4, 15, 26; Verg. G. II, 454: *Weyman* p. 541; 23. *velles* esse *vellis*, *velis* vidit Buech.; 24. *aevi* noli in *anni* mutare: est *monumentum aevo factum*, ut passim; 25. *si* lapis: exspectes *seu*; morem antiquum servatum esse putat Buecheler; cf. n. 108, 16; 110, 5; 26. *multigenerum* Plautinum confert idem; 27. h. e. *tempore anni*.—cf. *Friedl.* Darst. I (6), p. 520; *Zimmermann* l. c. p. 9; de vita post mortem deque mortuorum apotheosi v. *Schröder*, Stud. zu d Grabd. p. 16 sqq.; de dis maleficis (Parcis, Harpyiis, simm.) ib. p. 24+no 6; cf. *Kaufmann*. Jenseitsd. p. 93 sq.

**15.** III 1537 Sarmizegetusa cf. add. p. 1407

d m | hic pietatis honos, haec sunt pia dona mariti,
cui multum dilecta fui ego, Marcellina,
promerita: cernis, qu(a)e mihi solus coniunx Aelius
eoque post obitum memor amoris dicat.

B 597 1. Vergilianum esse *hic p. h.* Aen. 1, 253 viderunt editores; cf. n. 1041; 3. *pro meritis* solet emendari probante Buechelero; cf. n. 16, 6; non est tamen *pro merita* (=p. meritis), ut dedit Mommsen; esse posse *promeritam* monuit Buecheler iussitque conferri Verg. Aen. IV, 335; 4. vice pentametri fungitur.

**16.** III 1759 Epidaurum

conubii decus egregium, lux alma parentum
eximiumq(ue) bonum corporis atq(ue) animi,
invidia fati rapitur Vincentia florens,
et nunc ante patrem conditur Helionem,—
quin potius corpus; nam mens aeterna profecto
pro meritis potitur sedibus Elysiis.

B 1311 3. *florens* pro solito *in flore iuventae*; 6. cf. *poteritur*. n. 393, 13; *Georges*,

Digitized by Google

Lex. d. lat. Wortf. s. v.; non esse s. III p. C. antiquiorem monet B.; cf. *Zimmermann*, l. c. p. 24.

**17.** III 1760 Epidaurum

. . . . an]n. XXV h. s. e. | . . . nius posuit | . . . e suo |
. . . . co]ntubernali | [s]uae bene | [me]renti a se |
et te, terr]a, precor, leviter [super] ossa residas,
senti]at ut pietas [prae]mia, quae meruit.

B 1047 3. 4. supplevit Otto Mueller ex titulo urbano Anthologiae Burm. IV, 285; cf. C. VI, 9204. 16825; de terrae sive lapidis levitate egit *Church*, Beitr. p. 61 sq..

**18.** III 1992 = 8574 Salonae

A[g]riae Januariae def. annis | XXXXI[III] vergin[i]ae et coniugi *etc.* M. Jul. Felix ab ratione fisci | vivus posuit.
vivas, qui dixeris: «vivit Elysiis».

B 1465 3. ad metra tendere videtur; cf. III, 14921.

**19.** III 2667 Salonae

A, dolor, even]it [fatum quod trist]e [maritae],
Triste q]uoq(ue) et natae: nata uti cōmite [mater]
Tempore quo v]o[l]u[i]t, [lat]ro cōmitata(m) necavit.
Iam lucr]um sprevit nulloq(ue) cupidine ius[to]
Cessit, fr]ugi fuit, uno contenta marito.
Attica] no[m]en erit a summo [vertice] vers[us].

B 643 Pessime descripta legitur in ms. Bartoliano; sententia qualis fere esse potuerit, ostendi.
2 *quoque*, 4 *lucrum, iusta* (malim *iusto*) praeivit B.; 5 *frugi* Leo coniecit, *fuit contenta* Mommsen, cf. n. 62. 191. 114,3; Propert. V, 11, 36. 68.

**20.** III 3196 Dalmatica incerta

coniugis officium paret tribuisse maritum:
sic tulerat fatus, non exsuperasse parentes.
hec docuit matres miseras non tollere natos;
(quinque) et (viginti) ann(os) sine crimine vixit.

B 382 2. significatur parentes mulieris ante ipsam obisse; contra mulierem parentes praecessisse adfirmat Buecheler; 3. etiam liberos amisit eadem; cf. III, 2083. 3063 all., 4. *quinque et bis denos* reponit Buech., cf. Verg. Aen. IV, 550; *Weyman* p. 536.

Digitized by Google

**21.** III 3337 Intercisa

hoc lapide tegitur Aurel(ia) Pia piissima con[iux]
[e]x Nic[i]a cives Byth(inicae) originis orta.
ter [q]uinde[cim] annos, non plus, adoleverat aetas:
florent[is ae]t[a]tis immatura v[i]ta [pere]mpta.
vos testo[r, superi, non hoc meruisse videbar.]

B 557 1. exspectes *tumulo*; 2 in. LX traditur; 3. *ter vindeo* lapis ut videtur male lectus; ut supra, dedit Mommsen, sententia v. 4 aliquatenus repugnante; *ter vix(it) deno[s]* fecit Buecheler non multo melius; an fuit *ter quinos*? cf. Petron. B³ p. 117; *Weyman* p. 543; de numeris aetatum cf. *Tolkiehn*, inschr. Poesie, p. 172; 4. *florent[em rapuit mor]s* Buecheler; ut supra, ego scripturae vestigia secutus non satis certa; 5. usitatam locutionem reposui, cf. III, 3241, et n. 81. 4.
3. fin. attulit Hosius Verg. Aen. XII, 438: mox cum matura adoleverit aetas.

**22.** III 3351 Stuhlweissenburg litt. s. III.

hic iacet in tumulo Aur(elia) Sabina, pientissima coniux annor. XXV,
quem lapis ist[e] tegit, rapta [est d]e luce serena,
q[uae] magis debuerat fe[ss]os sepelire pare[n]tes.
o. dolor! o, pietas! o funera tristia coniugis!
Marcus Aur(elius) | Attianus dec. ale I Trh | acum
et Aur(elia) Sabinilla | filia eorundum vivi | sibi
faciundum curarunt |

B 556 1. archet. esse *hoc iacet in tumulo* et tituli probant, velut III, 3397 all. et poetae, ut Martial. VI, 52, 1 (Hosius); 3. *quem* ex archetypo *nati* vel adeo *mariti; est d* litteras in lacunam recte quadrare Mommsen ait; *raptam* posse reponi vidit Buecheler, ut in III. 3397; 4. *magis* pyrrh.; 5 init. cf. Stat. Silv. V, 3, 254; Mart. VIII, 78, 4; 5 fin. archet. *o funera tr. nati* (*natae*); 7. *eorundum* (sic) nomen matris subintellegitur.

**23.** III 3397 Campona

hoc iacet in lapide Aure(lia) Marcellina, pientissima coniux,
quem lapis ipse tegit rapta(m) de luce serena.
huic aetas prima cum florebat in annis,
invida fatorum genesis mihi sustulit illam,
superante genetrice sua, quae se cupiebat ob illa(m)
ante morti dari, qu(a)m sibi flebil(is) casus
acciderit, filia que permansit in [ann]o[s XX]V s(emis).
et quicumque legis, nostros i[mi]t[ar]e dolores:
sic aput Elysias sedes iucund[i]t[er v]ivas.

Digitized by Google

B 555 1. archet. *in tumulo*, cf. III, 3351; 1 fin. cf. *Weyman* p. 543; 2. redit in eodem titulo; archet. *iste*; 3. reponendum *primis*; 4. confert Hosius Lucan. I, 70; cf. etiam n. 106, 4; iniqua stella et genesis mala, XII, 2039; gloss. Epinal.: *ge(ne)sis fatum, decretum; Helmreich*, zu d. Gloss. von Epin., in Ar. f. l. Lex. VII, p. 274; 5. *pro genetrice* requiritur; *ob illam* esse *pro illa* vidit Buecheler; *ab illa* dedit Mommsen; 7. *accideret* solet corrigi; *permansit inni* | *o* | *uuus te* (vel *et*) exceptum; *in annos XXV set* Mommsen; *in aevo anguste* Buecheler; ut supra ego; 8. *nostros miserare* Buecheler; *imitare* ego; 9. versus desperatae lectionis; *elysiasisen* | *tor desceiucund* | *i* || *ivas* descriptum; vidit Buecheler recte, ut opinor, *tor* litteras errore incidentis e versu inferiore esse repetitas, fort. etiam quae praecedunt *n* | eidem vitio debita; post *des* quae sequuntur litteris *ce* uti nescio; *que* non satis placet; *sedes per gaudia* dedit Buecheler; ut supra ego.

**24.** III 3572 Aquincum s. III p. C.

hic sita sum matrona, genus nomenque Veturia,
Fortunati coniux, de patre Veturio, nata
ter novenos misera et nupta bis octo per annos,
unicuba, uniiuga,
quae post sex partus uno superstite obii.
T. Julius Fortunatus > leg. II Ad. P. F. |
coniugi incomparabili et insigni in se pietate |

B 558 3. fin. cf. Verg. Aen. II, 363; G. II. 100; III, 47; IV, 208; Mart. I, 108, 1; 4. versus non perfectus ab auctore; cf. n. 19; Plaut. Mercat. 812; Prop. V, 11, 91; Catull. 111; cf. *Torelli*, saggi, p. 35 sq.; 5. pentametrum dare voluit; scande *superste*, de qua forma egi in Ephem. Min. Publ. Instr. 1894 sect. phil. class. p. 110; 7. cf. Vergilianum *insigni pietate*. Aen. I, 10.

**25.** III 4185 Savaria s. IV p. C.

Fl(avius) Dalmatius v(ir) p(erfectissimus) ex pro(tectore) |
qui vixit an. XL et Aur(elia) Julia conp(ar) dulc(issima) |
qu[ae] vixit an. XXXV ideoque hunc titulum | scripserunt
quisquis he(ris) post me (dominus) Laris huius et orti,
vicinas mihi carpe rosas, mihi lilia pone
[ca]nd[i]da, q(uae) viridis dabit ortulus; ista beatum!
. . . Volussius et Sabatia lib(erti) posuerunt |

B 578 3. *qui*; 4. *he. post me dm. laris huius* | *et orti; orti* retinet *Birt*. Rh. Mus. 1899 (54, 1); 6. *ca]ndedas q. viridis dabit ortulus*, lapis; *ista* lapis litteris contignatis; *ita* Mommsen; *ista beatûm*. h. e. ista sunt munera beatorum (defunctorum), Buecheler.

Digitized by Google

**26.** III 6380 Salonae

Marcia Aelia sib[i et] Ulpio Andronic[o con] | iugi
vivi feceru[nt]. |
sum Frygiae te[rra] natus et. multa p[era]grans.
veni in D[al]matia(m) sane sa[lute] bona.
in quan[tum pla]cuit aeterna(m) [habi]tare domu(m).

supplerunt Mommsen, Bormann, Buecheler.

B 1267 4. fin. Sa[lona] Buech.; 5. *aeternam habitare*, id.; *licuit* vulgo, B. in textu; *placuit* id. in adnot.; *evitare* posse etiam reponi vidit Mommsen; versus ad pentametrum inclinat.

**27.** III 6744 Satala

[Atticae] C... | . . Jun[ianus | femi] | nae d[ignae]
Attica dis data sum turbā comitatā meorum:
Roma mihi tellus: genus inde; set hospita sedes.

B 418 2. confert Buecheler Propert. V, 11, 98; Ovid. Met. VI, 594; Vergl. Aen. II, 580; *comitata* passive; minus placet *turba(m) comitata*; 3. *tellus* h. e. natalis; *hospita sedes* h. e. Armenia; fin. cf. Ovid. Met. III. 637.

**28.** III 7868 Maros-Némethi (Micia)

d m | Aelia Hygia, vixi[t] annis XVIII | Ael(ius)
Valent(inus) | [dec. col. Ap]ul. [f]lam[en col.] |
libertae et co(n)iugi | gratae |
quam tempus durum rapuit familiamque simul;
Dacia te voluit. possedit Micia secum.
havé. puella. múltum adqu(e) in aevúm vale!

B 1558 4. *familiam | quae*, lapis; 6. *inaeum*. tradebatur; corr. B. ex apographo Domaszewskii.

4. hexametrum restituit Buecheler ad tit. hoc modo:

quam tempus durum rapuit famulosque simitu,

acute sane: quamquam poterat illud *familiamque simul* exitus fuisse pentametri alicuius. cum hexametri parte maiore inepte conglutinatus; vitiosam eiusdem modi productionem habes et in senario qui sequitur versu: *in*.

**29.** III 8135 Viminacium

[hic iaceo infelix. sed nullo crimine coniux]:
[occubu]i terra quam pro[c]ul a patria!
morib(us) et form[a p]ariter laudabilis, ut quis
cernere non posset, pulchrior an melior.
nunc [t]umulus super. et super est Petronia nomen:
annos bis denos adq(ue) duos tetuli:

Digitized by Google

[casta, pudica fui, perstans in amore m]ariti,
qui caruit vita, quom caret hac anima.
nec carum cinerem at terram asportare paternam
quivit, et hic miserum ut discruciet stimulus.

B 1044 1. supplevi ad sensum; 2. *ponitur i]n* Domaszewski, sed prima littera non est N; ut supra ego; *membra hic posu]i*, Buech.; 4. *cernere* est *discernere*; 5. idem exitus III, 9610, 1; 7. supplevi ego; *hic me nunc posuit Percenni cura m]ariti*, Buech.; cf. n. 14, 19; 8. lusum attende.

**30.** III 8158 Singidunum

[d] m
[siste gradum, tumulum cernis quicumq]ue viator:
[hic iaceo . . . . . .]tii [carissima coni]ux.
[casta, pudica fui, perstans in amor]e m[ari]ti,
[qui caruit vita, quom care]t [hac ani]ma.

supplevi.

5 supplevi ex III, 8135.

**31.** III 9302 Salonae s. fere II p. C.

d m | L. Publicius Trophi | mus heres institu(us) ab Val(eria) | Philete uxore mea in memo | ria(m) karae coniugis et m(e)i po | sui stilibatam causa arae | . viatorib(us):
bene concordes
vivite: vivendo fit minus una dies.
commemora tecum ⏑⏑–⏑⏑ nil stomacandi:
haec nobis d(omus) perpetua.

B 1588 2. *memoria*, 3. *mi* lapis (probatum B—o); 4. supplendum *edico*, *praecipio*; minus bene cohaeret cum praecedentibus; 5—8 lacera membra distichorum duorum; 6. *minus una* de varietate rationis vivendi intellego, cf. Petron. 72: cum sciamus nos morituros esse, quare non vivamus? Vero, vero—de una die duas facere; 7. sent. talis fere: dum vivis vive; noli tamen morti irasci.

**32.** III 2609=2964=9418 Salonae s. II p. C.

Vitalis | Pieridi | L. Pomponi Pietatis ver(nae) | b. m.
Pieris hoc tumulo tegitur, de matre Venusta
sexto nata loco quae fuit, a reliquis.
nondum viginti iuvenis compleverat annos,
quoi quoque virginitas nuper adempta fuit.
grataque florebat cunctis mortalibus aetas.

Digitized by Google

quam Fors ad superos noluit esse diu.
non pudor huic aberat, pietas non grata parenti,
non amor in fratres eius avarus erat:
cara fuit mater fuerant caraeque sorores
et pia coniugio grataque semper erat.
invida Pieridi cum venit letifer(a) hora,
qua cubuit molli languida saepe toro,
hanc Atropos rapuit Lachesisque et tertia Clotho:
infelix mater tollit ad astra manus,
incusatque deos, incusat denique Parcas,
quae vitam pensant quaeque futura canunt.
inplerunt fratres magnis mugitibus auras
et cuncti flebant nec minus ante rogum.
haec fuit ad tumulum miserae vox ultima matris,
ossa simul vidit tabida Pieridis:
«hanc Humus excepit, leviter, precor, illa prematque,
infantem ex utero quae quoque sustinuit».
coniunx Pieridi-supremum munus-amatae
hunc titulum scripsit pro pietate sua.

B 1141 2. fin. *a reliquis*, descr. Sticotti; *e rel.* vulgo; 11. fin. cf. Verg. Aen. III, 139; 12. emendandum fort. *quo cubuit*; 16. fin. cf. Tibull. III. 3, 36; 17. cf. Verg. Bucol. VI. 48; Ovid. Met. III, 21; 18. cf. n. 410, 10; Stat. Silv. II. 1, 2; 21. *excepit* lapis; malim *excipiat*: *Terram Matrem* intellegendam vidit Buecheler; cf. *Pomialowskii* Stud. Ep. p. 54 sq.

**33.** III 9506 Salonae — circiter p. C. 375

Constanti coniux, parvorum mater Honoria,
dulcibus eximie carissima semper et una,
conple(n)s ter denos quae vitam vixerit annos,
martiribus adscita cluet, cui parvula contra
rapta prius praestat tumuli consortia dulcis.

B 666 3. *conples; cul.* lapis; 1. *Honoria* laeso archetypo contra metrum inlatum; 4. pro *contra* malim *nata*; potest fuisse et nomen aliquod a quadratario pessumdatum; exadversum esse sepultam Honoriae filiam putat Buecheler.

**34.** III 9623 Salonae

(hunc) Ursi tumlum cernis quicumq(ue) viator,
quem (i)uvenem rapuit sors ultima, perlege, q(uae)so;
qui vixit quinquaginta in annis.
heu, m(i)sera Alexandria gemit decepta marito,

Digitized by Google

qui est putita dulcem coniugem' viginti et sex annos.
et nemo reventos: alios mone: vita brebis est:
cunctis fila parant <et> Parce, nec parcētur ullis.
hunc illi dismisit duo anxia natos.
condicio talis omnem conplectitur urbem.
sed m(e)ritum et binefacta adiu[t]an(t) laborq(ue) fidesq(ue).
haec ne libertum dominis fecere probatum,
hec ne defendunt senper sociantq(ue) beatis.
si par esse belis, semilem mihi suscipe curan.
recepi propter pagana.

B 627 1. *hunc* addidi; *tumlum* non mutandum; 2. VVEAEMI, VITIMA, TERLEGE, QSO lapis; *iuvenem* solet emendari, adversante licet Ursi aetate v. 3; formula ex archetypo iuvenis desumpta; 5. *qui* fem. ut passim; *putita* est *potita*, cf. III, 9634; 6. turbata est solita formula *unde nemo revenit; reventos* esse *reventost. reventus est* a *revenior*, dictum ut *regressus est* monuit Buecheler; 7. *et* abundat; *parcetur* est praesens; vetustioris auctoris esse versum sumit Buecheler recte; 8. *hunc* est *huc*, non *hic*; exspectes sane *huic ille—anxiae; nunc* corr. Hirschfeld; cf. XI, 198 *a*; 9. *conflectitur* lapis; *urbem* est *orbem*; 10. ADIVIAN lapis; 11. 12. *ne* est *nae* adfirmandi.

**35.** III 10501 Aquincum

clausa iacet lapidi coniunx pia, cara Sabina:
artibus edocta superabat sola maritum.
vox ei grata fuit, pulsabat pollice cordas,
set, cito rapta, silet. ter denos duxerat annos,
heu! male quinque minus, set plus tres meses habebat,
bis septemque dies vixit h(a)ec ipsa superstes.
spectata in populo hydraula grata regebat.
sis felix, quicumque leges: te numina servent!
et pia voce cane: «Aelia Sabina, vale!»
T. Ael(ius) Justus hydraularius salariarius leg.
II Ad(iutricis) coniugi faciendum curavit.

B 489 1. *sabina* lapis corr. ex *sadina*; 3. *puisabat*; 4. *silpi* lapis; corr. Thewrewk; 5. *hfu*; *meses* lapis, quod sane retineri potest; 6. *hec*; 7. *populo* lapis corr. ex *eopulo*.

3. confert Buecheler Tibull. II. 5. 3: *vocales inpellere pollice chordas*; Hosius Ovid. Met. X. 145: *temptavit pollice chordas*; cf. etiam Stat. Silv. V. 5, 31; *Weyman* p. 541; 4—6. vixit igitur an. XXV m. III d. XIIII; *superstes* non est nom. sg., sed acc. plur., interpungendum itaque neque post *vixit*, neque ante. cf. ad III, 3572; *superstem* restituebat iam Casaubonus in titulo Aureoli. cf. Baehr. frgmm. pp. II. p. 382, 14.

Digitized by Google

**36.** III 10864 Siscia s. III ex.

. . . . . . . ec . . u[xo]ri | posuit carissim[a]e suae | Maximille.

nomina tue (ad) superos laudesq(ue) manebunt;
adque utinam su[p]erstes amic(o)
reciperes tua mer[i]ta magna.
coniugio ereptam·Firma(m) requiris ibidem.

B 598 2. erat *Maximillae* signum *Firmae*; 3. corrupit poeta Verg. Aen. I, 609: semper honos nomenque tuum laudesque manebunt; cf. Ecl. V, 78; *tue* erit *tui*; fort. etiam *superos* corruptum a quadratario ex *sēperōs*; 4. 5. hexametros voluit scriptor; 6. *requiris* loco imperativi esse positum putat Buecheler.

**36a.** III 12458 Durostorum

q]uae form[a dictast alias superasse puellas
Helpis, h]umo com[missa iacet, mansura per aevum,
et l]apidi: situs [est natus, qua mater, in arca.
Val]ens>l. XI Cl. co[niugi carissimae...

B 1707 Supplendi periculum fecimus B. ego.

**36b.** III 12706 Podgorica

d m s | Cl. Aniceto | marito pientissimo
Cl. Olympia uxor | memoriam posuit | qui
vixit an. LVIIII | m. VIIII dies V. has | pro meritis
sedes | carissimo coniugi | memoriam posuit |

3. 4. turbatum archetypum puto hoc: hasce pro meritis sedes carissima coniunx.

**36c.** III 13529 Ovilava litt. s. IV p. C.

Fl. Januarius mil. vivus fecit
condita sepulcro hic pausat Ursa Crestiana fidelis,
an. XXXVIII
per partum subito ducente inpio fato est tradita Tartaris imis,
et me subito linquit sibi coniugem pro tempore iunctum;
quem ambulo et quero miser, quem ipse aeterna condidi terra.
o, quit tribuat genesis, qui separat convirginios dulcis?
ut non licuit nobis iugiter supernam frunisci caritatem.
hoc dico legentibus et lacrimis prosequor verba.
coniuncti amantis semper se bene dicere debent,

Digitized by Google

quia nihil erit dulcius, quam prima iuventus.

**excerpsisse nostrum archetypa pagana satis apparet.**

2. annorum numerus extra tenorem carminis positus; 5. *quem*=*quam*, ut passim, et 6. *qui*=*quae* potius, quam *quia*; *genesis* pro fato sive sorte nascendi, cf. n. 23, 5; *convirginii* pro *coniugibus* novum; solent occurrere sane *virginii*, velut n. 1371; 7. *supernam*=ad superos; 9.=amantes.

**36d.** III 14292 Salonae

d m |
Ulpia Celerina dulces habe Gorgonio tuo castissima senper,
cuius simplicitas et obsequentia laudatur et amatur ubique, et
cuius [c]onsilis nulla decepta amo,
aeternamque domu ut fecit superstes maritus
sic meret virginia votissima mihi uno marito, et
vos be[n]e vivendo [h]ec saltem sperare de[b]etis.
Ulpius Gorgonius piissimus Celerine conpari pientissime *etc.*

1.=dulcis have; 3. metrum corruptum; pro pentametro habet suppletque *a(ni)mo* Kubitschek; 5.=devotissima; 6. *vos*=superi.

**36e.** III 14314[1] Salonae

condita cara suis hoc] coniux est mo[nimento],
quam secum cunctae] gentes reti[nere cupirent],
heu, rapitur, luctumque suo] relinqu[it acerbum]
omine cui nupsit tristi v]oto[que marito.]

2. CFNTES lapis litteris prioribus semiplenis.—Supplevi.

**36f.** III 14764 Salonae

A. Cardius Fest | us Jul[i]e Maxu[m]e |
coiugi fecit suae.

2. ex iambicis, cf. n. 105. 6.

**36g.** III 14799[1] Salonae

d m | Juliae Feli | citati . . . . uxori | *etc.*
qot vive melius destina(vi), mortue tamen b. m. p.

2. *quod vivae destinavit, obitae praestitit,* archet.

Digitized by Google

**36h.** 14886³ Salonae

uxoris pietas tu]mulum est inan[e mariti]:
coniugis ipsa su]i rogitantis con[didit artus].
cuius in aeternu]m laus est, non fac[ta peribunt].
officium fra]tres eiu[s subiere parati].
. . . . Aninia coi[ugi carissimo . . . .] | Fulgini[o . . . .
v. a. . . . .]IIII . . . .

supplevi ex. gr.—1. *tumulum* neutri, ut passim; 2. ad sent cf. n. 53. 271; 5 sq. prosa oratio.

**36i.** III 14910 Salonae

. . . . posuī hanc domu]m aeternam mihi et Aur | [eliae . . . . coniugi inn]ocentissimae ac obse | [quentissimae, cum qua c]oncorditer ann(os) X | . . . . [labor]avit et vixit bis de | [nos per annos et quatu]or, quos ora novissi | [ma divisit amantes . . . . ] o vulnus crudele | [nimis: positu]s hic est coniux tibi | [conubii decus] egregium, virginius | . . . . a c v . . . .

frustulis metricis passim distinguitur.

**37.** V 154 Pola

L. Cornelius | Cn. f. | Laecania Sp. (f.) | Maxsima |
tali ín coniugio haec úni officium praéstitit,
ex quá vir doluit núncquam nise mortem (ípsīus).

B 161 2 fin. cf. n. 19; 3. *nise cum mortuast* reponit Buecheler; exempla congessit id. ad. n. 162, quibus addantur V. 154. 4113; VI. 5767. 9141. 9810. 12871. 15126. 25022. 25184. 25595. 27257. 29054; X. 4787. 8192; XI. 932 all.

**38.** V 1071 Aquileia

Anicia P. l. Glucera fui; dixi de vita mea satis:
fuí probata, quaé viro placuí bono,
qui me ab imo ordine ad summum |
perduxit honorem.

B 66 1. *Glucera—satis;* 2. *fui—bono* in senariorum formam cogi possunt facile; 3—4 difficilius nec videntur urgenda.

**39.** V 1639 Aquileia

flebilis hoc m[anet in tumulo carus mihi coniux]:

Topius ille Bonosu[s erat dum vita manebat].
vi[x]sit m[ec]um plus m[inus ann. . . .]

B 1728 1. 2. sententiam explevi; *fl. h. multis vir conditus est monumento*, B.; 3. suppl. Mommsen; ad carmen revocat B. suppletque ex. gr.: *vi[te] sit mu[l]tum, plus e[st in morte salutis* vel *beati]*.

**40.** V 1710 Aquileia c. s. IV p. C.

nomine quae Solida vixit cum coniuge sancte,
clara genus et pulcra gena, sed plena pudoris,
hic iacet extremum fatis op(p)ressa sinistris.
h(a)ec eadem nox una dedit t(h)alamosque necemque,
aurea bis denos aetas cum stringeret annos;
quat(t)uor ast dederat solatia digna marito,
pignore caro tamen vacuum soluta cubile
pergit ad occasus, quoniam sors omnia volvit.
cuius pro meritis pulcram de marmore sedem,
Valeriane, dolens com(m)uni in pace parasti.

B 640 1. *sanctae*, 2. *cenus*, *çena* lapis habuisse traditur; 4. *haec* pro dativo habe Buecheler; *huic* corr. Steinbuechel nulla legitima causa; est sane nominativus; 6—7 contorto nimis sermone significatur post quattuor partus in quinto infeliciter obisse Solidam marito absente; *vacuum cubile* pro ablativo usurpatum; 8 fin. cf. Verg. Ecl. IX, 5; 10 fin. cf. Aen. VI, 69; IV, 457.
omnia fere ex paganis desumpta; qua veterum compilatoris Aquileiensis arte insignis nuper prodiit cento acrostichus Antonii cuiusdam def. a. 336 p. c. (Wiener Stud. 1902, II, p. 586), *pravam Genesin* accusantis, cf. n. 23.

**41.** V 1721 Aquileia

debita, non optata, dies iuvenili advenit aetati;
cum meritis gauderet suis, qu(a)e olim labore quaesiit,
<tunc> desertus dulce est coniugali vinculo,
ac post non magno et crudeli tempore
eorum fata dura coniunxerunt corpora:
unŏ iacent ambo non torŏ, sed tumulo.
nec remisere saltem subolem, qui meminerit suos,
quod non quidem solis, nec nunc primum contigit.
omnibus semper suis fuit carus amicus,
hic ducenae dignitate inter lectos meruerat viros,
huic contubernales sui id contra votum posuerun(t).
<fors> qui intendit, doleat, sed sic se fata ferebant.

Digitized by Google

centonem esse apparet ex archetypis compluribus concinnatum: v. v. 1. 2. 9. 12 ad hexametros tendunt et quidem 12 eliminato *fors* haud infeliciter; v. v. 3—5. 7. 8. 10. 11 in iambos redigi possunt; v. 6 pentametri vice fungitur.

2. *quaesitis* proposuit Mommsen; 3. *dulce* ablat.; fin. cf. Verg. Aen. IV, 16; 5. *durae coniunxerunt* traditum; *du(m) reconiunxerunt* Mommsen quaesite; asyndeton ei aetati prorsus respondet; 7. *qui* pro fem. ut passim; 9. exitus *carus amicis* exspectabitur; 10.=*ducenariae*, pro *ducenariā*; 12. Verg. Aen. II, 34: Troiae sic fata ferebant; Ovid. Met. III, 176; cf. VI, 22066, et infra n. 151. 7

**41a.** V 1880 Concordia

Fl. Victori . . . . Maura uxor coniugi cariss(imo).
quod debuerat virginius virginia[e] su(a)e
feciss[e], modo virginia fecit.
cum | quod vixit bene an. XXXV.

3. «on remarquera. . . . que les trois derniers mots forment la fin d'un vers trochaïque septénaire», *Cagnat*, sur les man., p. 56 n. 2; redolent sane v. 2 et 3 metrum ad instar illorum: *quod debuit filius. . . . parentibus* simm., sed ut ipsius Cagnatii verbis utar «peut-être est-ce là seulement l'effet du hasard»;—4. *d* obscurum.

**42.** V 2411 Ferrara

Claudiae Aug. l. Januariae | Artemonis Caesaris Aug. |
quid quereris fatis mortis, carissime coniunx,
cum sit communis omnibus una via?
desine sollicitum pectus lacerare dolore;
temporis hospitium non solet esse diu!

B 998 5. *hospitium* de hac vita constat usurpari: Cic. d. sen. fin.

**43.** V 3014 Patavium

d m | P. Pom(peio) | Firmo | infelic(issimo), | quem ma | ris
apstulit | undis, Jul(ia) | Olympia ma | rito b. m. p. |

2. 3. *quem maris (=mare) apstulit undis* de carmine desumpta; de forma *maris* cf. *Georges* Lex. d. lat. Wortf. col. 409.

**44.** V 3496 Verona

d. m. | Atiliae Maximinae, animae innocentissimae, | Caonius
Vitalis uxori incomparabili, | quae vixit mecum sine ulla
controversia | ann. XVIIII m. II d. VIIII, quae tulit secum
ann. XXXXVI |
quae dúxit secum, honós et gloriá,
aetérnum meum valé sola[c]iúm!

5. 6. sunt pentapodiae iamb.—Suspecta erat Orellio; tuetur Mommsen.



Digitized by Google

**45.** V 3653 Verona

Laeliae Clementinae | uxori incomparabili | Q. Furius
Secundus mari | tus et sibi vivus fecit |
functa iaces hic, set vivis vivesque Secundo,
Laelia, tuo, debent nec benefacta mori.
te, tellus, sanctosque precor, pro! coniugis manes:
vos ite placidi, tu levis ossa tegas!

B 1043 1. *Clementine*; 4. *debet*; 6. *ossua*, lapis.—3 ad sent. cf. Cic. Lael. 102: vivit semperque vivet; Plin. ep. II, 1, 11; vivit vivetque semper.

**46.** V 3996 ripa lacus Benaci

avete, anime innocentissime!
L. Oc(tavius) Treb(ius) | Jasius Max(imus) Val | erianae matri |
car(i)s(si)m(ae), quae vi | xit ann. XXXVI di. | VIII, et L.
Oc(tavio) Lucili | ano patri nobili | ssimo, qui vixit an. | LI m.
III dies XXII |
coniugiu[s hi]c ille iacet castissime fame,
quibus non <in se> licuit, bis denos viverent annos,
quos cito nimium rapuerunt fata te[n]e[brae].

B 595 6. *coniugius*=coniugium, coniuges; occurrit et *coniugia*, Archiv. f. l. Lex. II, p. 272; 7. *in se* Italorum *insieme*; cf. *Funck*, ibid. VI, p. 258; 8. *te.e...* descripsit Mommsen; *tenebre* legit Maffei probante Buechelero; potest subesse etiam *tenentur, tenent hic.*

**47.** V 4018 Arilica

Septumiae L. l. | Severae L. Poblic(ius) Abascant(us) |
pro meritis parum, pro facultate satis

2. ad pentametrum adspiravit qui composuit; eadem fere sententia redit V. 7581 *monumentum pro re magnum, pro pietate parvum;* cf. X, 1887; Mart. IV 51, 5.

**48.** V 4593 Brixia

v. f. | Q. Egnatius | Q. l. Blandus | sibi et | Minuciae Urbanae |
uxori |
pro paupertate haec summo tibi tempore, coniunx,
ut potui, meritis parvola dona dedi.

B 1042

**49.** V 4754 Brixia

d. m. | Valeriae Crispi | nae, animae innoc | entissimae, quae

Digitized by Google

vixit | ann. XXIIII m. V d. VII or. V | L. Postumius
Ursianus | coiugi frugalissimae | Sinplicio |
o nefas! quan floridos cito, mors, eripis annos!

4. est hexameter male factus; cf. Mart. VI. 62, 3.

**50.** V 5709 ager Mediolaniensis

d. m. | et memoriae | Sextiliae Cattae et Sextilio Bassiano | *etc.*
coniuges hic positi, acerbo funere rapti.

**51.** V 6714 Vercellae

. . . . . . . . . . . . . . . .
cum qua vixissem melius, nisi fata vocassent,
sed praescripta dies unam non distulit horam;
corpus, quod vixit, facta est † vindi levis umbra.
hic simili casu qui pendes, commoda visus
et lacrimas titulo noli, moriture, negare.

B 391 *rri* quod traditur ante versum deperditum extare, de nomine fort. supe rest; tum excidit hexameter fere talis: *còniugis hic recubant dilectae membra sepulta*; 2 fin. cf. n. 92; 1044 *a*; 3. *vindi* quid sibi velit nescio; de nomine mariti cogitarat Bruzza; *viridi* a *viridio* B. dubitans; malim *vitae, vivendi* sim.; 4. malim *huic*; certe usitatius *tu*; *visus* genet.

**52.** V 7116 Taurini

v. f. | L. Valerius | Severinus | Gaviae M. f. Ingen(uae) |
coniugi sanctae | ac pii(s)simae. vixit | annis XXIIII |
dies XXIIII |
casta, pudica, decens, sapiens, generosa, probat(a).

B 843 4. fin. suppl. Maffei; cf. V, 6734.

**53.** V 7404 Dertona

quot merui vita, moriens quot et ipse rogavi,
coniugis o grat[ae] redditur ecce fide.
sit licet infern(a)e noctis tristissimus horror,
me tamen vestr(a)e credo iacere dom[i].
Aurelia Eusebia Cerellio Proculino v. p. coniugi |
dulcissimo *etc.*

B 1180 1. *vitam*, 2. *grati*, *fides*, 4. *domo* lapis; 4. archet.: *me t. illius c. i. toro*, cf. XI, 911, 6—7. ad sent. cf. VI, 8553; XI, 911 (n. 271); V Suppl. It. 1283.



Digitized by Google

**54.** V 7453 Vardagate

d. m. | et memoriae, | Simplici, have! | Statiliae |
Tigridis, | vixit ann. XXXVI |
o, formosa nimis semperque pudica maritis!
duobus recubuisti toris, ubi duos natos dedisti amoris;
qui primus ille fuit, si potuisset vincere fata,
hunc titulum laudis posuisset ille tibi.
sed ego infelix, qui te talem carui ecce modo,
frunitus sexdecim annis castitate et amore tui.
v. p. P. Vibius | Verissimus | coniugi incomparabili
et sibi | Euphilus Simplicio |

B 1578 1. signum mulieris *Simplicium* redit V, 4754; XIII, 2591; declinatur ut virile *Simplicius*; 5. iunge *ille qui pr. fuit*, i. e. maritus; 6. pentameter requirebat *poneret*; 7. 8. exitus item pentametrorum; 10. *Euphilus* signum mariti.

**55.** VI 1779 Roma s. IV ex. p. C., c. a. 384.

Basis Agorii

d m | Vettius Agorius Praetextatus, | augur, p[o]ntifex Vestae, | pontifex Sol[is] *etc.* . . . . . et Aconia Fabia Paulina c. f., | sacrata Cereri et Eleusiniis | *etc.* . . . . . . hi coniuncti simul vixerunt ann. XL |

loquitur maritus defunctus:

Paulina, nostri pectoris consortio,
fomes pudoris, castitatis vinculum.
amorque purus et fides caelo sata,
arcana mentis cui reclusa credidi,
munus deorum, qui maritalem torum
nectunt amicis et pudicis nexibus,
pietate matris, coniugali gratia,
nexu sororis, filiae modestia,
et quanta amicis iungimur fiducia,
aetatis usu, consecrandi foedere,
iugi fideli, simplici concordia
iuvans maritum, diligens, ornans, colens!

respondet uxor superstes:

sple]ndor parentum nil mihi maius dedit,
quam] quod marito digna iam tum visa sum.
s]ed lumen omne vel decus, nomen viri,
Agori, superbo qui creatus germine,

Digitized by Google

patriam, senatum coniugemq(ue) inluminas
probitate mentis, moribus, studiis simul,
virtutis apicem quis supremum nanctus es.
tu namque quidquid lingua utraq(ue) est proditum
cura soforum, porta quis caeli patet,
vel quae periti condidere carmina,
vel quae solutis vocibus sunt edita,
meliora reddis, quam legendo sumpseras.
sed ista parva: tu pius m[y]stes sacris
teletis reperta mentis arcano premis,
divumque numen multiplex doctus colis,
sociam benigne coniugem nectens sacris,
hominum deumque consciam ac fidam tibi.
quid nunc honores aut potestates loquar
hominumque votis adpetita gaudia?
quae tu caduca ac parva semper autumans
divum sacerdos, infulis celsus, clues.
tu me, marite, disciplinarum bono
puram ac pudicam sorte mortis eximens,
in templa ducis ac famulam divis dicas.
te teste cunctis imbuor mysteriis,
tu Dindymenes Atteosqu[e] antistitem
teletis honoras taureis, consors pius,
Hecates ministram trina secreta edoces,
Cererisque Graiae tu sacris dignam paras.
te propter omnis me beatam, me piam
celebrant, quod ipse me bonam disseminas
totum per orbem: ignota noscor omnibus.
nam te marito cur placere non queam?
exemplum de me Romulae matres petunt,
subolemque pulchram, si tuae similis, putant.
optant probantque nunc viri nunc feminae,
quae tu magister indidisti insignia.
his nunc ademptis, maesta coniunx maceror,
felix, maritum si superstitem mihi
divi dedissent, sed tamen felix, tua
quia sum fuique, postque mortem mox ero.

ad haec rursus defunctus:

Paulina, veri et castitatis conscia,

Digitized by Google

dicata templis, atq(ue) amica numinum,
sibi maritum praeferens, Romam viro,
pudens, fidelis, pura mente et corpore,
benigna cunctis, utilis penatibus,
cre[scen]s [i]n [aevum m]o[rum laudib]us [om]ni[bus].

B 111 de defuncto vide *Teuffeli* R. L. II[5] p. 1097 sq.; *Henzenum* C. VI, 1778. 1780; de metri ratione—*Buech.* s. n. Egit de titulo *Tolkiehn*, inschr. Poesie, p. 174; *Kaufmann*. Jenseitsdenkm. p. 93 sq.

1. *consortio* esse Nom. seu Vocat. monet Buecheler; cf. *Kübler* in Arch. f. l. Lex. VIII, 188; 4. ad sacra, quibus ambo erant initiati, refert Bonada p. 270; 14. *iam tum*, cum tibi nupsissem; 16. adludi ad cognomen *Praetextati* putat Bonada, collato Macrob. I, 6; cf. Gell. I, 23, 1. 13; 21. contulit Hosius Sil. It. XV, 78; 25. MOVESTES marmor, ortum ut docuit O. Jahn ex *moestes* et *mustes* seu *mystes* formis; nota homoeoteleuta v. v. 25—28; 35. *sorte mortis* dedit iam Bonada; *sorte morbis* visus est sibi legere Marini; 38. *Diadymenes* antiquiores; *atteosqui* lapis; 43. post *disseminas* interpungit Buecheler contra ceteros nec non et contra v. 42; 45. *cui* Schrader otiose; 46. *exemplum* lapis; *exempla* Bonada Buecheler; 56. cf. Iuven. III, 8, 128; quod remanserat Romae praedicatur Paulina; 59. versus desperatae lectionis; *crebris* aut *credens* descripsit Buecheler «ex schedis Lerschi»; *caldasn....o....us. ni...* Henzen; temptavi ut supra; meliora desidero.

**56.** VI 1958 Roma

in monumento Eurysacis.

fuit Atistia uxor mihei, femina opituma veixsit;
quoius corporis reliquiae <quod superant> sunt in hoc panario.

**ad eandem sive ad filiam Eurysacis pertinet:**

quoius forma(m) t[enaces] vicerunt mores fi[dei].

B 14 1. cf. XI, 1460: optumae feminae; 2. verba *quod superant* abundare viderunt editores; 3. ut supra Buecheler ad lapidem; *quoius forma[e decorem]* *vicerunt mores*. Ritschl.

**57.** VI 2160 Roma

d m | in hoc tumulo iacet corpus | exanimis, cuius spiritus inter de | os receptus est; sic enim meruit | M. Ulpius Maximus eques Romanus, qui et | lupercus cucurrit, (h)uius loci refrige | ra(n)s, cuius fama in eterna nota est | , qui vix. ann. XL mensib. III dies XXVIIII | . . . . . . . . . . iesis coniugi inconparabili | [homini sanc]tissimo, marito meo, qui vi | xit mecum plus minus annos XVIII, in quo | nulla querella abuit; cum bixit, bixi; | ubi defunctus es(t), male bixi; | p(osui). |

Digitized by Google

2. *de* | *eos* lapis; 3. *uius* id.; de *refrigerii* formula v. ex. gr. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 60, not. 1; 5. nomen uxoris periit velut *Epictesis*; 6. *homini* ego; *fecit* suppl. Henzen, non necessario, cf. v. 9; 7—8.=*nullam querellam*; *bixit bixit* lapis; correxi ego; alterum *bixit* delendum censet Henzen iungendumque: *in quo nulla(m) querella(m) (h)abui, cum bixit*; 8. *es* lapis; 1—9 metri dactylici partiunculae passim dinoscuntur; verba autem: *cum bixit—male bixi* integrum heroicum efficiunt illa aetate dignum; *cum bixit (bene) bixit ubi defunctus es(t) male bixit.* corr. de Rossi in addit. p. 864.—cf. infra n. 82.

**58.** VI 2489 Roma a. 29 p. C.

d m | Q. Caetronius | Q. f. Pub. | Passer | mil. coh. III pr. annis XVIII | missus duobus Geminis | sibi et | Masuriae M. f. Marcellae |

vixi quod volui, semper bene, pauper honeste,
fraudavi nullum, quod iuvat ossa mea.

B 991 4—5. redeunt fere verbo tenus III, 2835, unde poterat reponi v. 4 *quoad volui*.

**59.** VI 2960 Roma

d m | Maria Martina | et Furnius Pribatus *etc.*
memoria fruor | , quem biba amabi. |

2. IIIBA lapis; voluit tale fere:
quem víva amavi, (núnc) fruor memoria;
minus placet *quem viva(m)*.

**60.** VI 3452 Roma

huc sita est Paterna post annos VIIII et XX,
sancta e(t) casta fide post pignora certa:
gnatum memoriae statuit haec prima cubili.
coniugis obsequio meruit in munere functae
sephulcrum dignum pro meritis a coniugé amantem
percipere e(t) titulum suo nomine testans.
me Germana creat tellus myseram,
quem nunc hic Fabia terra tegit.
nunc rogo, si colitis manes, cuncti meo nomini tantum
terra(m) leve(m) optetis: vobis nunc dii fortuna(m) beatam et
semper ho(no)ratam praestent suo numine sancto libentes,
ex qua possitis obiti bene linquere natos.
M. Aurel(ius) Diascentus vet. Aug. n(ostri) | cum M. Aur(elio) Antiochiano fil(io) coniu | gi inconparabili b. m. f. c.

Digitized by Google

B 476 2. *huc* pro *hic* recte retinendum censet Buecheler; *hic* Henzen; 3. SANCTA E CASTA lapis compendio in *et* neglecto; *sanctae fide* iungit Buecheler genetivo casu; omissum credo *magnā* sim; 4. aegre intellegitur; *cubile* corr. Henzen, sed ne ita quidem sensus recte procedit; paulo rectius Buecheler, qui iungit: *haec pr. statuit* (h. e. peperit) *natum memoriae cubili*, h. e. memoriam coniugii (cf. v. 15); equidem puto *prima cubili* posse aliquatenus dici pro *primo conubio*, ut nostrum *первобрачная*; cf. n. 69, 1; 5. *functae* iungunt cum *coniugis* editores perperam; vidit Buecheler posse et *functa*; 6. *sephulcrum* in exitu versus aptius collocaretur; *amantem* abl.; 7. *perciperet* lapis; retinendum censet Buecheler; ut supra corr. Henzen; *titulum* fort. neutrum; 9. vice pentametri fungitur; *Fabia terra* erit Roma sive urbs, ut Mommseno videtur, sive collis Quirinalis, ut Buechelero; 10—13 redeunt VI, 3608 pauculis mutatis; 12. *et* in princ. v. collocat Buecheler; *horatam* lapis; cf. Verg. Aen. I, 609; V, 50.

**61.** VI 4656 Roma

L. Tampius L. l. Ingenuus sibi | et Crassiciae P. l. Helpidi uxori suae | colenda ossa et cineres suis | commendarunt |

2. post *suae* supplendum *emit*; *colenda—commendarunt* iambicum colorem prae se ferunt casu fortasse.

**62.** VI 5162 Roma

. . . . . . . . . . .

vix ann. L | uno conten[ta] | viro |

*uno contenta viro* sumptum e carminibus; cf. n. 19.

**63.** VI 5167*b* Roma

cernitis hic pos]itam, qui foedere nupta iugali
coniugiumque domu]m et super[os] post fata reliquit.
corde animoque] pio [po]s[uit donaria V]ictor.

licet christiana sit, recepi supplevique.

B 729*b* 1. *v*]*itam*, 2. *super*[*os*], 3. *v*]*ictor* praeivit Buecheler; 2. post *super* cernitur vestigium litterae velut *a* vel *m*; 3. supplementa mea lacunam in fine v. excedere ipse moneo.—1. *qui* esse *quae*, ut passim, vidit Buech.

**64.** VI 5254 Roma

Julia Erótis, fémina óptima híc sitást.
«nullúm dolorem ad ínferos mecúm tuli;
viro ét patrono plácui et decessí prior».

B 86 3. V, 1071 iussit conferri Buecheler.

**65.** VI 5302 Roma

(tu), quicumque legis titulum iuvenis, quoi sua carast.

Digitized by Google

auro parce nimis vincire lacertos.
illa licet collo laqueatos inliget artus,
et roget, ut meritis praemia digna ferat,
vestitu indulge, splendentem supprime cultum:
sic praedo hinc aberit, neq(ue) adulter erit.
nam draco consumpsit domina(m) speciosus abartus,
infixumq(ue) viro volnus perpetuumq(ue) dedit.

B 1037 1. *tu* addidi ut tralaticia formula efficiatur; abundat *iuvenis*; 2. *teneros* hexametrum expleret; potest et *devincire manus*; 6. cf. *neque domus fuerat*, n. 1142, 6; 7. armillam intellego auream, draconis speciem imitatam, cuius pondere pretioque inductus latro quidam mulierem iugulaverat; aliter B. *abartus* nisi corruptum, erit *ab artibus*; pro uno vocabulo habet Buech.; 8. *volnus* extra metrum.

**66.** VI 6250 Roma

Statiliae T. l. Hilarae | Amarantus colorat(or) | , Philologus atriesis coniugi posuer(unt).

(iám) bene adquiéscas, Hilara, sí quid sapiunt ínferi:
tú nostri meménto, nos numquam óbliviscemúr tui.

B 179 3. *iam* addidi ut fiant septenarii trochaici; inter senarios collocavit Buecheler; cf. *Church*, Beitr. p. 60; *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 7.

**67.** VI 6314 Roma

Nothi, librari a manu.
non optata tibi coniunx monimenta locavit,
ultima in aeternis sedibus ut maneant;
spe frustra gavisa Nothi, quem prima ferentem
aetatis Pluton invidus eripuit.
hunc etiam flevit quaequalis turba, et honorem
supremum digne funeris inposuit.

B 1014 2. malim *locavi*; 3. *ultima* h. e. *reliquiae*; cf. VI, 6976: ossa novissima; 4. 5. iunge *prima—aetatis*; 3. 4. cf. n. 70, 6; 5.=*flevitque aequalis*; scripturam lapidis vulgarem mutare nolui; cf. Prop. V, 11, 98; *quae qualis* est τίς ποῖος Buechelero.

**68.** VI 6592 Roma

si qua manent obitis vi[tae sine crimine latae]
praemia, sub terris [sit tibi terra levis]!
iudica[t] id coniunx, erepta qua sibi maerens
devovet invisi noxsia regna dei.

Digitized by Google

B 1031 1. *vi*[*tae sine fraude peractae*] Henzen; ut supra ego; 2. supplevi ego; lusit Buech. haec: *haec Amaryllis habet, haec tua, Phyllis, erunt, haec feret Andromache*; 3. IVDICAFID lapis; *indica*[*v*]*i*[*t*] Henzen; ut supra Buech., ego; melius tamen quaero, velut *unica fuit* sim.

**69.** VI 6593 Roma

viva viro placui, prima et carissuma coniunx,
quoius in ore animam frigida deposui.
ille mihi lachrimans morientia lumina pressit:
post obitum satis hac femina laude nitet.

B. 1030 1. *carissum*, 3. *lumin* Gori, contignationibus scilicet *ma* et *an* male solutis; 2. cf. Stat. Silv. V, 1, 195 sq.

**70.** VI 6976 Roma

Lintionia Terpsichore, a. XIIX
hoc tumulo cineres atque ossa novissima coniux
Terpsichor(a)e grata condidit ipse manu.
hic fudit lachrumas, hic verba novissuma dixit,
hic viduom questus per sua damna torum.
aetas prima fuit, mores sine fine probandi,
forma decens, nulli dedita, grata viro.
sis, precor, infernis minus inv(i)diosa sub umbris!
Terpsichorenis tellus contegat ossa levis!

B 1033 2. cf. Verg. Aen. V, 787; 3. terpsichore; 4 fin. cf. Verg. Aen. IV, 650; VI, 231; 7 init. Ovid. Amor. III, 1, 9; 8. inudiosa; 9. *terpsichorenis* lapis, declinatum ut *Danae-Danaenis* simm.; cf. n. 94: *Hebeneni*; *terpsichor*[*es*] Corporis editores; poterat sane et *terpsichorae* ex versu 3 hic reponi, sed praestat non attingere.

**71.** VI 6986 Roma

L. Ricinius Adiutor | Lintioniae Lochiadi | uxsori suae; a. v. XIX |
feci ego, quod decuit te mi fecisse, puella,
funus et extructa inposui ipse pyra.
me potius manes rapuissent Ditis avari,
et cineres nostros ima foveret humus,
quam te sic nostris rapuisset Cerberus annis,
aut insperanti triste dedisset opus.

B 1034 4. usitatius erat *extructis—rogis*; 7. *anni* pro *vita*, cuius magna pars perisse dicitur coniuge erepta; 8. h. e. triste officium.

Digitized by Google

**72.** VI 7243 Roma

Clytius l. Phile Clyti l. [f.]

hic Clytius carus cunctis, iustusq(ue) piusq(ue),
est situs, et subito tempore raptus abit;
quem flet amissum aeterno tempore coniux,
[seque viri iungi desiderat tumulis].

B 1089 2. cf. n. 102; 3 fin. cf. Mart. Sp. 16, 1; de metro egit *Church.* Beitr. p. 38; 4. pauca si transponas, fit senarius; noli tamen mutare; idem versus in muliere n. 102; pentametrum perisse puto.

**73.** VI 7579 Roma

dis manibus Meviae Sophes | C. Maenius Cimber coniugi sanctissimae | et conservatrici, desiderio spiritus mei, | quae vixit mecum an. XIIX menses III dies XIII, | quod vixi cum ea sine querella. | nam nunc queror aput manes eius et flagito | Ditem: aut et me reddite coniugi meae, quae | mecum vixit tan concorde ad fatalem diem; | Mevia Sophe, impetra, si quae sunt manes, ne | tam scelestum discidium experiscar diutius. | hospes, ita post obitum sit tibe terra levis, ut tu | hic nihil laeseris, aut si quis laeserit, nec superis | comprobetur nec inferi recipiant et sit ei terra gravis! |

5—10 color quidam poeticus negari non potest; versus integri aegre restituuntur; 5. excidit sententia fere talis: *aut mihi coniugem, aut et me* . . .; 7. rogari defunctum, ut maerentem secum abducat, demonstrat *Geffcken*, l. c. p. 54; 8—10 cf. *Pomialowskii* Stud. Ep. p. 144, not. 85; 8. *hospes* ⟨*ita*⟩ *post obitum s. t. t. l.* pentametrum efficiunt solitae normae; reliquus tenor ad iambos tendit.—optime vertit *Friedl.* Darst. I (6) p. 519.

**74.** VI 7873 Roma

Asphale Octavia | vixit ann. XXXIII | menses VIII |

hic iaceo coniux Grati et Hilari, dicta Asphale,
moribus et vita digna puella viris.

B 1024 2. GRATI est in lapide, non CRATI, ut legit Max. Jhm; lapidem contuli et ectypum reportavi; 3. archet.: *digna puella viro.*

**75.** VI 8047 Roma

Samiaria L. l. Hypora |

hic sita, quae fuerat Samiaria dulcis Hypora,
cara suo coniux et proba, digna viro.

B 1023

Digitized by Google

**76.** VI 8553 Roma

M. Ulpio, Aug. lib., Philo | tae, pp. vestis scaenicae |
Ulpia Veneria marito | incomparabili pietate
hic iacet ille situs M(arcus), formonsior ullo;
quod meruit vivus, moriens quot et ipse rogavit,
coniugis sue gratae praestitit ecce fides.

B 1179 3. M. lapis; 4. *quot* tradi solet; non mutavi; 5. *coniugi* lapis. 3. init. cf. n. 833; 4. cf. n. 53. 156. 271.

**77.** VI 8703 Roma

Julia Procilla, vix. an. XIX | Amaranthus, Caesaris aeditu(u)s |
ab Concordia coiugi bene | meritae posuit |
hunc tibi perpetuo titulum, gratissima coiunx,
corporis extincti dedicat ipsa fides.
vixisti mecum iuvenis, carosq(ue) per annos,
quos vita exegi dulciter ipse mea.
opto, si qua fides remanet telluris amicae,
sit tibi perpetuo terra levis tumulo!

B 1028 1. idem matri Agricolae nomen; *amaranthus* exempla omnia: non mutavi; 3 fin. cf. Verg. Aen. X, 607; 7. *tulluris* apographa meliora.

**78.** VI 9118 Roma

Cocceiae Nice Domitiae f. Chrysae | vix. ann. XXIV m. IIII
d. XXIV | Hermes Cocceiae Bassae act. coiugi benem. |
aeternam tibi sedem Hermes aramq(ue) dicavi,
Nice, optassemque utinam tua fata, superstes
ut mihi tu faceres! sed iniqua sorte maligna
rapta iaces annis iam viduata tuis.
ia tibi Cybeles sint et rosa grata Diones,
et flores grati Nymphis et lilia serta!
si(n)tq(ue), precor, meritis qui nostra parent tibi dona
annua, et manes placida tibi nocte quiescant,
et super in nido Marathonis cantet aëdon!

B 467 1. nomina vel corrupta sunt, vel ex titulis iuxta positis male contaminata; 4. corruptus: *praeissemque utinam t. f.*, corr. Muratori; confudisse poetam locutiones *optassem tua f.* et *utinam tulissem t. f.* putat Buecheler; potest *optare* h. l. accipi rara licet significatione pro *elegere*; fin. contulit Hosius Verg. A. XI, 160; 7. *ia* cf. n. 540; 9. *sitq(ue)* lapis; tuetur Buecheler; *meritae* corr. Muratori; attulit Hosius Verg. Aen. I, 249; VII, 427; IX, 445; 11. *Marathonis* est. nom. sg.

Digitized by Google

**79.** VI 9446 Roma

benemerenti Bonifatio sc(olastico ?) | grammatico
Aeliana c[oniunx caris] | sima posuit *etc.*
Traiani qu(a)eren(t) (nunc) atria m[e, atque sepultum]
tota (et) Roma (gemet), flebit et ipse [pater].

B 1343 3. 4. supplevi ex gr.; 4. *et ipse* [*puer*] Henzen dubitans; ad sent. cf. Prop. V, 11, 57 sqq.; *m*[*e dominusque*] | *cum*] *t. R. fl. et ipse* [*dolens*], B.

**80.** VI 9499 Roma

a) L. Au]relius L. l. | [H]ermia | [la]nius de colle | Viminale |
h]aec, quae me faato praecessit corpore casto,
c]oniunxs, una meo praedita amans animo,
f]ido fida viro veixsit studio parili qum,
nulla in avaritie cessit ab officio.
b) Aurelia L. l. | Philematio |
viva Philematium sum Aurelia nominitata,
casta, pudens, volgei nescia, feida viro.
vir conleibertus fuit eidem, quo careo, eheu!
ree fuit ee vero plus superaque parens.
septem me naatam annorum gremio ipse recepit:
(quadraginta) annos nata necis potior.
ille meo officio adsiduo florebat ad omnis,
[illius studio viva fruunita fuei.]

B 959 a) 3. *praedita* = praefecta, recte Buech.; 5. locus multum vexatus; *in avarities* olim traditum, *in avaritie* | descr. Mommsen; *vixit sine avaritie*, C. V, 1191; *in amaritie* corr. Schrader; in v. 4. *qum* in *quin* corr. Heinsius probante Mommseno; interpretes v. ex. gr. in *Schneideri* exx. sell. p. 94; *Wordsworth.* fragm. p. 488; iungendum videtur *nulla cessit in avaritie(m) ab officio.*
b) 1. idem cognomen VI, 14327; 5. *e puero* dubitans coniecit Wordsworth (e Muratorio, C. I, 1011) l. c; 7. *necis potior* de morte per vim inlata noli accipere; post v. 8 periit pentameter, quem addidi.

**81.** VI 9604 Roma s. II p. C.

nomen qui retinens tu(um), magnus Alexander,
Pallados inventum medicinalemq(ue) laborem
quot feci, studio proximus ipse meo,
testor nunc superos: non hoc meruisse videbar,
in volnus genoris quot subito occidimus.
i, nunc, et dubias fatorum neclege clades!
coniunx quod potuit, titulum mihi reddidit uni.

Digitized by Google

B 1253 1. litterae MAG Huebnero (Exx. p. 404 n. 1131) nec non et mihi lapide ipso ectypoque plumbeo reportato diligenter examinatis visae sunt a manu recenti restitutae; *Pomptinus* vel *Norbanus* dubitanter coniecit Huebner l. c.; equidem lectionem *magnus* puto recte se habere, sed peccasse quadratarium, qui *tu* pro *tu(um)* inciderit; ludit omnino defunctus Alexander nomine suo, laborem suum in re medicinali cum regis illius rebus gestis comparans; sententiarum nexus hic erit: (*ille ego*), *qui retinens nomen tuum, magnus Alexander* (cf. audi tu, populus Albanus, Liv. 1, 24), *Pallados inv. m. q. laborem quod feci* (= exercui) *studio meo ipse proximus* (tibi), *testor* cett.; 5. *genoris* genet. esse vidit Mommsen; medicum qui sibi non potuit mederi, habes VI, 30133; 6. init. cf. n. 83, 7; de formula *i nunc* egit *Lease*, Amer. Journ. of Phil. 19, 1, p. 59—69.

**82.** VI 9663 Roma

d m | in hoc tumulo iacet corpus exanimis, | cuius spiritus inter deos receptus est: | sic enim meruit L. Statius Onesimus, | viae Appiae multorum annorum negotia(n)s, | homo super omnes fidelissimus, | cuius fama in aeterno nota est, | qui vixit sine macula an. p. m. LXVIII; | Statia Crescentina coiux | marito dignissimo et merito, | cum quo vixit cum bona concordia | sine alteritrum animi lesionem, | bene merenti fecit. |

christianam non puto.—5. *negotias* lapis; 3. h. e. *alterutrum* (accus.).—formulae aliquae ex metricis titulis decerptae passim occurrunt, totus autem sermo pedester; cf. n. 57; *sine macula* VI, 22436. 22657; VII, 793; IX, 3365; X, 8418; XI, 1751 all.

**83.** VI 9693 Roma

«quid sibi volt», quaeris, «tellus congesta», viator:
ossibus hic uxor miscuit ossa meis—
nobilis Euphrosyne, facilis, formosa puella,
docta, opulenta, pia, casta, pudica, proba.
fortunam mirare meam? verum exitus hic est:
omnia mecum uno hoc composui tumulo!
i, nunc, et quicquam votis melioribus opta:
absumet tecum singula sarcophagus!

B 1136 2. *Eufronie*, *Eufronia*, *Euphrosinae*, *Euphrosine* apographa; 5. *meam. verum* Corpus; cf. n. 93, 24; Juven. VII, 129; 7. init. cf. VI, 9604.

**84.** VI 9792 Roma s. III p. C.

praecedere voluisti, sanctissima coiux,
ut me relinqueres in lachrimis.

Digitized by Google

si est aliquit in infernas partes bene,—
ego autem sine te vitam sordidam exigo,—
esto felix et ibi, dulcissima Thalassia,
educatrix c(larissimi) v(iri) et mihi in conuvio per annos XXXX.
Papirius Vitalis arte pictoria, maritus eius,
feminae incomparabili fecit, sibi et suis.

2—6 ad iambos tendunt; 5. pro parenthesi habendus; usitatior tamen fit nexus sententiarum, si transponas 3. 5. 4. 6.; 7. = *in conubio*; supplendum *iuncta*. 7—9 pedestris oratio.

**85.** VI 10006 Roma

Biena Cor. . . . . | ungentaria ab d. . . . . |
non hic olla meos cineres au[t arca recondit],
set passim mater terra tegit p[ositos].
coniugis hoc fecit cari mih[i cura sepulcrum, ut
praestaret functae viva quot ant[e peti.]
cum quo triginta vixi sine lab[e per annos],
in cuius manibus [contigit atque mori.]

B 1133 1. *au[t continet arca]* editores; ut supra ego; 2. TEGIT I | lapis; suppl. Buecheler; 3. suppl. editores; *mihi cura ut humando, m. c. u. honeste, m. c. u. amanti,* Buech.; 4. *praestarit, iunctae, ani* lapis; *ant[e peti]* Buech., ego; 5. suppl. editores; 6. ut supra ego; *fata volens subii, fata suprema obii, mors mihi grata fuit,* Buecheler ad formam egregie, ad tituli simplicitatem minus apte.

**86.** VI 11082 Roma

M. Aemilius M. f. Ianuarius | Catiliae Marcianae, coiugi incomparabili, | *etc.*
invide, quid gaudes? illa hic mi mortua vivet,
illa meis oculis aurea semper erit!

B 1298 3. init. cf. n. 128, 6; ad sent. cf. Cic. Amicit. § 102: *mihi quidem Scipio quamquam est subito ereptus, vivit tamen semperque vivet*; Plin. Epl. II, 1, 11; *vivit vivetque semper. . . . postquam ab oculis recessit.*

**87.** VI 11252 Roma

domui aeternae consecratae | Agileiae Primae q(uae) e(t) Auguriae, | uxori supra aetatem castissimae et | pudicissimae et frugalissimae, quae innocenter | maritum et domum eius amavit, omnia de se | merenti fecit Q. Oppius Secundus maritus et sibi. |

Digitized by Google

sequitur cento versibus integris versuumque frustis consutus:

tempore quo sum genita, natura mihi bis denos tribuit annos,
quibus completis septima deinde die
resoluta legibus otio sum
perpetuo tradita: haec mihi vita fuit!
Oppi,
ne metuas Lethen, nam stultum est tempore et omni,
dunc mortem metuas, amittere gaudia vitae;
mors etenim hominum natura, non poena, est:
cui contigit nasci. instat et mori;
igitur, domine Oppi marite, ne doleas mei, quod praecessi:
sustineo in aeterno toro adventum tuum.
valete superi et cuncti cunctaeque valete!

B 1567 cum corrigendis.—6. tendit ad hexametrum; 7. pentameter vel senarius; 8. incerti metri; 9. si transponas: *tradita perpetuo haec mihi v. f.*, habebis pentametrum iustum; 11. 12. hexametri integri; 13. 14. tendunt ad iambos; 15. frusta hexametrorum duorum; *marite* clausulae convenit, *ne doleas* initio; 16. senarius; 17. redolet hexametrum.

11—12 e Catonis distichis esse desumpta monuit Hosius, Rh. Mus. 50, 2 (1895) p. 300; de *dunc* particula egit *Zimmermann,* Arch. f. l. Lex. V, p. 561 sqq.; IX, p. 591 sq.; *gaudia* in quinto heroici pede saepe recurrere docuit *Appel* ibid I, p. 134, cf. IV, p. 599; 14. ad sent. cf. Manil. Astr. IV, 16; 16. cf. n. 97, 5; VI, 25427, 24.--Saeculo I ex. tribuit carmen B.

**88.** VI 11434 Roma

P.] Alfen[us] | P. l. Sodala | [vixit] tribus et XL ann[is
mense] | un[o] |
hic mihi sunt sedes ae[ternae. hic pausa laborum],
ossaque dilectae co[niugis hic recubant.]

B 1022 3. *ae*[*ternae*] suppl. editores; versum integrum ego; *aeterna pace colendae*, *aeternae tempore factae*, B.; 4. suppl. editores; *coniugis ante sita*, B.; 3. sententia usitata, cf. ex. gr. VI, 9583. 9752 all.

**89.** VI 11602 Roma s. I—II p. C.

hic sita est Amymone Marci, optima et pulcherrima,
lanifica, pia, pudica, frugi, casta, domiseda.

B 237 1. filiam intellegit Buecheler: laudes tamen uxori magis conveniunt; 2. init. *fuit* vel *et* addit idem ad complendum septenarium.—*Friedl.* Darst. I (6) p. 520.

Digitized by Google

**90.** VI 12056 Roma s. I—II p. C.

d m | Antoniae L. f. Maurae, | maritae piissimae, *etc.*
Itala me rapuit crudeli funere tellus,
dum foveo assidua sedulitate virum.

B 1026 1. cognomen ad terram natalem datum opinor.

**91.** VI 12072

Antoniae Severae coniugi |
me propter maria, terras atque aspera caeli
sidera tra(n)sisti, mediosque timenda per h[ostes]
invenisti viam, hiemis nefanda tulisti,
o, dulcis coniunx, animo gratissima nos[tro]!
nomine consimilis, iugali flore beata,
casta, pu[di]ca, meos thalamos ac fomite a[moris]
nondum suppleta cubilia sancta liquis[ti]!
saltem, quod superest, oro: scio namque, [favebis]:
funde preces, subolum ac votis utere nostri[s],
ut longum vitae liceat transducere tempus.

B 546 supplerunt Henzen Buecheler.—1. *maria ac terras* solitum: Lucret. VI, 668, all.; 1—4 cf. Stat. Silv. V, 1, 66 sq. 127 sq.; 2. *timenda* potest esse neutrum; 4. cf. Verg. Aen. II, 777; XII, 142; Ovid. Met. V, 261; *Weyman*, l. c. p. 543; 5. luditur in nomine, morum severitas intellegenda; *flos iugalis* = aetas nubilis; 6—7 aegre intelleguntur; alteram hominis uxorem fuisse Severam diemque obisse antequam prolem ederet putat Buecheler; *suboles* itaque v. 9 necesse liberi sint ex priore sublati; 9. *funde* i. e. dis inferis.

**92.** VI 12528 Roma

C. Asinius Malchio coniugi |
coniugium inceptum dulce mihi tecum, Malchio, memento,
quae fuerit nobis consociata fides.
desine iam flere: fatalis mihi hora manebat,
quae coniugio dulci distulit illa tuo.
tunc tu talis eris, qualem tua dextera nobis
sollicitum praestes, si cepit illa fides.

B 1295 2. abundat nomen; hexametrum constituit Henzen hoc modo: coniugium inceptum mihi tecum dulce! memento; 4. *desino* traditur; correxit iam Iucundus alii; pro *mihi* mavolt *me* Henzen; praeivit Burmann; 5. abundat *quae* ex versu 3 perperam repetitum; *distinet* Burmann, sed cf. n. 51; *distulit* i. e. praesentibus gaudiis sublatis reservavit in futurum, B., quaesi-



Digitized by Google

tius; *eripuit* intellego; 7. *capit* recepit Henzen ex Mazochio.—4. *mihi* scande mi; *manebat* pro *destinabatur* ut certum quoddam nec mutabile, cf. *Riese* ad Catull. 8, 15 (p. 19); 6—7. sperat fort. mulier virum alteram uxorem non ducturum, cf. VIII, 16737; exspectem *praestet* et *fidem;* cf. Prop. V, 11, 91 sqq.

**93.** 12652 Roma aet. Tiber.

Atimetus, Pamphili | Ti. Caesaris Aug. l. l., | Anterotianus sibi et Claudiae Homonoeae | conlibertae et | contubernali |

**dicit Homonoea:**

tu, qui secura procedis mente, parumper
siste gradum, quaeso, verbaque pauca lege:
illa ego, quae claris fueram praelata puellis,
hoc Homonoea brevi condita sum tumulo,
cui formam Paphie, Charites tribuere decorem,
quam Pallas cunctis artibus erudiit.
nondum bis denos aetas mea viderat annos:
iniecere manus invida fata mihi!
nec pro me queror hoc: morte est mihi tristior ipsa
maeror Atimeti coniugis ille mei!

**respondet viator:**

sit tibi terra levis, mulier dignissima vita,
quaeque tuis olim perfruerere bonis!

**dicit Atimetus:**

si pensare animas sinerent crudelia fata,
et posset redimi morte aliena salus,
quantulacumque meae debentur tempora vitae,
pensassem pro te, cara Homonoea, libens!
at nunc, quod possum, fugiam lucemque deosque,
ut te matura per Styga morte sequar.

**respondet Homonoea:**

parce tuam, coniux, fletu quassare iuventam,
fataque maerendo sollicitare mea!
nil prosunt lacrimae nec possunt fata moveri;
viximus! hic omnis exitus unus habet!
parce! ita non unquam similem experiare dolorem,
et faveant votis numina cuncta tuis!
quodque mihi eripuit mors inmatura iuventae,
id tibi victuro proroget ulterius!

B 995 3 init. cf. n. 227; 7. *Paphie* erit nominat.; 10. cf. Verg. Aen. X, 419; 17 fin. cf. *Weyman* l. c. p. 530; 19 fin. cf. n. 10, 5; 21—22 cf. Prop. V, 11,

1; 23—24 cf. ib. V, 11, 3—6; 24. cf. Horat. Od. I, 28, 15; cf. etiam n. 83, 5; 26—27 cf. Prop. V, 11, 95; ad sent. cf. etiam C. VI, p. 551 n. 2086: de nostris annis augeat tibi Jupiter annos.

**94.** VI 12735 Roma

P. Atti P. l. Hermenis | sibi et | Trebelliae M. l. Hebeneni |
coniugi suae sanctissimae, | quae dum advixit, fuit. |
precor, si qui estis manes, ut [Trebel]liae
sit suaviter; et tibi bene sit, qui legis.

B 132 1. *Hermenis* et *Hebeneni* plebeio modo declinata a rectis *Hermes Hebe*; 3. VTIBILIAE traditur; *ut ibi* [*i*]*l*[*l*]*ae* dedit Henzen; corr. Buecheler; 4. pro *et tibi* reponit *tibique* Buecheler numerorum gratia.—

2. excidisse puto tale: *quae dum advixit* (*cara suis*) *fuit*, et haec fort. numeris concepta.

**95.** VI 12845 Roma

hi]c sita, quae vixi duodetriginta per annos
unanimi Calpurniano sociata marito,
no]mine Matura, Tuder est mihi nota propago,
Au]fidius genitor, genuit me Plautia mater.
quadraginta duo mecum fero flebilis annos,
rap]ta meis fatis—superi sic namque iubebant—
quarta] penetrali Lucinae sacra petenti.
ne lacri]mate, precor: superest generis mihi proles:
nam tres con]similes uno de coniuge nati
sunt mihi, flo]rentes iuvenili robore vitae,
et virgo, ten]era gestans aetate iuventam.

B 387 1. 3. 4. 6 suppl. Sabinus; 2 fin. *Weyman* l. c. p. 536; 3. sic solet edi, videturque etiam exsculptum fuisse; *Tuderest* dedit Buecheler aptius ad sententiam; fin. cf. *Weyman* l. c.; 7. *ima* Sabinus, *nulla* Buecheler, (probavit *Gustafsson*, p. 35, not. 2) interpretatus thalamum iam nullos partus desiderare; idem *digna* (nomin. sg.) inferri posse addidit; *rapta* Leo mulierem puerperio, ut saepe, mortuam intellegens, recte fortasse ad sententiam; *quarta* ego; ad sent. cf. *Geffcken* l. c. p. 51; 8. sic Hense; *adcla*]*mate* Buecheler; minus aptum erat *illacri*]*mate* prole numerosa superstite: ad sent. cf. n. 12, 3; 143, 6; *Torelli*, saggi, p. 38 sq.; 9. 10. sic ego, ut ex. gr. quarto partu mulierem obisse intellegatur; *nam patri*] *sim.* et *tres sunt flo*]*rentes* Buecheler; 9 fin. *Weyman* l. c.; 11. sic Buecheler.—Aufidiam Daphnen Tudere oriundam habes VI, 12837.

**96.** VI 12853 Roma

hic iacet Aufidia Severina, signo Florenti,



Digitized by Google

bis quinos denos quae vixit annos aetatis;
casta fide semper toru maritale dilexit,
sobria, non moecha, simplex animoque benigno,
dedita coniugi soli suo, ignara alienum.
conpari dulci suae incomparabili, solae
Basileus fecit, quod fieri ab illá cupiebat.

B 548 3. *torum* potest et neutr. gen. esse; 5. *alienum* ut recte vidit Buecheler, est accus.; *ignara* = non experta; cf. n. 19; 6. luditur in epitheto; 7. fin. scande *cupibat*.

**97.** VI 13528 Roma aet. Antonin.

Bássa, vatis quaé Laberi(i) cóniuga, hoc altó sinu
frúgeae matrís quiescit, móribus priscís nurus;
ánimus sanctus cúm maritost, ánima caelo réddita est.
paráto hospitium! cára iungant córpora
haec rúrsum nostrae, séd perpetuae, núptiae.
in spica et casia es bene(o)dora stacta et amomo;
inde, oro, gramenve novum vel flos oriatur
unde coronem amens aram carmenque meum et me.
purpureo (u)varum vitis depicta racemo
quattuor amplexast ulmos de palmite dulci;
scaenales frondes detexunt hinc geminam umbram
arboream procaeram et mollis vincla maritae.
hic corpus vatis Laberi, nam spiritus ivit
illuc, unde ortus: quaerite fontem animae.
quod fueram, non sum; sed rursum ero, quod modo non sum:
ortus et occasus, vitaque morsque itide(m)st.

B 1559 1. *laberi*; 3. *marito si*; corr. B.; 6. *casiaes*; corr. B.; *benedora*; 9. *purpureo varum*; 10. *amplesast*; 16. *itidest*.

1. de *Laberio* cf. Mommsenum ad tit.; 2. *frugea mater* alludit tam ad fruges, quam ad Phrygiam Matrem; 5. ad sent. cf. VI, 25427, 24 sqq.; 6. cf. *beneolens*, *Paucker*, Arch. f. l. L. I. 73; 9—10. ad sent. cf. Stat. Silv. V, 1, 48 sqq.; 12. lusum in voce *maritae* notavit B.; 15—16. cf. II, 1434; V, 1939; 3415; VI, 4632, 9258; VIII, 2885; Manil. Astron. 4, 16.— enarravit copiose *Bonada*, II, p. 115; de cultu dionysiaco egit *Schröder*, Stud. zu d. Grabd. p. 14.

**98.** VI 14404 Roma

L. Carisius L. l. Gemellus | Iuniae . . . . .
terra, levi tumulo levior, ne degravet ossa:
pau[pe]ris inpositum sustinet arte super.

Digitized by Google

Iunia formosas inter memoranda puellas,
Iunia castarum hoc es in orbe decus.
in cineres versa es tumuloque inclusa: cicadae
diceris coniunxs una fuisse viri.

B 1038 1. cognomen vix potest restitui; RLCFL apographum, ad quod proxime accedere ALOPE vocabulum putat Henzen; PLOTE sim. B.; 3. pau || ris; 6. verssa ess.

2—3. *superimpositum* intellege *tumulum*: «pauperis arte impositus tumulus iam per se levis est; opto tamen levior illo sit terra»; 6. *cicadae* dativum esse monuit Mommsen; cum praecedentibus iungit B.; de cicadis prope sepulcra canentibus cf. *Geffcken* l. c. p. 86; 7 cf. Prop. V, 11, 36; *Zimmermann* l. c. p. 8 et not. 7.

**99.** VI 15225 Roma

Ti. Claudius Ɔ. l. Primus | Tonniae Ɔ. l. Primae coniugi iucundissimae

si pro virtute et animo fortunam habuissem,
magnificum monimentum hic aedificassem tibi;
nunc quoniam omnes mortui idem sapimus, satis est.

B 204 3. est hexameter vel esse debuerat; item v. 4 ultimo pede excepto; de v. 5 licet dubitare: mihi et hic videtur ad eandem normam tendere; senarius est Buechelero.

**100.** VI 15346 Roma II a. Chr.

hospes, quod deico, paullum est: asta ac pellege.
heic est sepulcrum hau pulcrum pulcrai feminae:
nomen parentes nominarunt Claudiam.
suom mareitum corde deilexit sovo,
gnatos duos creavit: horunc alterum
in terra linquit, alium sub terra locat.
sermone lepido, tum autem incessu commodo;
domum servavit, lanam fecit. dixi: abei!

B 52 2. lusus verborum cuius alterum exemplum non offendi; 6. *alium* pro *alterum* vel potius *altrum* esse usurpatum monuit Buecheler; 7. adde *fuit*; *tum autem* plebeium et comicorum; 8. in matronis saepe laudatus.—egit de titulo *Friedlaender* Darst. I (6) p. 517.

**101.** VI 15546 Roma

diis manibus

Claudiae Pistes; | Primus coniugi | optumae, sanctae | et piae, benemeritae |

Digitized by Google

non aequos, Parcae, statuistis stamina vitae:
tam bene compositos potuistis sede tenere.
amissa est coniunx: cur ego et ipse moror?
si felix essem, Piste mea vivere debuit;
tristia contigerunt, qui amissa coniuge vivo.
nil est tam miserum, quam totam perdere vitam,
nec vitae nasci: dura peregistis crudelia pensa sorores,
ruptaque deficiunt in primo munere fusi.
o nimis iniustae, ter denos dare munus in annos!
deceptus gravius fatum sic pressit egestas.
dum vitam tulero, Primus Pistes lugea(m) coniugium.

B 493 8. contigerun; 14. lugea.

4. *aequa o* Meyer; *aequos*=αἰκFῶς Leo (!); pro *stamina* habuisse poetam in mente *dies* vel *fusos* putat Buecheler; mihi est *aeque vos* errore tralaticio; cf. Stat. Silv. V, 1, 169; 5. *compositos* intellege coniuges tam pari vinculo sociatos; *tenere* inter vivos; 6. conferri iussit Hense Hor. Od. II, 17, 6 non necessario; 8. *contigerun* ut plebeium tuetur Buecheler; supple *mihi*; 10. *nec vitae nasci* extra metrum; fin. *Weyman* l. c. p. 541; 11. *rupti* exspectes; *fusi* pro genet. sg. accipit Buecheler; 12. *iniustae* non est *iniuste*; 13. malim *deceptos—fati*; potest tamen *gravius—egestas* pro parenthesi esse, ut vidit Buecheler; 14. *lugeam* vice futuri *lugebo*; nomina abundant.

**102.** VI 15806 Roma

Clodia Ɔ. l. | Elegans, | vix. an. XXX |
hic Clodia cara cunctis iustisque piisque
est sita, et subito tempore rapta abiit;
quem flet amissam aeterno tempore coniunx.

B 1090 2. debuerat esse: *Clodia cara suis cunctis i. p.*; 3. *est posita* requirit metrum; fin. cf. *raptus abit*, n. 106, 2; 4. *quem* ex archetypo viri videtur temere translatum; redeunt iidem versus n. 72; *quos flent* vel *quem dolet* B. metri causa; constat tamen etiam de mulieribus *quem* passim usurpari, cf. indd. gramm. Corporis, et romanensium *che, que.*

**103.** VI 16613 Roma = XI, 6142 Forum Semproni

dis mani[bus] | C. Cup[p]i[eni] | Termin[alis] |
Octavia | Poll[a] | [marito]
. . . ina sistame versu . . . . . | . . . . tam inpl . . . . . .
vita tamen] sexaginta mihi [data] per ann[os],
uxor perpetuae f[ecit famae mihi sedes].

B 1650 3. pessime descriptus non restituitur; latet fort. solitum *siste pedem et versus* . . .; acute sane *infaustam e versu nostro cognoscite taedam* B.;

4—5 supplevi; pro *data* potest reponi *lata*; 4. *sexaginta mihi vita est producta per annos*, B.; 5. *perpetue f*[*amae*], id.

**104.** VI 17050 Roma

ingratae Venaeri spondebam munera supplex,
erepta, coiux, virginitate tibi.
Persephone votis invidit pallida nostris,
et praematuro funaere te rapuit.
suppremum, versus, munus Donatus et aram,
et gratam scalpsit, docta Pedana, chelyn.
me nunc torquet amor, tibi tristis cura recessit,
Letthaeoque iaces condita sarcophago.

B 1301 8. *letihaeoque*, lapis.—1. sponsus erat Donatus Pedanae, nondum coniunx; fin. cf. Verg. G. IV, 534; 6. doctam fuisse puellam arte musica intellegitur, cf. III, 10501: vox ei grata fuit, pulsabat pollice cordas; 7. ad sent. cf. IX, 2780; fin. Verg. Aen. II, 595; 8. de omissione *in* cf. *Church*, Beitr. p. 82.

**105.** VI 17056 Roma aet. Tiber.

d m s
si quis forte legit titulum nomenve requirit,
Dorchadis inveniet ossa sepulta loco.
dum vixi, fui cara viro: nunc mortua quaeror;
sat felix videor, si modo fama manet.
coniúx Thymelicus cóniugi fecít suae.

B 1085 2—5 redeunt n. 112; 6. nomine ut fit illato archetypon non ita iustis numeris procedit.

**106.** VI 17518 Roma

digna] viro posuit coniunx memora[bi]lis a[ram],
digna pio nato, qui cito raptus abit.
munera, quae decuit natum patriq(ue) matrique parare,
in[piă f]atorum serie mă[ter ipsa paravit.]
si pia vota mihi titulis tristissima [prosunt],
quae suboles olim servavit tempore longo,
di talesque dabunt epulas meritis pro talibus illi
et natum patri matris pietate probabunt.
A. Fabio Daphno | Fabia Pyrallis | coniugi carissimo | posuit |

B 1215 eadem mulier nominatur defuncta iam infra n. 792; videtur igitur natum tumulasse, dein coniugem Fabium, mox et ipsa decessisse.

Digitized by Google

1. *digna viro* B.; *orba, cara viro* Burmann; fin. *aevo* secundum Ligorium, qui *ae* descripserat, vulgo B-o probante; *aram* Henzen; 2—4 ex archetypo tituli matris orbatae in uxorem translata; 4. *in to . . . catorum* (*natorum* editur) *series mannavit . . . anef.* Ligorius descripsit; ut supra ego; *in* [*cog*]*natorum serie maneant* [*monimenta*] B. de iure monimenti deque epulis votivis intellegens; potest etiam *invida fat. ser.*, cf. B. 1206=III, 6384; cf. etiam n. 23, 5; 5. supplevi; *tristissima reddent* B.; 6. *servabit* Schrader otiose; 7 init. *ditales*=ferales B., insigni acumine; 7 fin. cf. Verg. Aen. I, 74; 5—8 sensus fere hic est: «si quid prosunt mihi pia vota, titulis, hoc est meorum decessu. tristissima reddita, quaeque domus nostra per longa tempora seruaverat, dabunt epulas di patri merenti filiumque consortem facient matris pietate commoti»; eodem fere sensu usurpatur *suboles* n. 792, ubi verba *cunctorum suboli* brachylogice posita sunt pro *suis omnibus posterisque eorum*; *illi* tamen (v. 7 fin.) ad *suboles* ne referas, obstat v 6 fin.; 9—10 incisi leguntur post v. 6 perperam omnino.—De epulis post mortem egit *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 13.

**107.** VI 18296 Roma

d m

Flaviae Avitae | , vix. an. XXIII, | Syntrophus | Aegisthi,
Aug. | servi vic., | contubernali | carissimae fec. |
dii, si qua est caelo pietas, quae talia curet,
persolvat dignas grates et praemia reddat.

B 816 4—5 ex Verg. Aen. 2, 536 sq.—1 fin. cf. *Tolkiehn*, de nomin. homer. ap Romanos, Jahrbb. f. cl. Phil. 23 Suppl. p. 279; recurrit idem nomen VI. 14904.

**108.** VI 18385 Roma

d m

Flaviae] Nicopoli fecit T. Aelius Aug. lib. Stephanus, *etc.*
tu quicumque mor]ae patiens vis scire, viator,
demonstret nos]tris titulis quid noster aratus,
ad nostri inferi]as paulum consiste: docebo.
hic Aeli Steph]ani quondam carissima coniux
quae fuerat, positast] Flavia Nicopolis.
nec fuerit non ca]ra mihi, cum vita manebit.
nil aliud cum sit re]quies, nisi mortis imago,
in somnis videam quam r]apuere dei.
semperque ut manes possint] audire, iterabo
Flavia Nicopolis nomen dulce tuum,
et tumulo spargam saepe meas lacrimas.
o, mihi si superi vellent praestare roganti,
ut tuo de tumulo flos ego cerna(m) novum

Digitized by Google

crescere vel viridi ramo vel flore amaranti
vel roseo, vel purpureo violaeque nitore,
ut qui praeteriens gressu tardante viator
viderit hos flores, titulum legat et sibi dicat:
«hoc flos est corpus Flaviae Nicopolis».

B 1184 3. suppl. Buecheler praeeunte Burmanno; 4. 5. supplevi ego; *parvolus hic a]tris* et *reddat ager lacrim]as* Buecheler; 6. 7. 8. recepi Buecheleriana paucis mutatis: *haec Aeli Steph]ani, dum vixit fuerat*], *nec vivet non ca]ra* Buecheler; 9. supplevi ego; *delectat iam nulla*] *quies*, Buech.; 10. 11. fere Buecheleriana: *in somnis repeto quam r]apuere, semper ego ut manes possint*], Buecheler.

4. cf. VIII, 7156, 1; 5. *nostri inferias* habes I. 1220; 8. usitatius *dum v. manebit* vel *manebat*; cf. Verg. Aen. V, 724; VI, 608. 661; 9. sententia tralaticia, cf. Lexica et ex. gr. *Heine* ad Cic. Tuscul. 1, 38, 92; habes somnum imaginem mortis, ib. s. f.; Ovid. Am. 2, 9, 41; 10. cf. VI, 18817, 13 sq., unde supplevi; cf. etiam VI, 18387: raptus a diibus; ad sent. cf. n. 10, 8; 12. iustus esset pentameter: *n. d. tuum Fl. N.*, ut v. 7; 15. *flos* neutrum, ut v. 20; 16. fin. cf. n. 110, 5; 18. usitatius *gressu properante*, sed cf. v. 3; fin. cf. n. 1; vv. 3—9 apud Bonadam etiam leguntur suppleti, II p. 404 n. LVI, quae minus probanda omitto.

**109.** VI 19029 Roma

. . . . . . gentius |
Superam uxorem | rari exempli feminam |

lapidem fractum esse non traditur.

2. exitus senarii; *Supera* mulier XIII, 1884, all.

**110.** VI 19036 Roma

[d m] s
hunc titulum posuit Primo Ge]rmana marito.
«servet] dummodo [t]e ex [caris Fortuna vel un]um,—
consuerunt [omnes etenim colere ante s]epultos,—
mittas [mi calicem vi]ni cum flore [amaranti]».
[v. a. XX]I m. XI d. XXII |

B 1646 sententiam carminis concinnavi; lusit et B. quaedam elegantissime; 3. fin malim un]am; 5. cf. VI, 25128, 17; supra n. 108, 16.

**111.** VI 19049 Roma

te mihi, Glycerium, fors abs[tulit f]unere duro;
mersit in aeternam extin[cto corp]ore noctem,
s[e]t tamen aetheria viv[is post fun]era sede,
fama vige(n)s, magno s[emper memora]ta pudore.

Digitized by Google

et si nostra tuos tan[gunt suspiria se]nsus,
vivis in Eutropii iu[ncto tibi pect]ore, vivis!

B 545 1. 5. 6. supplerunt de Rossi Bormann; 1 fin. cf. XII, 5862; 2. sic Buecheler, *pect]ore* de Rossi; 3. SIT lapis, correxit versumque explevit Buecheler in adnot.; *sit t. ae. viv[a inter sid]era sede | fama! viges* (VIGES lapis) cett. Bormann; *sit t. ae. viv[ae post fun]era sede* cett. Buecheler in textu; 4. *vige(n)s* esse participium vidit idem conferrique iussit Verg. Aen. IV, 174 sq.; *memora]ta* ego; *celebra]ta* de Rossi Bormann, *lauda]ta* Buecheler; *semper devincta pudore* est B. 652, 2; *semper sociata pudore*—X, 7777, 2, quae conferri iussit Hosius.

**112.** VI 19175 Roma

Hedia C. l. Nardis vix. [an. . . . . . . . .
«si quis forte leget titulum nome[nve requiret],
Nardinis invenies ossa sepulta lo[co].
dum vixi, fui] cara viro, nunc mortua qua(e)ror;
sat [felix videor, si modo fama] manet.
scire potest ipse, an mi[hi recte talia ponat.]»
Heliades coniugi benemerent[i f(ecit)].
«si tantum mihi Fortuna largita f[uisset],
quantam tristitiam li]quit et officia,
aureum hoc to[tum tibi, dulcis, ego aedificassem]:
de mea pauperie feci ut [et potui.]»

B 1086 ad sent. cf. Stat. Silv. V, 3, 47 sqq.; 1—4 redeunt superius n. 105, unde explerunt editores; 2. rectius *inveniet*, ut et titulus geminus; 5. supplevi; hactenus loquitur uxor; *mihi sit mansura maritus*, vel *misereri iam velit Orcus*, B.; 7—10 respondet maritus; redeunt idem versus n. 751, unde supplevi; ad sent. cf. VI, 15225 sim.; *Fortuna mihi*, B.; 8. COGVIT lapicida; *quantum in te pietas coguit*, B.; 9. fin. *fecissem nunc monimentum*, B.; 10. PAVPERTE id., *pauper[ta]te* editores; *uti potui*, B.

**113.** VI 19407 Roma

XXXX et III ann(os) | vixi cum Herme | te coniuge
Flav[ia] | Optata, quae ho[c] | [in tum]ulo iaceo.
Herm]es Aug. ser. | [fecit t]umulum . . . | . . . . dis
ips . . . . |

B ad n. 404 1. 2. videtur tendere poeta ad distichon hoc fere:
quadraginta et tres annos cum coniuge vixi
Flavia Optata, hoc quae in tumulo iaceo;
3. et haec fort. metro concepta sunt; certi tamen nihil datur.

Digitized by Google

**114.** VI 19838 Roma

C. Julius C. l. Antiochus | Veratia C. l. Eleutheris |
seic florem aetatis tenuit Veratia caste,
nulla ut perciperet gaudia dedecoris:
coniuge namque uno vixit contenta probato,
cetera digna bonis femina facta tulit.

B 968 3 fin. cf. n. 19, 5; 4. *femina facta*=nupta, B.

**114a.** VI 19941=22628 Roma

d m s
Mummeiae | Peduceae inde | coniugi simplicissimae | quae vix.
annis XVIIII | mens. VII die I | C. Jul(ius) Donatus maritus |
innocenti. have! |

3—4. iambi apparent casu fortasse.

**115.** VI 20569 Roma aet. Commod.

Julia Methe |
his foribus carae recubant mihi coniugis ossa,
exspectantque, suis ut mea contribuam.
Tossius ista tibi promisit saepe petenti:
praestabit, manis si modo tangit amor.

B 1027 2. *floribus* proposuit *Church* Beitr. zur Spr. d. lat. Grabschr. p. 81; poterat sane *floribus his*; *foribus*=foris, foraminibus, B.; est certe quaesitius dictum pro *limine*; 3. EXSPECTANQVE lapis, N scilicet pro NT incisa.

continuatur carmen in dextera marmoris columna, sed e singulis versibus cum singulae binaeve supersint litterae, non attigi.

**116.** VI 22102 Roma

Q. Marc[io Q. l. Stephano Moschis coniux f.]
«have, dulce nobeis nome[n atque omen gerens]
Stephane, vitae nostrae [, dum vivis, decus]:
vere choronam te acepi [et mox perdidi].
Moschis tua te salutat et D[iodorus tuus,]
et blanda dulcis pupa, delic[ium tuum],
et quem tu tuis manibus nu[per sustuleras, puer.]
o fatum infelicem, qui te n[obis abstulit.]»
«have, casta coniunx et m[ei serva memoriam,]
have, mi Diodore, amice, frat[erque et parens:]

Digitized by Google

nam et amici officia, et pietat[em implesti patris,]
have, pupa blanda, anima m[ea, tuque have, puer,]
quem nuper pararam, ut hab[erem heredem nominis.]»

B 92 uberrime disputavit de carmine Ritschl. Op. IV, p. 245—247, e cuius supplementis recepimus v. v. 2. 3. 6. 8. 10; reliqua Buecheleriana. Adlocutionem esse Marcii mariti ad uxorem Stephanen mortuam putabat Ritschl perperam: verum invenit luculenterque probavit Buecheler ad tit.

2—8 loquitur uxor, 9—13 respondet maritus; 2. *dulcis* editor Corporis errore; 3. *o St.*, vel *mi St.* corr. Buecheler; 4. *acepi* [*aetatis meae*] Ritschl.; 5. *et D*[*ionysia*] Ritschl, filiam utramque Stephanes fuisse putans; 6. *delic*[*iae tuae*] Ritschl, cui *Pupa* erat nomen puellae; 7. *nu* [*per gestabas, Paris*] Ritschl; metri emendandi causa *et quem tuis tu m. nu*[*trieras puer*] proposuit Buecheler, qui tamen vidit iusto longiorem esse potuisse senarium; 8. *fatus*=*fatum* ut saepe; exempla congessit Ritschl, l. c. p. 247; metrum corrumpere quam *o fatum infelix, quod* reponere maluit poeta; 9. *et m*[*ihi responde, precor*], Ritschl, qui vi v. 10—13 respondere putabat Stephanen Marcio Diodoro marito; 11. *pietat*[*em habuisti patris*] idem; post hunc versum inseruit integrum senarium: *te mea saluto Moschis, te Dionysia*; 12. *animula m*[*ea, tuque have, Paris*] idem; 13. *quem nuper pepereram, ut ab*[*ii ad Stygias domos*] idem; in «curis secundis» Op. IV, p. 253 sqq. recepit idem v. 5 Mommseni coniecturam: *Moschis tua t. s. et d*[*icit vale*], tum eiecto senario a se inlato versum 12 refecit in hanc speciem: *have, Pupa blanda: have, mea M*[*oschis, have, Paris*]. Placuit eidem, Mommseno suadente, Winghiana lectio v. 4: TE A CAPI | . quam supplevit Mommsen *te a capi*[*te abstractam* . . . .], ipse autem *a capi*[*te avolsam fleo* vel *abreptam queror*, vel etiam *ablatam gemo*; veram esse illam suspicatur etiam Buecheler. nec mihi displicet, potuitque sane *acapi* mutilum in *acepi* mutari.

**117.** VI 22377 Roma

Memmia . Ɔ. l. Anna
ac veluti formosa rosast, cum tempore prodit.
arescit certo tempore deinde suo:
sic tu coepisti primo formossa <Anna> videri,
tempore sed subito desinis esse mea.
hoc Stabilis tuus, eheu, quo possum, munere parvo
prosequor atque opto: sit tibi terra levis!

B 1040 2 init. cf. B 967 (Mitth. 93, VIII, p. 150 n. 9, *Hülsen*): Flavia P. l. [Am]oena !

ut rosa amoena homini est, quom primo tempore floret,
quei me viderunt, seic ego Amoena fui,

ubi luditur in defunctae nomine, ut in n. 1093, 1; 2—5. ad sent. cf. Plaut. Pseud. 38: *quasi solstitialis herba paulisper fui: repente exortus sum, repentino occidi*; defunctus comparatur cum rosa, n. 519; 4—5. iungendum *primo tempore*; 4. abundat nomen defunctae; 6. EHEV lapis, non EHIV, ut dedit Henzen in Corpore: licet parva sit, cernitur tamen media E litterae

Digitized by Google

lineola in lapide a me diligenter examinato; *tuus heu* exigit metrum; *hoc ego te coniunx q. p. m. p.* fuisse in archet. suspicatur B.
est uxor fortasse, non filia.

**118.** VI 22404 Roma

. . . . . . Meno]stheus coniugi karissimae, *etc.*

hoc iacet in tumulo coni]ux veneranda Menesthei,
–⏑⏑pri]maevi mater Olympi(a)ci,
quam semper flebit nat]us flebitque maritus:
casta etenim coniux] et pia mater erat.
hanc potius dicant vate]s, qui sidera dicunt
aetheris, haec curast dignior] Aonia:
namque piae semper vit]ae fulgentia signa
ceu in utroque polo sider]a vera micant.
divinae remanent haec vi]va ligamina mentis,
corpore consumpto quae sociant] animos.

B 1300 v. v. 2. 3. 4. 6. 7. 10 supplementa Buecheleriana recepi integra, 5. 8. 9. 11. eadem paululum mutata; 5. *fida etenim coniux*, 8. *nam sine fine piae vit]ae*, 9. *egregiumque decus, sider]a*, 11. *corpore deserto q. s.* Buecheler.

3. nomen tale *Marcia, Julia* sim.; *Maera et*, B.; 6. cf. Manil. Astr. I, 446; dixerunt sidera vates; Verg. Aen. VI, 850; 8. exitus Manilianus, velut IV, 859: cf. ib. I, 309.

**119.** VI 22407 Roma

marmoreo hoc tegitur post f]at[a puella] s[epulcro]
casta, pudens, coniux Th]alĭa Monodot[i].

supplevi ex. gr.; 2. nominibus ut fit metrum pessum datum.

**120.** VI 22413 Roma

dis m]anibus
. . . . . . .e coniugis | . . . . . . . [dulcissi]mae et Mercuri |
qui decepit] me Chronius | . . . . . i Felicissimus feci |
. . . . . [numqua]m discordi maritum | [mente laesit]
. . . . . tia Clotho; ha[e]c ser | . . . . . . . . . [supra omnes femi]nas
valet mihi cara pe | [r aevum] . . . . inos parvolum; hic an |
[nos] . . . . . os binos ter [te]rnos | . . . [e]t duo menses | . . . . . s infelix
nundu | (m). . . . .[dep]onere luctum co | [iugis]. . . . . conplect[ens]
[tum]u | [lum] . . . . et prima me | . . . . . . . equ . . . . .

Digitized by Google

B 1638 4—9 sunt reliquiae versuum dactylicorum pessimae tamen notae, ut qui lapide ipso non melius habito restitui non possint; singulae passim intelleguntur sententiae, quas ex. gr. supplere conati sumus Buecheler ego.

**121.** VI 22940 Roma

d m | Nice coiugi | benemerenti | fecit
tulit annos quos potuit.

2. e metricis excerpta.

**122.** VI 23137 Roma

C. Numitorius | Asclepiades | Mummia L. l. | Zosima |
heis sunt duo concordes, famaque bona,
exsituq(ue) hones(to) felixs.

B 15 2. *fama bona* videtur ad mulierem pertinere, *exitu honesto* ad virum maxime, *felix* ad utrumque; felix=felics=*felices*, *Zander*, VIA. p. 69; numeros inesse minime tamen certos viderunt Mommsen Buecheler; saturnios descripsit *Zander*.

**123.** VI 23295 Roma

dis manibus piis s(acrum)
C. Octavius Memor | Octaviae Nebridi coniugi libertaeq(ue)
condita Nebris habes titulum, quem sola mereris,
Octavi Memoris coniux quae vera fuisti.
Elysios, precor, ut possis invadere campos,
matronamque colas Ditis Di[tem]que preceris,
det sedes ut [ibi merit]as meritosque [recessus],
quorum in]tus tu [aevo possis remanere quieta].

B 393 6. suppl. Henzen; *ditis p[lacidam]que* Bonada Carm. II, p. 409 n. 68; cf. Stat. Silv. V, 1, 49; 7. ut supra ego; *ut [honorat]as* Buecheler; *ut [amica pi]as* Bonada, qui et finem explevit ut dedimus; 8. [*ac sinat umbrarum d*]*eus ut* [*loca sancta frequentes*, idem lapide non recte lecto; ut supra ego.—cf. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 7.

**124.** VI 23629 Roma aet. Ant.

d m | Ottediae Zmyrnae, coniug(i) b. m. q(uae) v. ann. XVI |
m. VIIII, C. Satrius Abascantus fecit, *etc.*
hic iacco infelix Zmyrna puella tenebris,
quae annos aetatis agens sex et dece, mensib(us) octo,
amisi lucem: anima mea rapuerunt fata iniqua:
castior ut probior servatior ulla marito.

Digitized by Google

te precor, hoc qui releges, si pietas habet ulla locum,—
sic simile titulum natis non scribere possis,—
discedens dic: Zmyrna vale: iterum te repetem in anno.

B 496 5.=decem; 6.=animam meam; 9.=similem; sane occurrit et *hoc titulum*, X, 2487. 4692.

3. *m.* *VIIII* errore quadratarius; 7. voluit auctor *castior aut probior servatior nulla marito*; interrogari putat Buecheler mavoltque *servantior*; mihi *servata marito* est *fida, dedita* sim.; 9. *natis* superesse ex archetypo nati defuncti vidit Buecheler; 10. *repetem* lapis, quod pro *repetemus* esse positum suspicatur idem fort. recte.

**125.** VI 23852 Roma

qui laetas coluere domos] hilaresque penates
optato iuncti vinclo] thalamoque venusto,
ut caperet tel]lus perfunctos vita beata,
hanc sedem aet]ernam vivi fecere volentes,
utque foret titu]lus concordiae posteris sanctae.
hic positi qu]i sint, sequentibus versibus disces;
. . . . . . . .]s et Luria, fatali reddita morti:
haec frugi, pia, d]octa colo calathisque Minervae,
ille arte]m digitis nummoque probare peritus
omnibus atque] suo cognomine dictus Paternus.

B 471 1. 3. 5. 8. 9 sunt Buecheleriana; 2. 4. 6. 10. supplevi ego; 4. *hic sedem aet]ernam*, 6. *at functos qu]i*, 10. *ex ratione*] *suo* Buecheler;—4. *facere* edi solet: correxit Buecheler; 5. scil. *exemplo*; 7. gentile viri perisse videtur; 8. conferri iussit Marini Verg. VII, 805: bellatrix non illa colo calathisve Minervae femineas adsueta manus; 9. *doctus ite]m d. nummosque* Henzen; calculatorem intellegi volt Buecheler; cf. Petron. c. 58: partes centum dico ad aes, ad pondus, ad nummum.

**126.** VI 24049 Roma

liberta et coniunx Petronia, cara patrono,
    Thallusa hoc tumulo condita luce caret;
quae bis vicenos complerat lucibus annos:
    erepta est subito coniugis e gremio.
hanc sic adsidue deflet Petronius, ut iam
    deficiant oculos lumina cara suos.
«desine per terras infernas tendere ad arces:
    fata animam dederant, fata eademq(ue) negant».

B 1041 2 fin. cf. Verg. Georg. IV, 255. 472; *Weyman* l. c. p. 554 ind.; 6. *flumina* Leo otiose; caecum factum flendo esse maritum siegnificatur; 7—8

Digitized by Google

possunt ad mulierem referri marito persuadentem animum ne despondeat; 8. ad sent. cf. Vulg. Iob, 1, 21; *Tolkiehn*, inschr. Poesie, p. 175.—3. λυκάβαντας Homeri spectat.

**127.** VI 24085 Roma

Ph]ilemo et | [Ep]icharis |
semp]er amantes, quorum | [vitae d]ies alis ali cesserunt, |
[vixerun]t concordes et pie | , [quoru]m ossa quoque | [una quies]cunt.

frusta metrorum dactylicorum et iambicorum adgnoscuntur, integri versus non dantur.

**128.** VI 24800 Roma

have dulcis!
Popilia Alexandria rarissima | femina a. XXXV hic sita est; |
M. Ulpius Ingenuus b. m. et sibi. |
dulcis vale!
quid lacrimas? factum est! vir bone, vive, vale!
sed tibi, invide, opto, qui | ossucula mea hic sita esse | gemis,
morte tardata vivas | aeger inops!

B 1299 5. pentameter feliciter evasit; minus bene v. 7; 6. prosa est oratio metri particulis inmixtis; ad schema tale fere revocat B.: *sed tibi qui ossa mea hic sita laedes invidus opto*; *gemis* non satis certum; exspectes *cernis*.

**129.** 24807. 24808 Roma

dis man.
Popillia Felicula, pia, sancta, cara suis et Menophilo,
coniugi et collib(erto) suo, v. a. XIIX |
hunc ego nunc titulum statuo tibi, carissima coniunx,
luctuosumque mihi, qui scio, quid fueris;
extremum officium quoniam tibi reddere cogor,
et merito hoc fieri testis et ipse loquor.
nunc vos contestor, manes, quibus ossa relinquo,
tellus huic tumulo ne gravis esse velis.

B 1029 exemplaria duo eiusdem tituli, utrumque genuinum et antiquum, ut videtur.—4. pro *ego* repone *tibi*, aut in f. lege *cara marita* ut iustus fiat heroicus; *parvom tibi c.* B.; 5. *luctuosum* iunge cum *titulum*; 6. 7. iunge: quoniam cogor extr. off. tibi reddere, testis et ipse loquor, et(iam) merito hoc fieri; 8. cf. Verg. Aen. XI, 819; 9. malim *velit*, ne nimis laxa fiat sententiae iunctura; post *relinquo* (v. 8) solet interpungi, *tellusque* pro vocativo accipi.

Digitized by Google

**130.** VI 25022 Roma

hic síta, fuit quae nómine] Prima et móribus;
vixit a. XXVIII
(hic) óssa bene atquiescánt tua!
nullum dolorem | accepi tui, nisi quod fata | lem diem
celeriter peregisti. |

1. 3. supplevi versusque informavi; 4. 5. est prosa oratio.—1. ludit poeta in defunctae nomine et laude.

**131.** VI 25427 Roma

si quis forte velit tumuli cognoscere fatum,
et quorum maestus contegat ossa lapis,
accipiat paucis, ne sit mora longior aequo,
si tumulus teneat, quem vocat ipsa via:
hic situs est annis plenus vitaque beatus
et laetus omni morte Rhodanthion;
nec sit mirum, quod comis, quod dulcis, amoenus
in vita fuerit: nomine floris erat.
hunc coniunx talem nimio dilexit amore,
inque diem vitae una fide coluit;
et postquam fatis morientia lumina solvit
supremisque suis reddidit obsequium,
invita hoc munus coniunx Victoria fecit,
quodque virum vicit, aegra dolore fuit.
sed quoniam fatis nulli est obstare potestas,
quin teneant cursum, quem statuere semel,
quod solum licuit, coniunx fidissima fecit:
post illum nulli fas violare toros;
servatamque diu vitam habitamque pudice
post mortis casum pertulit ad tumulum:
namque simul posita est fatoque tenetur eodem,
quodque modo potuit, morte secuta virum.
haec est sancta fides, haec sunt felicia vota:
amplexus vitae reddere post obitum.
fortunati ambo, si qua est ea gloria mortis,
quos iungit tumulus, iunxerat ut thalamus.

B 1142 6. nomine proprio pessum it pentameter: intellego hominem, post tam cumulatam vitae bonorum possessionem, morte qualibet inperterritum obisse; 7 init. *ne mirum sit* Schrader; *neu (nec) tibi s. m. quod c. d. a.*, B.; 10.



Digitized by Google

*ma* est rectus casus potius, quam ablativus ultima correpta: supple *omnium*; 11. *lumina solvit* doctus poeta fecit pro *compressit*, nempe defuncti; cf. Verg. Aen. V, 856; X, 418; 12. *suis* h. e. mariti; non tamen nego omnia ista de marito etiam moriente aliquatenus intellegi posse, ita ut *obsequium reddidit* sit quasi alias *debitum naturae persolvit*; illud malo concinnitatis causa; 14. *vicit* i. e. superstes facta est; 18. supple *fuit*; 19. de hiatu cf. *Birt* Rh. Mus. 1899 (54, 1), p. 222; 20. *mortis casum* intellego *mariti*; 23. *felicia vota* cf. Petron. c. 11; 24. *vitaei* lapis; e vetustiore carmine esse repetitum putat B.; *vitae ei* vetustiores; 25. init. cf. Verg. Aen. 9, 446; *si qua est, ea gl. m.* B. paulo quaesitius; 26. *oros* lapis: correctum ab editoribus.

**132.** VI 25512 Roma

C. enniae | P. Rubrius | Celer | uxori car(issimae) | pientissimae | cum qua vix. | an. XXXXIII | mens. VIII sine | querela | b. m. p. |

optó valeas, qui légeris.

3. est dimeter iambicus; idem prosa oratione enuntiatum habes paulo inferius VI, 25537: bene valeas, qui legis.

**133.** VI 25547 Roma

d m | Rubriae Postumae | coniugi karissimae | cum quem vix(i) an. XIIX |

L(ucius) haec coniunx posui tibi dona merenti:
hic erit et nobis una aliquando domus.

B 1293 4. *hic* adverbium; cf. tamen VI, 12055: domum quem.

**134.** VI 25580 Roma

Ephésia Rufria, má[ter et coniúnx bona],
hic ádquiescit. quaé [mala periít febri,]
quam médici praeter é[xspectatum addúxerant.]
solámen est hoc sím[ulatique críminis]
nec véra vox: tam dúlc[em obisse féminam,]
puto, quód deorum est [vísa coetu dígnior].

B 94 restituit Buecheler, qui ad v. 3 iussit conferri Petron. Sat. c. 42: medici illum perdiderunt, immo magis malus fatus: medicus enim nihil aliud est, quam animi consolatio; v. 2 *quai* ex apographo Henzeni retinet ille temporum Claudianorum scribendi ratione; alia excogitari posse, velut v. 1: *ma*[*ter a partu recens*] non negat; ad v. 6 cf. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 7.

**135.** VI 25617 Roma a. 10 p. C.

Rusticelia M. l. Cytheris | debitum reddidit X k. Sept. Maluginense et Blaeso cos.

Digitized by Google

quandocumque levis tellus mea conteget ossa.
    incisum et duro nom[en] erit lapide,
quod si forte tibi <fuerit> fatorum cura meorum,
    ne grave sit tumulum visere saepe meum;
et quicumque tuis umor labetur ocellis,
    protinus inde meos defluet in cineres.
quid lacrimis opus est, Rusticeli, carissime coniunx.
    extinctos cineres sollicitare meos?
    una domus cunctis nec fugienda viris,
    ut quae volui tempore tempus habet.
nondum bis vic[e]nos annos compleverat annus,
    supremum Parcae sorte dedere mihi.

B 965 3—6 leguntur fere verbo tenus VIII, 15716 ubi *levis* ex nostro reponendum pro *rapax*, quod proposuerat Schmidt; ceterum titulus noster ex duobus archetypis neglegenter satis conglutinatus est: 3—8 et 9—14; ante mortem et post mortem ea proferre fingi mulierem putat B.—4. *nomine* traditur; 5. abundat *fuerit*; supple *est* post *tibi*; 8. *defluat* B.; 9. nomen a metro alienum. ut adsolet; 11. 12. temere corrupit archetypum scriptor carminis, ut quae dicere voluerit aegre intellegantur: «omnibus feminis una domus adeunda est, ne viris quidem cunctis fugienda»; *cunctis. nec* B.: 12. exspectes *uti quo volui tempore, t. h.*, h. e. reliquum vitae tempus inde ab annis XL aevum absumpsit; 13. archet.: *nondum vicenos vitae* (vel *aetas*) *compleverat annos*. cf. Plin. Epl. V, 16, 2; *annum* ut *diem* pro *aetate* intellegi posse puto: 14. fin. *dedere diem* B. archetypum habuisse putat. recte omnino.

**135a.** VI 25985 Roma

P. Scantius P. l. | Olympus | fecit sibi. v. a. LXX | sine criminae | vitae, et Scantiae Agele conlibert(ae) | optimae, de se bene meritae |

B ad n. 1104 2. *sine cr. v.* clausula nota.

**136.** VI 26192 Roma

hic est illa sitā pia, frug(i), casta, pudic(a),
    Sempronia Moschis,
cui pro meriteis ab coniuge gratia relatast.

B 368 3. in *relatast re* abundat.—cf. B. 250, 9; 640, 9; 678, 6. versibus italicis adnumerat *Zander*. VIA. p. 78.

**137.** VI 26338 Roma

dis manibus | Sergiae Nice, | vixit | annis XVIIII | mensibus VI | Hermes | Sergi Fructi | coniugi cariss(imae) |



Digitized by Google

hos ab animo potuit disiungere nemo,
nisi finitio fati.

B ad n. 1851 3. exitus hexametri; 4.=*definitio* potius, quam *finis* fato datus.

**138.** VI 26442 Roma

Servilia Irene, reverens, pia, casta, pudica,
bis quinos denos et sex provecta per annos,
sit tibi terra levis, cineres quoque flore tegantur.
C(h)ryses b. m. |

B 451 1. *ierene* traditur; 2. vixit marita igitur an. XXXVI; cf. n. 24.

**139.** VI 26489 Roma

. . . . . . . l. Seberae | vix. ann. XXXI |
hoc desiderium titulo c[oniunx pia functi]
testatur Laeti Fusca relicta [sui].
quem quia non potuit fletu revo[care sepultum].
iunxit concordi nomen [utrumque animo].
o, utinam iunctos licuisset amore frui[que],
hoc tum[uloque obitos iungere membra simul.]

B 1134 1. nomen defuncti corruptum in apographo; 2 fin. *coniux et amorem*, B., *curamque perennem*, Leo; ut supra ego; 3. *sui* editor Corporis. *viri* Leo; 4. *revo[care]* praeivit editor Corporis, supplevi ego; *fletue* apogr.; *fletus simul eximere aevo*, B.; 5. ut supra ego; *n. in hoc tumulo* B.; spectat ad v. 3 ubi iunguntur nomina utriusque; 6. 7. sententia videtur eadem esse atque VI, 25427, 23—26; 6. *amorei* apogr.; fin. *frui nos* B.; 7. supplevi.

**140.** VI 26926 Roma

Suetrius Hermes hic situs est, cui Tertia coniunx
aram constituit digno meritoque marito,
cum quo concordem vitam multosque per annos
vixit, et tenero casu s(u)bt(ract)a marito est.
de cuius fama multi cum laude locuntur,
quod fuerit cultor domini rerumque et amotor.
tu qui [praeteriens titulum legis ipse sepulcri,]
[optato, placide cineres atque ossa quiescant].

B 461 3 fin. cf. Verg. G. IV, 208; 4. *et heu tenero* Burmann; *sbta* traditur, solverunt compendium Spon Fabretti; *spoliata* Henzen, B. olim, *solata* B. in Anthol.; 6. propter vocem *domini* christianum esse carmen putabant Burmann. Meyer non recte; 7—8 supplevi sententiam secutus; *tu quisquis legis haec mortalem te esse memento*, Burmann.

Digitized by Google

**141.** VI 27278 Roma

. . . . . . . . . a C. l. Fortunata |
Fortuna]ta fui et vixi te digna [marit]o;
set nimium subito fatali[s me abstul]it hora:
hic ego secure iace[o deduc]ta per ignes.
et tu mortal[em te, hospes, na]tum esse memento,—
nam [nulli fas est] votis excedere fata,—
ne gravior i]usto sit mors tibi [causa doloris].

B 389 supplementa v. v. 1 et 6 sunt Bormanni, de Rossii; v. v. 2 et 5 Buecheleri: v. v. 3. 4 nostra; 1. *uxor cas*|*ta* Bormann; fin. cf. V, 1710; VI, 1779; *Weyman* p. 536; 2. *fatali*[*s contig*]*it* de Rossi; *f. sustul*]*it* Borm.; 3. init. cf. n. 294; *iace*[*o consump*]*ta*; 4. *mortal*[*em temet* vel *tete na*] proposuerunt iidem; *mortal*[*em te sic na*] Buecheler; 5. *nulli licuit* Borm.; *fas haud hominist* de Rossi; 6. *nec mea plus i*]*usto* Buecheler. — v. 4. post lacunam si *cum* legas, ut Bormanno videbatur, supplendum *mortal*[*is vicinum Or*]*cum* (Borm.), vel *mortal*[*is fatum hoc ae*]*cum* (Buecheler).

**142.** VI 28753 Roma

Vel nunc morando resta, qui perges iter,
Et iam dolentis casus adversos lege,
Trebius Basileus coniunx quae scripsi dolens,
Vt scire possis infra scripta, pectoris.
Rerum bonarum fuit haec ornata suis,
Innocua, simplex, quae numquam errabit dolum,
Annos quae vixit XXI et mensibus VII,
Genuitque ex me tres <natos>, quos reliquit parbulos.
Repleta quartum utero mense octavo obit.
Attonitus capita nunc versorum inspice.
Titulum merentis, oro, perlegas libens;
Agnosces nomen coniugis Gratae meae.

B 108 1. *perges* est praesens; 2. *etiam* lapis; probant B., Henzen; 3—4. *dolens* videtur iungendum esse cum *pectoris* potius, quam cum *scripta*; 5. *ornatrix* vel *ornatu*, B.; *suis* erit dativus; minus placet *ornata* (*a*); 6. *serbabit* olim, corr. B. ex apographo Rossii; 9. malim *uteri*; 10 fin. *respice*. B.; 11 fin. *perlegas oro*. B.; 12. ludit poeta defunctae nomine et laude.

**143.** VI 29265 Roma

d [m] | M. Ulpius St[e]p[hanus] | U[lp]ia[e]
Spei co[niugi] | sanctissimae et li[b.] | libertabusque poste |
[risque] eorum feci[t.]

Digitized by Google

cuius votis indul[s]ere dei; qu(a)e | duo pignora
matura sensit sui, | et quod maxima vota cupiit.
virg(inia) | manibus est sepulta mariti; quam | ne
lacrimere, precor, et potius b(ene) | dicas manibus, oro;
quae v. a. LV m. IIII |

B 1586 4. *indulgere* traditur; cf. n. 12; retinet B.; 6. [*vi*]*ba* correxit editor Corporis perperam sane; *quam. l* | *ne* traditur; corr. editores.—Frustula metrica passim dinoscuntur, veluti 4. *votis indulsere dei*, 5. *et quod* (= *quae*) *vota cupit, manibust sepulta* (volg.—*sepelita*) *mariti*, 6. 7. *ne lacrimere precor, bene dicas manibus oro.*—4. 5. liberos duos reliquit mulier.

**144.** VI 29642 Roma

dulcis aput manes, Zoe benedicta, moraris:
tu secura iaces, nobis reliquisti querelas;
  precesti hospitium dulce parare tuis.

B 1292 3.=praecessisti.—2. eadem sententia redit IX. 2780; 3. cf. notum Labeonis Thyrsique colloquium, X. 2641.

**145.** VI 30102 Roma s. I p. C.

. . . . . . . . .
et, quae rara fides tori [notatur],
multos cum caperet superba forma,
blando iuncta viro pudica mansit.
qui nunc pro meritis bene adque caste
corpus, quod potuit negare flammae.
unguento et foleo rosisque plenum
ut numen colit anxius merentis.
parcas, oro, viro, puella, parcas,
ut possit tibi plurimos per annos
cum sertis dare iusta, quae dicavit,
et semper vigilet lucerna nardo.

B 1508 1. supplevi; post *fides* exstant in lapide incerta litterarum vestigia PONI val TONI vel TOTVI vel POTVI simm.; *tori*[*s probatur*] vel *tori*[*s habetur*] vel *fides* [*potest vocari*] Buecheler; cf. VI, 12853; 6. *foleo* h. e. *nardo*, cf. X, 1784; v. *Forcellini—de Vit*, III, p. 115; *Marquardt*, Privatl. II (2) p, 783; *Friedlaender*, Darst. III (6) p. 78 not. 7; *Sigismund*, die Aromata, p. 32; *Buech.* ad tit.; 8—11 ad sent. cf. *Pomialowskii* Stud. ep. p. 57; 8. de elocutione cf. Martial. II, 41: *ride, si sapis, o puella, ride* (ex Ovidio, cf. Ars am. III, 513).—Ante v. 1 periere multa admodum.

Digitized by Google

**146.** VI 30105 Roma

«funusque orn]avit pulchre, deces[s]um [dolens],
hone]ste hoc voluit monumento am[bos tegi];
et quod 'r]ogàvi, ut faceret monumentum m[ihi],
sic i]mpetravi id ab eo: laudo benevolen[tiam],
commu]ni heic animo duo ut essemus siti.
pari coniugio, virtute, summa industria
vixsi et fortunam, quoad vixi, toli.
Tertia quom essem, me primam speravi fore».
«quom quod sperarem [fore] me retinere potesse,
spe amissa voluit me Fortuna heic retine(re).
quoniam me Fortuna iniqua non sivit frui,
nihil timeo nec confido: moriundum scio.
vivam quam ornare stud[ui], ornavi mortua[m]».

B 68 1—8 loquitur uxor defuncta; 9—13 maritus superstes.—
1. supplevit Buecheler apographo Mommseniano usus; aliquantulum differunt apographa Bormanni, Nisseni, Nicolaii; illud praetuli; 2. *ca]ste* Mommsen; *am[bustam tegi]* Buecheler; *am[bos nos tegi]* editores Corporis; sed cum iam lacuna in f. versus minime sufficiat duobus pedibus recipiendis, supplevi ut supra; quinarium putat hunc esse versum Buecheler, ut v. 7, sed admisso hiatu ante *hoc* fit senarius fere iustus; 3—5 recepi Buecheleriana; 4. *i]mpetravi* Haupt, sed lacuna est litterarum fere quattuor; hypermetron esse nemo miretur; *tiam* in exitu videtur prae spatii exiguitate per compendia exaratum; 5. *u]ni* Mommsen, lacuna tamen capaciore; DVQVI lapis, ut videtur: 6. cf. VIII, 5501. 5798; cum de concordia tum etiam de pari coniugum virtute licet intellegere; 7. supplendum videtur *ambiguam* sim., cf. Buecheleri Progr. Gryph. 1870 p. 22 not.; *aequo animo* supplet idem; 8. ludi in nomine uxoris vidit Buecheler; *primam* h. e. in morte; sententia passim obvia, velut VI, 5254. 6593. 20569 all.; «si tertiam intellegis viri coniugem, non video, qui expediatur *prima*», Buech. ad tit.; expediretur sane aliquatenus, si conferres titulos, ubi *prima* item pro numero potius, quam pro laude ponitur, velut VI, 6593: viva viro placui, prima et carissuma coniunx; sed contortior fit sententia; 9—10 ex alio archetypo excerpti hexametri duo; ECIEM lapis; *mecum* corr. Haupt, de *ecidem* forma cogitabat olim Buecheler; male expressisse puto quadratarium FORE de scheda male scripta; cum tamen durior sit coniugis mentio omissa (etsi omittitur v. 11), suspicor *quam quod speraram* (praeeunte Hauptio) fuisse exarandum; 10. *retine* lapis; 11. *quoniam me fors* (s. *fatum*) *iniqua* (s. *iniquum*) *non sivit frui* emend. Haupt Buecheler; poterat legi et *qua quod* cett.

**147.** VI 30111*a* Roma

. . . . . . maior . . . . . .
hic sita sum, properans] quae liqui g[audia vitae],
cui primus morte[m partus ha[bere dedit.]

flent pater et mater, pul]sat sua pector[a coniunx]:
    par nobis aet]as unaque m[ens inerat.]
quem cernis tumulum ca]rus mihi con[didit ille],
    qui mecum a]eterno fo[edere iunctus erat.]

B 1296 2—5 suppl. Buecheler; 6. 7. ego; praeivit Corporis editor *ca]rus mihi con[iunx]* et *a]eterno fo[edere]*; v. 6 *condidit et c. m. coniux ossa sepulcro*, B.; dicit fort. defuncta tanti amoris vinculum ne morte quidem interrumpi; *foedus thalami*, VI, 30115.

**148.** VI 30115 Roma

suscipe me sociam tumulis, dulciss[ime coniunx],
    cum mors est tecum non meruis[se mori].
hic mea mens simul est, simul hic mea [vita sepulta]:
    mortem ferre tuam mors mihi [semper erit].
sanguine, fortunis, anima form[aque valebas],
    et quantum in thalami foede[re praestat amor].
publica cura tuae fidei commis[sa laborum]
    illustrem tribuit te m[ihi, care, virum].
o, si Romuleos fas sit [convisere vultus]:
    conf[erri nato nonne dei poteras?]

B 1338 1—6 suppl. Gudius Pithoeus Burmann; 7—10 ego; 6. *foedere laudis erat*, B.; 7. *commissa salusque*, 8. *te moderante locum*. 9. *sit numerare triumphos*, 10. *conferet aeternum publica fama decus*, Burmann.—1. de plurali *tumulis* simm. egit *Church*, Beitr. p. 86 sqq.

**149.** VI 30119 Roma

aspicite hanc speciem, iuenes, miserabilis hora
quoi lucem eripuit, caroque viro dedit luctum.
hic vobeis dignis una mecum dedit hoc monumentum:
haec a vobeis merito data nobis praemia laetor,
quod species nostras titulo dignas esse putastis.
nunc rogo, quod sequitur, semper nostri meminisse velitis,
ho]c quoque cura velit vestra laude tributum,
cu]m fatum tulerit una eius mecum condere ossa loco.

B 367 carmen neglegenter satis conceptum quale fere esse debuerit ut intellegatur, propono Buechelerianis nonnullis receptis:
aspicite hanc (h. e. huius) speciem, iuvenes, miserabilis hora
quoi lucem eripuit luctumque viro dedit acrem.
hic vobis una mecum dedit hoc monumentum;
haec a te merito data nobis praemia laetor.
quod speciem nostram titulo dignam esse putasti.

Digitized by Google

nunc rogo, quod sequitur, nostri meminisse velitis.
hoc quoque cura velit vestra mihi laude tributum,
cum·fatum tulerit, mecum eius condere et ossa.

1. *iuenes* non mutandum; cf. VI, 25708, 11; 3. respicit ad notam formulam *mihi meisque*; 4—5. adloqui debuerat maritum matrona defuncta; formosam fuisse mulierem significatur v. v. 1. 5; 7. *vestrā* erit nominativus; reponi poterat et *vestri*, cf. VI, 27814; *nostri officio* pro *nostro*; supple *esse*; 8. in fine non abnormis erat et pentameter fere talis:

uno eius mecum condere et ossa loco.

v. v. 1. 6—8 adloqui matrem familias filios superstites vel quod minus probabile libertos vidit Buecheler.

**150.** VI 30123 Roma s. IV p. C.

condidit hic maestus coniunx, sex] mensibus actis
post nuptias, tenero per quam biduatus (amore) est;
casta cui coiux c[ubilia liquit, amorem]
posteris ostendens, ulli si credere fas est.
patre repugnante, propio hec nomine signat,
nobercam vincens; fame (sed) nomen ubiquem.

B 600 1. sententiam informavi; 2. suppl. Buecheler; nulla lacuna in lapide; 3. sic ego. collato VI, 12072, 7; *c[ubilia servat, amorem]* Buecheler; 5.=*proprio haec;* fecisse maritum significatur negasseque patrem puellae a noverca devinctum; 6.=*famae. ubique*; suppl. Buecheler.

**151.** VI 30125 Roma

[conditur hoc tumulo coniunx pia cara. Sabina,
quam subito ex thalamis rapuit mors atra] marit[i];
non potuit totos ter denos ann(os) sextunque re(plere).
eu, quantus dolor est amissa coniuge kara!
plus amor immentest, animo lacrimisq(ue) incenditur ardor,
nulla datur requies, eretque in pectore volnus.
quam brebis innocuis vita est! sic fata dederunt.

B 490 1—2. supplevi ex. gr.; 3. REI vel REA traditur; *ann(os) exfunguere* h. e. *exstinguere* pro *explere* excogitavit Mommsen; 4. QVNTVS traditur compendio fort. male soluto; 5. *animo* extra numeros; *amor est animo* ponit Burmann; 6. conferri iubet Buecheler Verg. Aen. VI, 600: *nec — requies datur ulla*, et XI, 40: *patens in pectore volnus*; cf. etiam ibid. IV, 67 et 689; 7. cf. supra n. 41, 12, et n. 154, 6.

**152.** VI 30127 Roma

hic sita, quae notuit forma, p]robitate fideque,
unius et studio cas]tum servare cubile.

Digitized by Google

nunc meritae maerens] alto de corde maritus
signavit laudes pos]tremo carmine testis,
Faustus ille, opibusque po]tens et nobilis hortu.

B 1662 1. *p]robitate,* 2. *cas]tum,* 4. *pos]tremo,* 5. *po]tens* praeivit Corpus; carmen quale potuerit esse ostendi.—1. *notescere* verbum habes VI. 30131; 2. clausula sumpta ex Verg. Aen. VIII, 412.

**153.** VI 30130 Roma

dicere vix] tantum rhetor [poteritque poeta],
ferbuerit quan]tum noster sub origi[ne maeror].
ut delet] carptura rosam, mihi decidit [Agne],
ceu de]cor et vernum macula vi[tiatur inerti.]
haec no]n offenso vitae mihi tramit[e lata est,]
fuit m]orum matura, bono nil de[stitit umquam.]
co]niugii scit cara fides heresq[ue domusque,]
ind]e quod aeterno migrari[t debita caelo,]
ut vit]amque ferat melior m[ortique negetur].
arca est] facta pie cura [impensaque mariti.]

B 599 4. *de]cor* et 6. *m]orum* praeivit Buecheler; carmen reconcinnavi ego.
2. *sub origine,* cf. Manil. Astr. 1, 147; 3. nomen ex. gr.; 4. *decor* puto erit generis neutri, ut *femor femus* sim., cf. Neue, Form. I² p. 558 sq.; *Georges*, Lex. d. lat. Wortf. col. 196 s. v.; bene igitur vertetur a nostratibus «вешняя краса»; cf. Stat. Silv. III, 3, 129 sq.; 8—9. puto esse christianam, paganis tamen non paucis servatis; 11. litterarum incerta vestigia IANO ME ad carmen pertinere negavit Buecheler.

**154.** VI 30138 Roma

. . . suc . . .
. . . a. m . . . .
. . . i. nec. la[crim . . . .
. . ex] actam de [luce serena]
man]dasset mor[iens . . .
car]a viro, felix, n[isi mortem f]ata dedissent.
nun[c vale,] o dulcis coniux . . . .

B 1685 3. 5. 6. 7 suppl. B.; 4 ego; 6 fin. cf. n. 151, 7.

**155.** VI 30142 Roma

o, du[lcis coniunx, thalamis dignissima nostris,
sanct[orum cultrix morum officiique fuisti,
quor[um dira tibi fructum fortuna negavit:

Digitized by Google

nam [nimis ante diem gremio subtracta mariti es,
nec st[abilis vitae cursus concessus amanti.
sed tua |fama manet, longo nec stringitur aevo.

B 1653 carmen concinnavi ego.

**156.** VI 30156 Roma

[d] m
cara meis, mult]um felix cum coniuge caro
vixi, namque m]eos morientes texit ocellos,
viva ego quod mer]ui, libens semperque rogavi.
annos nata quater septe]m suprema reliqui.
. . . coniugi inco]mparabili |

B 452 2—4 suppl. ego; dedit Buecheler haec: 2. *par]um*, 3. *tamen ille m]eos*, 4. *quod mer]ui*;—2 fin. cf. *Weyman*, l. c. p. 534; Ovid. Tr. V, 5, 21; 5. sic B. in Corpore; *prolem cum oppetere]m* in Anthol. s. n.; solet tamen illa sententia clarius indicari; ad v. 4 cf. VI, 8553, 4.

**157.** VI 30158 Roma (?)

q]uis gemitum mortis ve[l sistat tristia verba],
aut cui tot lacrimas [iam cecidisse satis?]
coniugis [amissae casus, dum vita manebit,]
[quod superest misero iam mihi flendus erit.]

B 1644 supplevi; 1. *velit exaudire nefandum*, 2. *l. referam quos funere nostrae*, B.; 3 init. cf. Ovid. Met. VII, 689.

**158.** VI 30160 Roma

. . . . . ca]rum dulcemque maritum

B 1667 christiana videtur Huelseno.

**159.** VI 30164 Roma

o miser [amissam doleo qui morte maritam]
ereptam e[x thalamis, heu, nimis ante diem.]
hic ia[cet infelix, sed nullo crimine, coniunx,
faemina [qua nulla est doctior aut melior.]
quas ius[tum fuerat laudes adscripsimus illi:]
ter denos [annos vix cumulasse datum est.]

B 1651 adumbravi ego;—2 init. potest etiam *e gremio*.

**160.** VI 30266 Roma

. . . . . . os mihei es . . .

Digitized by Google

. . . . . . e fundere ia]m . . .
merita] es de me iam . . .

maritus uxori posuisse videtur.

**161.** VI 30519, n. 3 Roma

. . . . . . nda iucath . .
. . . . Po]ntia coniux
. . . . e]st rapta marito
. . . . . d Maxima Fl . .
. . fu]nus abstulit m[ihi . . .
. . . o]rnato solvent [iusta . .
. . . tum enibus o . . .
. . . . nio v . . .
. . . . sum . .

B 1664 lectio parum certa.

**162.** VI 30573 n. 12 Roma

quodque] abstulisti [multa lu]cra, non erit
discrim]en: amplum est [hoc satis, q]uod perdidi

B 1790 1. i. e. Fortuna; senarios duos fecit B. ex. gr.

**162a.** VI 30573 n. 18 Roma

. . . . . si]mplex d . . .
annos . . . . . vi]xi, rapui[t mors impia . . .
. . . . . u]no cont[enta marito
. . . . . . tiio qui . . .

B 1698 3. supplevit B.; cf. VI, 5162.

**163.** VI 30634 n. 2 Roma

Claudiu]s hic cinis est positus [ca]rissimus coniux.

B 1767 nomen ex. gr.

**164.** VIII 152 Sommet el Amra s. II ex. vel III in. p. C.

Vrbanilla mihi coniunx verecundia plena hic sita est,
Romae comes, negotiorum socia parsimonio fulta.
Bene gestis omnibus cum in patria(m) mecum rediret,
Au, miseram Carthago mihi eripuit sociam!
Nulla spes vivendi mihi sine coniuge tali:
Illa domum servare meam, illa et consilio iuvare

Digitized by Google

Luce privata misera qu(i)escit in marmore clusa.
Lucius ego coniunx hic te marmore texi:
Anc nobis sorte(m) dedit fatu(m), cum luci daremur!

**B 516** 3. patria; 7. quescit; 9. sorte, fatu.—
«hexametri dactylici numeros cum appeteret non adsecutus est misellus poetaster, adsecutus est acrostichon item sibi propositum»; idem v. 9 *anc* formam admisit eiusdem rei causa; 2. de *parsimonii* voce cf. *Kübler*, Arch. f. l. L. VIII, p. 168; B. ad tit.

**165.** VIII 403=11511 Ammaedara s. II p. C.

Mevia Felicitas, vixit | annis XL. Q. Calpurnius | Fortunatus maritus coniu | gi karissime posuit.

non digna, coniux, cito vita [exire de]crevisti, misella:
vivere debueras annis fere centu(m), licebat;
fuit enim forma certior moresque facundi,
fuit et pudicitia, quam in alis nec fuisse dicam, nec esse contendam:
set quia sunt manes, sit tibi terra levis!

**B 1329** 3. *digna* lapis; exspectes *digne*, quod etiam Wilmanns coniecerat; in fine versus legit Schmidt in ectypo VITAΓI¦||¦Γ, quae cum supplementis Wilmannsianis *vita* [*exire de*] non satis congruunt; suspicor fuisse in lapide *vita ti*[*bi de*]*crevisti*, h. e. *vitam tibi decurtasti* pro tempore moriendo; *decrevisti* itaque a *decresco* (sensu activo, vel potius a *decreo*), non a *decerno*, cf. *Korsch*, Arch. f. l. L. II, p. 120; 5. pro *certior* exspectes *ceteris melior* vel simile quid (cf. tamen VIII. 2756, 6: 'certae pudicitiae, et *Kübler*, Arch. VIII, p. 178); pro *facundi* mavolt Schmidt *iucundi*; retinet B.; 6. prosa fere oratione compositus est; 7. cf. VIII. 11594. 11665.

**166.** VIII 434=11518 Ammaedara s. II p. C.

hic situs est Varius cognomine Frontonianus,
quem coniunx lepida posuit Cornelia Galla;
dulcia restituens veteris solacia vitae,
marmoreos voltus statuit, oculos animumque
longius ut kara posset saturare figura;
hoc solamen erit visus: nam pignus amoris
pectore contegitur memor(i) dulcedine mentis,
nec poterit facili labium oblivione perire;
set dum v[i]ta manet, toto est in corde maritus.
nec mir(um), quoniam tales quae femina mores
vel [iactare potest animumque fidemque marito?]
ille piu[s vixit semper sine crimine vitae],

Digitized by Google

indulg[ens comisque suis et carus amicis;]
et quo[niam amborum iunxit concordia mentes,]
felix i[am poterat voti composque videri.]
set fo[rs, humanis rebus quae inludere gaudet,]
eripuit [Varium prima florente iuventa:]
nam bi[s undenos nondum compleverat annos]
nec li[cuit misero morbo properante maligno]
anno[rum numerum sex condere mensibus illum].

B 480 2. malim *lepide*; 3 fin. cf. *Weyman* l. c. p. 540; 4 init. cf. Verg. Aen. VI, 848; 5. *karara* lapis; 6 init. cf. Verg. Aen. X, 859; fin. cf. Ovid. Met. III, 283; Stat. Silv. III, 2, 81; *Weyman*, l. c. p. 540; 7. *memor* lapis; 8. *labium* est genet. plur.; facio tamen cum Buechelero, qui suspicatur *labsum* fuisse in archetypo; 9. VSTA lapis quadratarii culpa pro VITA. de cuius erroris ratione palaeographica amplius disputavi in Ephem. Minist. Publ. Instruction. 1894 m. Mai, sect. phil. class. p. 70 sqq., iussique conferri VIII, 16463 et Verg. Aen. VI, 608; ad elocutionem cf. etiam II, 1399; III, 3241. 6475; V, 6693; VIII, 2803. 4524; IX, 4796; XII, 712. 973, alias; idem error recurrit in titulo VIII, 16265, ubi legit Schmidt MFAVSTA, *Faustae* nomen subesse putans, cum sit nihil aliud nisi MEAVITA = *mea vita*; 10. *mir* lapis; 11—12 supplevi ad sensum; 14 cf. Stat. Silv. I, 2, 154; de tituli metris cf. Wilmannsium ad tit.— Ad v. 15 cf. II, 5965.

**167.** VIII 702 = 12128 Chusira s. III p. C.

Julius Ingenu(u)s obit in Gallia morte(m);
coniunx patriae gremio mandat Virula corpus.
Germaniae meruit specula[t]or et cornicul[ar]ius
legionis: initium vitis vitae fuit finis.

B 522 «ad versus hexametros adspiravit, qui titulum composuit»; immo *legionis* si metrum excedere putemus, nescio an pentametrum v. 4 facere voluerit; lusum verborum attende.

**168.** VIII 1042 Carthago

Clodia . . . . | aman[s] vir[i] . . . . [p]ia | [vi]x. ann. . . :
cerne, viator, in hoc [tum]u[l]o i[acet optima coniunx];
commune hoc m[o]num[e]n[tum illius ad]q[ue viri est].
quaeso, abi: ne viola: sic [fiant omnia, quae vis],
et tibi, quicumque e[s, qui l]e[gis hunc titulum].

B 1286 suppl. Wilmanns.—litterarum vestigia in fine v. v. 2—5 supplementis Wilmannsianis non ubique respondent; sed apographon, quo usus est, neglegenter satis exceptum est, fateturque ipse supplevisse se carmen non nisi exempli gratia; 4. *sic di dent*, Wilm.; *fiant*, B.; 5. *es, molliter ossa cubent*, B.

Digitized by Google

**169.** VIII 1069 Carthago

in mármore illo claúditur| Victória,
qua núlla fuerat ália pul]chrior morib(us),
nec tánta in ullis crévit fama dé]coris
pudicitiaeque insígnis gloria] féminis,
curá neque alia fúit ma]iori líberum.
at nón dolori meó pepe]rcit cóniugis
crudélis Parca, vérum ab]rupit stám[ina],
annósque ter minus ún]o septem mú[nere|
lucís privavit náta]m quarta ho[rá dii].

B 221 senarios iambicos adgnovit Studemund, qui supplevit hoc modo: . . . . Victoria [hic sita est, qua nulla pul]chrior morib(us), [quae omni genere de]coris [omnibus praestitit]. feminis. [Crudelis tamen Parca neque am]ori liberum [neque desiderio pepe]rcit coniugis, [sed] rupit stam[ina], *et v. 9*: quarta ho[ra].—Sed v. 5 legit Huebner | IORI et v. 9 videtur in eiusdem apographo hasta inclinata ex M littera superesse. Totum carmen supplevi ego Studemundianis nonnullis usus; v. v. 1—4 in tres senarios coegit Buecheler hoc modo:

⏑–⏑–⏑ hic sita est] Victoria.
quae pulchra forma tota, pul]chrior moribus
cunctis de]coris [antecessit] feminis;

dubitat tamen, an solis dimetris fuerit carmen compositum ad hoc exemplum:

Galla hic sita est] Victoria.
formosa, pul]chrior moribus,
pudica, plena de]coris
cunctisque praestans] feminis.
sed non am]ori liberum,
non Parca pa]rcit coniugis,
quae morte] rupit stam[ina].
annis]q(ue) septem mu[neri]
datam mihi] quarta ho[ra tulit].

**170.** VIII 1465 = 15333 Thubursicum Bure

Sallustia Prim[ula]
Pr]imula prima fui [Nig]ro generata puella
iun]cta cum dominis Si[sen] | niae (coniugis) Attici Barbari |
ve]num data su(m) Sall[ustio | C]aroso quem fata m[overunt |
u]t (me) sibi coniug(io) iun[geret] *etc.*

B 1614 2. hexametrum supplerunt Wilmanns et Schmidt; *T[ity]ro*, B.; cetera pars tituli evanidi, a Schmidtio Buecheleroque ad sensum, ut supra dedimus, expleta, prosa videtur oratione concepta esse;— 3. i e. *dominiis*, ut recte vidit B.

Digitized by Google

**171.** VIII 1542=15511 Thugga

. . . . . praela]ta laude omnib(us) et pr[ae] | dicata reb(us) cunctis, q[ui | b]us probantur femina[e] | , vera, sancta, pruden[s] | , fecunda, subolis opt[i] | m(ae); quae quod proba [er] | at, etiam in supprem[is] | meruit de deis, ut mox | [p]ost maritum, quem | solum norat, vita ex | cederet; vixitq(ue) apu[d an]num, unde est sen[ec] | tae exordium . . . (reliqua pars lapidis periit).

1—5 explevit Wilmanns; 2. 3. de cumulatione id genus epithetorum in titt. Afr. cf. *Kübler*, Arch. f. l. L. VIII, p. 182; 6. *apu[d an]num* expl. ego, de qua ratione dicendi disputavi in Ephemer. Min. Publ. Instr. 1894 m. Octobr. sect. phil. class.; *a pu[pa ad an]num* coniecit Mommsen, (potuit conferri n. 265, 4: *a pupula*, sed nihil necesse), sed lacuna lapidis non amplius trium litterarum capax est; *sen[ec]tae* suppl. Mommsen.

2. seqq. rediguntur ad archetypum iambicum:

rebúsque cunctis, quís probantur féminae:
sanctá, prudens, fecúnda, subolis óptimae;
quaprópter in suprémis meruit dé deis,
ut post maritum móx et vita excéderet,
vixítque apud annum, unde ést senectae exórdium.

de eiusmodi titulis cf. *Norden*, Kunstpr. p. 588 sqq., 626 sqq.

**172.** VIII 1557=15554 Agbia

d m s
Arinia Victoria, mágnis moribus fémina,
at cúius sectam númquam accedí potest,
híc sepulta, sét domi es:
de anemó cert[a] es, quia númquam disced[és] meo.
Marcus Motasius
dicó sepulcrum, quod sit tibi idem ét mihi.
p. v. a. XXXV | h. s. e. |

B ad n. 116 de metris tituli dixit Studemund ad tit.; id. v. 5 emendat:

de animo cert[e] quia n. d. meo,

suspectans etiam CERT litteras non satis recte lectas esse; mihi videtur *es* (v. 5) esse imperativus, et *quia n. discedes* vice fungi accusativi c. inf., ut in sermonis rustici monumentis passim legitur: «sois certaine, que . . . .» Disputavi de hac loquendi ratione in Ephem. Min. Publ. Instr. 1894 m. Maio sect. phil. class. p. 72.

**173.** VIII 1954=16513 Theveste litt. malis

d m s
Iuli[a] Fortuna[t]a, pie vixit annis LX . . . . |

Digitized by Google

casta, bona, inviolans, rarum hoc a coniuge munus
Fortunata, tibi: sic placet Hardalio.
nomine digna meo, quod tu mihi, ka[r]e, superstes:
natorum natis, te incolumi, vigui.

B 1289 2. «post LX aut nihil aut hasta una excidit»; 3. *pa* lapis «errore lapicidae non satis correcto»; *a* omnino rectum.

3. 4. «loquitur Hardalius»; ceterum *Hardalio* est Voc. vel Nom. B-o; 5. 6. «respondet Fortunata»; 6 fin. cf. Horat. Od. III, 9, 4. 8.

**174.** VIII 2035 Vicinia Thevestae s. III p. C.

inter odoratos nemorum ubi laeta recessus
mater pingit humus et lectis dedala tellus
floribus exultat gratisque et frondibus almum
vix patitur cum sole diem,—hic, provide Felix
Florentine, decus cum coniuge, sancta, pudica
Hostiliana, tua et Splendonillae, natoque
cons[picitur remanetque aevo sub marmore tecta].
hic pulcr[am in speciem confectas arte fabrili]
aedes Pen[telicus lapis in sublimia ducit],
incertu[m ut reddant oculum lumenque tuentis].
constru[cta mole hac, optamus, provide Felix],
felices ut[i dehinc possis durare per annos!]

B 469 1 in. cf. Verg. Aen. VI, 658; fin. Ov. Met. III, 157; 2. exspectes *humumque*, ut iungatur *mater* cum *tellus; daedala tellus*—notum Lucretianum (I. 7); 4 fin. cf. IX, 503; 4—7 interpretatus est Studemund ita: hic, provide Felix Florentine, decus sancta pudica Hostiliana, tua et Splendonillae (filia), cum coniuge natoque con[spicitur]; reliquum carmen supplevi ego; 7. cons[ociatus eris], B.—optimorum poetarum spoliis pessime usus est noster.

**175.** VIII 2756 Lambaesis s. II p. C.

quae fuerunt praeteritae vitae testimonia,
nunc declarantur hac scribtura postrema;
haec sunt enim mortis solacia,
ubi continetur nom[i]nis vel generis aeterna memoria.
Ennia hic sita est Fructuosa, karissima coniunx,
certae pudicitiae bonoque obsequio laudanda matrona:
XV anno mariti nomen accepit, in quo
amplius quam XIII vivere non potuit;
quae non ut meruit ita mortis sortem retulit:



Digitized by Google

carminibus defixa iacuit per tempora muta,
ut eius spiritus vi extorqueretur, quam naturae redderetur:
cuius admissi vel manes vel di caelestes erunt sceleris vindices.
Aelius haec posuit Proculinus ipse maritus,
legionis tantae III Augustae tribunus.

B 1604 5. de hiatu cf. *Church*, Beitr. p. 35; 7. *mariti* traditur; suspicatur Wilmanns fuisse in lapide MARITE.—

rhythmicum esse tenorem tituli vidit Wilmanns; videntur et mihi v. v. 1—4 iamborum speciem prae se ferre, 5—10 hexametros redolere. 11. 12 iterum iambico numero aliquatenus esse compositi, 13 et 14—esse hexametri; v. 8 etiam ad pentametri similitudinem accedit; rediguntur nonnulli in certam archetyporum formam, ut:

quae súnt praeteritae vítae testimónia,
nunc déclarantur hác scriptura póstuma;
haec súnt enim duraé mortis solácia, (*vel*: hoc est e. d. m. solacium).
ubi cóntinetur (fúncti) aeterna mémoria.

∠⌣⌣ hic posita est ⌣⌣∠ karissima coniunx,
casta, pudens bonoque obsequio laudanda mătrona.
quae non ut meruit sic mortis sorte perempta (est);
carminibus defixa iacet per tempora muta.

manés vel di caeléstes sceleris víndices.
∠⌣⌣ haec posuit ⌣⌣∠⌣⌣ ipse maritus.

10. ad sent. cf. n. 428; XII, 2611; *Pomialowskii* Stud. epigr. p. 47; 10 fin. *multa* legit Renier recte fortasse; cf. *longum mansura per aevum*, n. 227. simm.; tuetur etiam B.; 11. sensus est: *vi extorqueretur (potius) quam n. r.*: per vim periisse mulierem ostenditur; de construendi ratione cf. *Kübler*, Arch. f. l. L. VIII, p. 178+not. 13. 14; 14. *tantae* vel laudis gratia adiectum vel legionis numerum nomenque postea addita esse ostendit, cf. VIII, 3166; ad Hadriani tempora refert titulum Pomialowski.

**176.** VIII 2803=18140 Lambaesis litt. rudibus.

d m s
quod potui miserandus homo, me iunxi sepulcro,
kara, tuo, donec me ∠ mea vita manebit:
credo tibi gratum, si haec quoque Tartara norunt.
Ampliatus act(or) | feci |

B 576*b* 3. *mie* vel *mihe* apogr.; *mihi* emendavit Renier; *me* corr. in Suppl II; 5. *act(or)* Wilmanns; *act(arius)* Renier.—3. donec mihi vita manebit, Ovid. Jb. 43; ad. v. 4 Culicis v. 294 iubet conferri Buecheler.

Digitized by Google

**177.** VIII 2803*a* = 18141 Lambaesis

d m s

Donata, pia iusta, vale: serva tuos omnes;
coniugis absentis reditum perferre nequisti:
Ampliatus poterit tibi tristia dona refer[re].

**B 576*a*** 4. supplevit Renier *sacra*, sed in lapide *dona* fuisse postea apparuit (Suppl. II).—numeri barbari admodum.—3. 4. nota verborum figuram: perferre nequisti—poterit referre.

**178.** VIII 3109 Lambaesis

d m s

Valeriae Manili | ae, carae adq(ue) dul | cissimae mulieri
et | incomparabili | adfectu, meren | ti coniugi, *etc.*
et si qui praeteriens legeris, peto dicas: «Manilia dulcis,
sit tibi terra levis!»

4. 5. carmen solutum notae sententiae, cf. VIII. 3727, all.

**179.** VIII 3319 Lambaesis

qualís fuit Aconia muneris!
«ut meús fatus essét brevis!»
[i]un(c)tí fuimus parés.

**B 1608** integra est.—«centones videntur esse sententiarum sepulcralium. sensu nullo conglutinati», Wilm. ad tit.; mihi v. 1 videtur esse enuntiatio exclamativa a marito prolata, v. 2 consecutiva a muliere: «quanto officio fuit Aconia (in me, maritum scilicet)»;—«non tamen maius commodum inde consecuta sum, nisi ut immatura morerer»;—«iuncti f. pares», addit maritus, v. 3.—*cunti* lapis; tuetur B.; sed. cf. n. 185: iuncti pares, separati nec umquam.—de Aconiorum nomine v. Arch. f. l. L. 1902, XIII, 1. p. 119.

**180.** VIII 3463 Lambaesis

d m s

Aureliae Vercel | lae, coniugi dulcis | simae, quae vixit plus |
minus annis XVII.
non fui, fui, non sum, non desidero.
Anthemus maritus eius.

**B ad n. 247** 4. *fui* est *vixi*; concinnior tamen esset sententia, si *fui* abesset; cf. V, 1939: non fueram, non sum, nescio, non ad me pertinet; II, 1434: nil fui, nil sum; cf. etiam V, 3415; VI, 9258; VIII, 2885; redire tamen formulam *non fui fui* semel iterumque inter sepulcralia ostendit Buecheler s. n.; ad numerum trochaicum revocat idem.



Digitized by Google

**181.** VIII 3935 Lambaesis

Numenio Zoë fecit amans tumulum.

B 1291 Zoe Numenii uxor redit VI, 29646*a*.

**182.** VIII 4071 Lambaesis s. II p. C.

[sistite vos, moneo, gressum, qui pergitis ire,]
et titul[is] dam[na a]nte h[aud sua]via quaerite nostris.
quae nuper flebat vicinum amplexa sepulchrum,
post thalami infausti taedas cupidosq(ue) hymenaeos
intra quinque tori menses viduata marito,
hic Sotira iacet, d[ur]i solacia casus
Augustale suo capiens post fata recepto,—
si liceat saltem post tam crudelia damna
se]dibus aeternis sensus [renova]re piorum.
[stans] fuit ista fi[des, fuit atque pu]dor ita tu[tus,]
[antiquas etiam posset quae aequare maritas.]

B 433 1. lapide superne fracto periit totus hexameter, nam quae supersunt non sufficiunt ad integrum sensum efficiendum: supplevi ex. gratia; 2. LIIVL DAM NII II lapis a Mommseno collatus; iam cum admiserit quadratarius scripturae compendia IN, ME, NA, RI, potuit admittere etiam non minus usitata ET, TI vel IT, AN; supplevi itaque, ut supra; cf. I, 1007: sepulcrum hau pulcrum; *gaudia sed*] *dam*[*nis non per*]*via q. n.* supplevit Buecheler; 5 fin. cf. *Weyman*. l. c. p. 538; 6. suppl. Mommsen; 9. *se*]*dibus*. [*itera*]*re* suppl. idem; *renova*]*re* ego; *refovere* Buecheler; 10. suppl. ego; VIII, 2756: certa pudicitia; *nam summa*] *fuit ista fi*[*de, summa p*]*robitate* Buecheler; sed litterarum vestigia in fine versus indicant fuisse in lapide DORITATV; 11. supplevi ad sensum.

ad v. 6 iubet conferri Hense Verg. Aen. VI, 377: sed cape dicta memor, duri solacia casus; ad v. 9 cf. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 7.

**182a.** VIII 4122 Lambaesis

d m s

Valeria Rog | atina
Vetid | ius Saturni | nus con(iugi) piae | fecit.
et si cui tit | ulu(m) legerit, di | cat pro pietate: | Rogat(ina),
ter(r)a tibi le[vis] | siet!

4. (cf. VIII, 4120) et 5 ad iambos accedunt.—4.=si qui.

**183.** VIII 4180 Lambaesis

. . . . . . . . . . . . .

incomparabilis adfectus coniugis;

vix. | a. XXVIIII | maritus | de se bene | merenti | fecit *etc.*

1. periit nomen defunctae; 2. senarius casu fortasse effectus.

**184.** VIII 5030 Thubursicum Numidarum

d m s
hoc in loco suo cónditum est corpús meum
Iuniae Victoriae | a Iunio Hyacin | tho marito ra | ri
exempli, quae | vixi annis XXVI | m. III d. XXIII
iugúmque coniugálem pudicum píissimo
maríto exhibui ín diem vitaé meae.
vos, superi, bene facite, diu vivite et venite!

B 141 5—7 revocat Buecheler ad archetypum tale:
iugúmque coniugále pia piíssimo
maríto exhibui usque ín diem mortís meae;
tu dúm licet bene fácito, diu vive ét veni!

5 init. talia ex titt. Afr. congessit *Kübler*. Arch. f. l. L. VIII. 173; 6. *in diem* mihi videtur dictum esse pro *in diebus*, h. e. dum vita manebat.

**185.** VIII 5501 Aquae Thibilitanae

d m s | L. Cor | vinius | L. f. Quir. | Flami | nalis | v. anis | LXXI |
d m s | Agrin[i] | a Victo | ria Ag | rini Do | nati | filia v. anis | XLVII |
iuncti pares, separati nec umquam;
cum mea marita egi bona(m) vitam:
marita defuncta placuit ic locus.

4. *bona vitatama* lapis ut videtur; 5.=hic.—3—5 iambos redolent.

**186.** VIII 5804=19118 Sigus

I]ulia Spesina
kar]a mi[hi] coniunx mult[os] dilecta per a(n)nos,
obsequio pietatis superasti maritu(m);
omni[a], quae ‹sunt› no[bis, t]uo [s]unt quaesita l[abore].

B 636 de restituendo titulo egi in Ephemer. Min. Publ. Instr. 1894 m. Mai. sect. phil. class. p. 72; quae ibi proposui, verbo tenus congruerunt cum iis, quae postea dedit Schmidt in Supplemento p. 1827 ad n. 19118; 2 fin. cf. Verg. Aen. IX, 85; 3. cf. n. 880, p. 371 (VIII. 648, 2) et B. 761. 1.

**187.** VIII 5834=19189 Sigus

Pomponia Fort[unula]
kara mihi con[iunx], multis dilect[a per] annis:

Digitized by Google

(obsequio pietatis) superasti m[ar]itu(m).
omnia, qu(a)e s[unt] nobis, tuo sunt qu[ae]sita labor[e].
hon | este memorie | mulier |

B 635 2—4 supplentur ex tit. VIII 5804, quem cf.—2. *dilact* | | | | lapis; cf. VIII, 5804; 18823; 4. *labori* lapis.

**188.** VIII 18823 Aquae Thibilitanae

[d m] s
Mi]nucia
c]oniu(nx) car[a] mihi, mul[tos] dilecta [pe]r annos,
l]uctibus i[n] tantis q[u]o solum [r]eddere po[s]sum,
han[c] tibi funes[t]am solidum de marm[o]re feci,
quod nomen hoc caste pariter cum corpore serves.

B 1831 3. eadem formula redit n. 186. 187; fin. cf. Verg. Aen. IX, 85; G. II, 100; 4.=quod, *d* obscuro; 5.=solido; supple *domum, sedem, memoriam*; *fecit* lapis, *t* obscuro; 6. *quod=quo*, sensu fin.; *caste* fort. genet. sg.; *serves* non mutandum in *servet*, ut malunt Schmidt Buecheler; defuncta intellegitur, non marmor, quaesite sane.

**189.** VIII 7228 Cirta

casta, pudica fui Mnesithea, [b]ona marito.
in fide qua potu[i] Aurelia coniunx,
qui mecum sine lite fuit vixitque marito;
natos amavit una mecum; et laus referenda,
Rogatiane, tibi. Vixi festinans vivere semper.

B 561 titulus male scriptus nec multo melius descriptus.
1. suppleri posse etiam *digna, matrona* (archet. *digna et matrona)* vidit Buecheler; 1. 2. exspectes potius *fuit. potuit,* sed non mutandum; *qua*=quad, quoad; 3. *qui* ad *marito* referendum, hoc nempe ordine: bona marito — marito, qui mecum — vixit; ad sent. cf. Manil. IV init.

**190.** VIII 7255=19454 Cirta

a) d [m] | Ca[eli]a C. Audasi[i] | fil(ia) R[ufa] | vi[x.] a[nn]. . . .
b) q[uad vixi, val]ui fidissim[a bon]a marito,
gentis[s] Caeliae decor, decus et Flaviae gentis.
ad tu, care, precor, coniunx, si facta record[as],
si fecunda tibi pi[eta]tis amore(m) reliq[ui],
commendo inn[ocuae memori] tibi coni[ugis arcam].
c) m[atrona hic recubat ca]stis[sima, cara m]arita:
mor[es, adfec]tu(s) simplic[itasque pa]res.

Digitized by Google

quam [mala f]ata prius er[ipue]re mihi,
per totam v]itam con[sor]tem nostri laboris,
im[p]ie; [nunc] o, quam dole[o morbo es]se pere[mptam].
. . . . . . . . . . . .

d) hic sita [sum mulier ca]stissima, fid[a marito],
Caelia Ru[fa]
mores, a]dfectu(s) simpl[icitasqu]e pares.
sed miser [heu c]oniunx, qu[ia] qu[ot con]vixim[us] annis,
qui[a] q[uotannis ite]m dedimus sin[e cri]mi[ne] nato[s],
hoc [so]lam[en erit mor]tis, [na]m fer[re dolorem]
[coniugis amissae soli minor anne potestas?]

B 560 «**fragmenta plus minus quindecim cippi quadrati a quattuor lateribus scripti**»; **tria fragmenta accesserunt in Suppl. II p. 1852, de quorum magnitudine litterarum cum taceant editores. ad titulos *b c d* retuli locis adsignatis. Frusta in quattuor titulos digessit Leclerc, hexametros adgnovit Studemund, qui supplevit *b* v. 3 et *d* v. 4 (minus recte); totos titulos explendi periculum fecimus Buecheler ego. Et quidem ut plane perspicuum sit, quantum cuique debeatur, supplementa Buecheleriana huc transtuli:**

**b) v. 1: . . . . . . . f]ui fide[lis amic]a marito,**
**v. 3—5: ad tu, care, precor, coniunx, si tacta record[or].**
**si fecunda tibi pi[eta]tis amore(m) reliq[ui],**
**commendo inn[ocuae cineres] tibi coni[ugis] . . . . .**
**c) v. 1—5: praestabat stu]diis m[usaque exculta m]arita**
**mod[estia tame]n simplic[itasque pa]res,**
**quam [mala f]ata prius er[ipue]re mihi,**
**mor]tem no[n me]ritam, con[sortem n]ostri laboris,**
**[infesto mod]o quam dolu[i morbo es]se per[emptam].**
**d) v. 1—5: hic sita [quae vixit ca]stissima fid[a marito]**
**Caelia Ru[fino: a]dfectu simil[iq. fid]e pares.**
**sed miser[a heu co]niunx, qu[in]qu[e una] vixim[us] annis**
**qui[n]q[ue fuga thal]ami dedimus sin[e fine] minato | ho[sti] . . . . .**

**tituli *c* et *d* non quinis, sed senis hexametris videntur constitisse, sed quae in fragmentis cernuntur perpaucarum litterarum incerta vestigia non sufficiunt ad restituendum.**

**d) 1. cf. VIII, 7228; 4. *pietatis amor relictus* sunt liberi opinor pietatis officio erga patrem superstitem fungentes; 3—5 anacoluthon rusticitate insigne.**

**d) 2. nomina extra metrum, ut saepe, posita sunt; 4. 5. fecunditatem suam iactare videtur mulier prole quotannis edita, cf. tit. *b*, 4; 6. cf. n. 166.**

**191.** VIII 7384 Cirta

Geminia Inge | nua, univira, conse | rvatrix dulcissima, | mater

Digitized by Google

omnium | hominum, parens obni | bus subvenies, innoce | ns, castissima, praesta | ns, rarissima, v. a. LXXXI | tristem fecit nemine. | o. v. b. q. |

2.=omnibus subveniens; 4.=neminem.—color quidam iambicus vel ex parte etiam trochaicus apparet, sed casu fortasse effectus.—ad vocem *univirae* cf. Val. Max. II, 1, 3; de nominibus compositis in titt. Afr. cf. *Kübler*, Arch. f. l. L. VIII, pp. 170, 200; ad sent. cf. *Friedlaenderi* Darstt. I (6), p. 517 not. 3; *Zimmermann* l. c. p. 8; de graduum usu in titt. Afr. egit *Kübler*, Arch. l. c. p. 178.

**192.** VIII 7427 Cirta

d m | Sittiae Spen[i]

quisquis amat coniunx, hoc exsemplo coniungat amore(m):
est autem vitae dulce sŏlaciolum.
haec abit ad superos cum filio <Episuco> karissimo nostro.

B 1288 ad v. 2 cf. VIII, 8123; *iungat* archet.; *coniungat* reflexivum est *Küblero*, l. c. p. 174; 4. si nomen elimines, fiet hexameter poeta illo dignus.

**193.** VIII 7665 Cirta

d m s | Praepusa | Aug. n(ostri) liberta, | coniux | rarissima | obsequens | et casta, | cum grandi | pietate | marita | v. a. XXXV | h. s. e. | Onesimus | maritae |

noscuntur passim iambici et dactylici metri (*cum grandi pietate marita*) vestigia.

**194.** VIII 8002 Rusicade

Ingen(ua) | Afraniorum | Secundi et Olympia | dis fil(ia) unica cas | ta pudica, v. a. XXI | coniunx piissima. |

frustula metri passim apparent, ut: *unica casta pudica. coniúnx piíssimá.*

**194a.** VIII 8026 Rusicade

d m s | L. Caelius | Gallosus | v. a. LXXV; | Nigidia | Veneria | coniugi pio | m[e]renti pos(uit) |

3. *coniugi—posuit* quasi septenarii trochaici exordium.

**195.** VIII 8123 Rusicade

Pompeia Chia, | v. a. XXV h. s. e.
opto, meae caste contingat vivere natae,
ut nostro exemplo discat amare virum.

B 1287 2. de parataxi cf. *Kübler* l. c. p. 177; ad v. 3 cf. n. 192; 2—3 ad sent. cf. Propert. V, 11. 87.

Digitized by Google

**196.** VIII 8259 Aziz-ben-Tellis

C. J(ulio) Satu | ro, v. a. LXXXX; | J(ulia) Modest | a
mar(ito) k(arissimo) | p(ia) f(ecit).
votí si non reús, se sine dié mori.

«argutiis his videtur significari maritum hoc loco sepeliendum fuisse, cum non contigisset ei, quod voverat, ut sine die moreretur, id est fortasse, ut immortalis fieret», Momms. ad tit.; mihi sensus talis fere esse videtur: voverat olim Iulius se *sine die* esse moriturum, h. e. morte immatura (cf. ross. «безвременная кончина»); cum tamen provecta aetate annis fere C mortuus sit, *voti sui* (an *si* pro *sui*, *svi* dictum?) *non reus* recte dici potest.

**197.** VIII 8896 Tupusuctu

nomine dic[ta fui Papi]nia Quinta Papi[ni],
  optima quam mat[er ---] progenuit;
eximio coniuncta viro, quo prosata patre
  Romano proles Iulia fulsit equo.
haec ter tricenos postquam pervenit ad annos,
  explicuit fatum et tenet hunc tumulum.

B 1283 1. DEC . . . . . . . . . | NIA, apogr.; *fuit* B.; *Papiria Papi[ri]* Mommsen; 2. excidit matris gentile, ut *Lollia, Clodia, Flavia*, al.; 3. *prosata*, *Kübler*, l. c. p. 199; 4. FVI | SET apogr.; *Iulius Romanus* videtur fuisse defunctae maritus; 6. explicuit=explevit.

**198.** VIII 9127 Auzia a. 259 p. Chr.

reddere quod solum licuit post morte(m) maritae,
hunc tumulum vobis, manes, mnemaque sacra[tum]
obsequiumque mei, Victorinus, vovi dolor(is).
  iacet in hoc loco Iulia Kara, quae vix. ann. XL m. III d. XI
et linquit dulces natos et coniuge(m) [dig]nu(m).

B 517 1. quot; morte; marite; 2. mnemovetacra; 3. dolor; 5. coniuge || nu.
1. cf. IX, 5722; 2. sic Renier quaesite sane; *m[o]nim[enta]que sacra* Buecheler; utrumque ductuum reliquiis parum respondet; 3—4 redeunt in n. 199; 5. exspectes *liquit*, quamquam et praesens a tali carmine minime abnorme.

**199.** VIII 9133 Auzia c. a. 234 p. C.

[reddere quod solum licuit post morte maritae,
hunc tumulum vobis, manes, monimentaque sacra
obsequiumque mei] Donatus [v]ovi doloris.
  [iacet in] hoc loco Iulia Syra, quae et | [The]ssalia, rarissima marita, quae | vixit an. XXII men. VI d. VII |

Digitized by Google

Aelius Donatus maritus | fecit d(e)d(icavitque) a(n.) p(r.)
CLXXXXV || |

B ad n. 517 suppletur ex n. 9127.—3. *novi* apogr.

**200.** VIII 9183 Ager Auziensis

carminis est coniunx huius] Constantius auctor
ipsiusque duo c]ari de sanguine nati.
quisque legis, dis]cas, [q]uid sit per[f]erre laborem:
sit licet illa cinis,] at est memoranda per annos;
fuit species pulcherr]ima data coniugi tali,
factaque munus erat pie]tatum imitare priora.
oramus, nomen eiu]s ut honor ampliet in evum,
cedat item virtutibu]s his per saecula vita!
iam quia legisti, don]et tibi patria laudes,
ac placide curas mortali]um [l]in[q]uas inanes.

B 577 2. c]ari, 3. dis]cas, suppl. Mommsen; totum carmen ego.—3. OVID, PERIFRRE vel PERIERRE, 4 init. AI, 6 init. IATVM, 10. IINCVAS apographa.—

1. idem exitus V, 6729; 2 fin. cf. Verg. Aen. II, 551; 3 fin. cf. Verg. Aen. V, 617. 769; VI, 437. 892; G. II, 343; *Weyman*, l. c. p. 543; 6. de *imitare* infinitivo cf. Georges, Lexicon d. lat. Wortformen, Lpz. 1889 s. v.; 7. *in* abundat in metro; 8 fin. *Weyman* l. c. p. 544.—Licet christianum sit carmen, tamen propter antiquas aliquot locutiones recepi; acrostichon fuisse verisimile.

**201.** VIII 9496 Caesarea

Julia Stacte monimentum | feci viro meo
Rufo: v(i)xit | annis XXX. hic situs est |
te rogo, pr(a)eterie(n)s: «sit tibi terra levis!»

B 1455 3. pro *te* reponendum *dic*.

**202.** VIII 9638 Zuccabar

Julia Victorina | (h)ic sita est, trad | ita marito
ano | rum XVIIII
o fa[t](um) crudele!
con maritu fecit | annos II et men. | II
et (d.) XV; Julius | Victor pater. . . . . . . [ded]i[c]arunt.

1. *ic*, 3. *fai*, lapis.—3. venit in mentem Passeris Catulliani v. 16: *o factum male*; 4. *maritu* erit accusat. ut passim.

**203.** VIII 9670 Cartenna

in isto tumulo T[anni]a sepulta est Syra,

Digitized by Google

quae brevi ne quidem inpleto b[i]enni tempore
crudo mortis in[t]erven[t]u mari[t]ali v[i]nculo
disiuncta est: annos agens occidit XVII m. III d. XVIIII.

voluit qui scripsit senarios componere.

**204.** VIII 9690 Cartenna

Hed]iste mihi coniu[nx] (nunc) tristia Tartara [visi]t:
num(ini) qu[e] fine annorum sacra Proserpine edit
ex duodecimo numero, (quem plebs) [u]rbana de[l]egit;
n[ec] potuit (vitam) precibus lacrimis(que) mereri:
et si quit fatis religio nulla resistit
. . . . . . . . . . . .

B 527 «a restitutione carminis interpolati abstinuimus»; non solum interpolata est, sed etiam pessime excepta, ut non nisi exempli gratia possit restitui, quod feci; varias lectiones adscribere operae pretium non est.

1. potuit etiam *Call]iste* vel simile nomen fuisse; *iste* retinet Buecheler: ad. locut. cf. VIII 152: Urbanilla mihi coniunx . . . . .; 2.=quae, Proserpinae; 5. *et si quit* locutionem puto recte se habere; aliquatenus potest conferri Petron. Sat. 42: et quid si non abstinax fuisset; *ibid.:* quid si non illam optime accepisset 6. quae sequuntur IVNO PIVS SE non intelleguntur; exspectatur hoc loco nomen mariti et formula ponendi faciendive. Totum fere carmen restituit Buecheler de marito defuncto cogitans hoc modo:

iste mihi coi[ux] i[n] tristia Tartara [abi]t nu[nc],
qui fine annorum sacra Proserpine dedit,
ex duodeci(m) m(ensum) numero . . . . . rbana . . . . . detegit,
n[equ]e potuit precibus lacrimis mereri,
set sicut fatis religio nulla resistit.
hunc pius se . . . . . .

3. de sacerdotum numero deque eorum a populo electione cf. *Kraschenìnnikovii* Sacerd. Municip. p. 88 § 62 sqq. et p. 124 § 103 sqq.

**205.** VIII 10828 Nattabutes

d m s | Gabiniae Matro | nae,
comití defunctae; sórs et fortuna ímproba!
quae dúm per annos bís XVIII vitá(m) gerit,
non út meruit vitá functa est subitó.
et conscius aet(h)er.

h. e. b. q.

B 110 3. «exspectes *bis decem vitam*», Studemund, qui v. v. 2 et 3 duos senarios efficere monuit; mihi videtur etiam v. 4 esse senarius, sed uno pede mancus; 5. esse Vergilianum (Aen. IV 167: dant signum; fulsere ignes et conscius aether) vidit Studemund; EI CONSCIVS AETER apogr.; verba

Digitized by Google

sunt extra carminis tenorem addita, nisi minus recte se habet apographon cf. tamen VIII, 18792; 6. est solitum *h. o. e. b. q.*, sed cf. VIII, 18792; h(ic) e(st) b(ene) q(uiescat) interpretatur Buecheler nullo tamen exemplo adlato.

**206.** VIII 10945 Oppidum Novum

hic sita est Kal(purnia) Flavia cognomine dicta,
q(uondam) decenviri Kal(purni) Tancini filia,
quam constitit vixisse annis bis XX et octo mensibus,
posque exacti VIIII dies bis X et tres relinquit.
haec tibi pro meritis Aemilius Vitellianus cognomine dictus
coniux pia praemia ponit.

B 575 «qui scripsit titulum, pedestrem orationem corrupit, ad versus non pervenit», Mommsen ad tit.; v. v. 1. 5 adhibitum est solitum archetypum:

hic situs est ⏑⏑–⏑⏑– cognomine dictus;

v. v. 2—4 senarios iambicos efficere voluit poeta; v. v. 5. 6. usus est item nota formula:

haec tibi pro meritis coniux pia praemia ponit.

3. 4. «id est vixit a. XL m. VIII d. VII», Mommsen; «fortasse advixit noni mensis dies XXIII exactisque *reliquit* saeculum», Buecheler, qui nominativum esse absolutum statuit pro eo quod debuit: exactis noni (h. e. mensis) diebus bis X et tribus.

**207.** VIII 11108 Sullecthum

Caeciliana mihi, marito Epityncha]nus nomen,
cuius eram felix coniu]nx de patre Catillio.
quinque dies vixi, septem men]sesque et annum
sub matrimo]ni iugo, quae peperi et peri(i).
quin fletus] sepulto meo profundere velis,
non [moror: inlacrima,—te quoque fata manent].

B 1334 1—4. explevit Schmidt; 1. *C. m. socioque fuit Daph*]*nus n.*, B.; 2. *cui data sum c.*, id.; 3. *annos viva tuli viginti*] *sesqui et a.*, B., qui putat *sesqui* recte esse exceptum; 4. *s. Daph*]*ni*, id.; 5. *si lacrimas*] *sepulto meo* Schmidt dubitanter; ut supra ego; 6. supplevi ad sensum; 5—6 *iam cineri*] *s. m. pr. v.* | *non* [*lacrimas, violas sed magis atque rosas*, B. elegantissime.—

4. cf. III. 8003; 5. *sepultum* esse locum sepulturae vidit Schmidt, ut *bustum* locum comburendi; *sepultus* IV ordinis formam tuetur *Kübler*, Arch. f. l. L. VIII, p. 171.

**208.** VIII 11292 prope Sufetulam

[haec tibi, kara, tuus conscripsi verba maritus,

Digitized by Google

o dulcis coniunx,] dexterae [sol]am[en amissae]:
[quod potui miserandus homo, tibi] carmina redd[o].
[nam thalamos annos tu t]res quater pie n[ostros]
[servasti exemplo cunctis, bon]a [f]idaque [n]o[bis].
. . . s et faciet fa . . .

B 1683 supplevi aliquatenus ex VIII, 16737.

**209.** VIII 11315 Cillium

h[ic sita] m[at]rona a[nim]a [can]didissima [n]ota,
quae] breve [vixit,] quoniam an[n]is [f]rudata d[ecessit.]
[h]unc tumulu[m] (pater heu fecit) cum coniug[e] honestum;
bis den]os annos [tr]es ad[vi]xi[t me]ns[es . . . . . .

B 1690 titulus male tempore, peius a describentibus habitus non nisi ad sensum aliquatenus restituitur, quod feci; apographorum varias lectiones non adscripsi; v. 1. *can]didissima*, 2. *f]r(a)udata* supplevit Schmidt; quoniam aevo | es frudata, dat hunc tumulum cum coniuge honestum, B.; 3. excidisse in apographis unum versiculum suspicor; 4. quae post NS sequuntur non intellego.

**210.** VIII 11448 regio inter Sufes et Djilma

hic iacet infelix] sed [n]u[llo] crimine coniunx;
impiŏ raptus a]mor filo et sorte crudeli.
heu, lacr]umis mariti eris triumq(ue) nato[rum]
flenda, qui me]ritis tertios fecere su[premos],
temporibus sem]per et eris memoranda fut[uris].

B 633 1. SED V lapis V non satis certa; fuit fort. N; *sed ullo* proposuit Schmidt; 2. a]mor, 3. nato[rum], 4. su[premos], 5. sem]per, fut[uris] explevit idem, reliqua ego.—4. *tertios* puto recte se habere, etsi in pagano carmine quinam honores significentur, ad liquidum non potest perduci; cogitavi de cineribus componendis, cf. Marquardt, Privatl.[2] p. 384. Totum carmen non sine dubitatione aliqua sic explevit Buecheler:

quae nullo poteras] sedu[ci] crimine coniunx,
castus erat tibi a]mor. filo et sorte crudeli
iam lacr]umis mariti eris triumque nato[rum],
qui sumptus ca]pitis tertios fecere su[premis],
deflenda sem]per et eris memoranda fut[uris].

fatetur ipse versus 4 quinam esset sensus non plane se adsecutum.

**211.** VIII 11581 Ammaedara

d m [s]
Clodia Dativa kastissima femi | na semper

Digitized by Google

vixit an. XXXVI | h. s. e. |
hanc aeterna(m) domum Clodius | Libosus uxori rarissimae fecit

2 cf. B. 771, 1.—nescio an non fortuito adpareant metri dactylici vestigia haec:

Clodia ---- kastissima femina semper

et

hanc aeterna(m) domum --- rarissimae fecit.

**212.** VIII 11613 Ammaedara

dis manibus | Neria Primigenia | vix. ann. LXX | h. s. e.
aequas optavi sedes, iucunda marito: perveni:
filius hoc voluit, qui mihi carus erat.

B 1284 3. *perveni* metrum excedit.

**213.** VIII 12191 Sidi Amara

memoriae Verriae Quie | tae
castissimae et rari exempli feminae
quae | pie vixit annis LXXVIII | et hic sepulta est | *etc.*

2. levissima mutatione fiet senarius:

castissimae rarique exempli feminae.

sed non urgueo.

**214.** VIII 12792b Carthago

dis man. sac. | Miniciae Primae, quae vixit | annis XXVI,
Nicodromus Aug. | piae et bene merenti uxori fecit |
Prima aetate tua rapta es, karissima coniunx:
annis bis denis et sex tibi vita probata est.
Roma tibi genus est, fatum fuit, ut Libys esses;
duceris ad Stygiam nunc miseranda ratem.
Inque tuo tristis versatur pectore Lethe,
ut non cognoscas me, miseranda, pium.
Munus erat, Fortuna, tuum servare pudicam,
et poteras ambos Italiae dare tu.
A multis fletu renovaberis, o bona, simplex,
cum te in conspectu non habeam comitem.

B 1187 11. *renovaveris*, lapis.—4. archetypum fuit fere hoc: *annis bis denis vita probata tibi est*, quod cum ad hominem adcommodaret carminis auctor, pessumdedit, ita tamen ut hexameter evaserit. hexametrorum capitibus efficitur acrostichis *Prima*, ad quod nomen adludit etiam v. 3 init.; titulum temporibus Traiani vel paulo inferioribus vindicat B.

Digitized by Google

**215.** VIII 12881 Carthago

L. Magius . . . [Lac]erta | pius vixit ann. LII. h. s. est |
Magia Chrysis uxor viro sancto, | indulgentissimo, p[r]o meritis fecit |
cum quo vixit, maledixit mihi numquam,
offendit me nuncquam nec ullum alium.

nescio an trimetros iambicos ut faceret, in animum induxerit poeta noster.— 4. malim *vixi*; erravit fortasse quadratarius, quod saue tolerabilius est, quam *quo vixit* rustico sermone dictum accipi pro *convixit*, vel adeo *cum quo* pro *qui quod* (=quoad).

**216.** VIII 13134 Carthago

tu, quicumq(ue) pius vel inbenignus
legens titu(lu)m me(um) fles ae | tatem me(am), *etc.*

B 1606 1. est hendecasyllabus; 2. sqq. est prosa oratio, sermone plebeio composita, elogium mulieris autobiographum continens.

**217.** VIII 13372 Carthago

. . . . . . . . . . .
hunc maestus coniunx tumulum] tibi sacra feren[do]
floribus et sertis et lacrim]is decorat.

B 1678 supplevi ego.—1. cernuntur vestigia litterarum septem quibus uti nescio; 3 cf. III, 9632.

**218.** VIII 14379 Ben Glaya

d m s | Liviae | Honoratae, fideli, | simplici, religiosae, pi | ae,
qualis nec fuit, nec esse potest, mon(imentum)
statuit maritus dono memoris gratia.
v. a. LVII m . . . . .

B 158 1. *fideli s. r. piae* senarium efficiunt; item v. 3; 2. est hexameter male dolatus; 3. *memoris* aut pro *memoriae* dictum metri causa, aut ut Mommseno videtur *dono memoris* pro *doni memoris.*—conferri iussit Buecheler V. suppl. 734.

**219.** VIII 15716 regio inter Ucubi et Siccam

Caninia L. l. Rufa | coniux M. Livi Heleni, pia | vixit annis XXC h. s. est |
quandocumq(ue) (levis) tellus mea conteget ossa,
incisum in duro nomen erit titulo;

tum tibi si qua mei fatorum cura manebit,
 ne grav[e] si[t] tumul[um] visere saepe meum.

B 966 3. nulla lacuna in lapide; *rapax* supplet Schmidt, etsi praestat *capax*; sed. cf. VIII, 2035, 2 et VI, 25617; 6. *ne gravis in tumulo* lapis; corr. Schmidt; cf. etiam III, 9733; *ne graves in tumulo* Mommsen nimis quaesite; *ni gravis sit tumulo* Espérandieu descripsit.—redit verbo fere tenus idem carmen VI, 25617, unde v. 3 supplevi.

**220.** VIII 16159 Sicca

Numidárum prima múlierum,
Plancína, genere régio,
 bona mater, bona coniunx,
hic súm sepulta múltis
[l]acrimís meorum amáris.
 matróna honesta praéter alias fémina[s]
 hic súm sepulta, exórta genere régio.
ter denos annos et ter ternos functa,
cura bonarum feminarum.

B 1554 habes centonem insignem, cuius «versus 1. 2. 4. 5 sunt dimetri iambici: 1. 2 acatalecti, 4. 5 catalecti; 6 et 7 sunt trimetri iambici acatalecti, 3 est dimeter ionicus a minore». v. v. 8. 9 extra metrum positi procul dubio ex elogiis metricis sunt desumpti.

Bis igitur, ni fallor, elogium Plancinae est compositum, et quidem versibus quaternis,—nam v. 3 inepte satis alicunde a contaminatore intrusus adparet, moventque suspicionem «ionici» isti.

**221.** VIII 16265 vicinia Siccae

d m | Tan(ni)a Mora[ta]
aeternum s[ic] linquo tibi, mea vita, dolorem,
 sed for[ti], precor, hoc usque f[e]ras an[imo].

B 1235 de restauratione tituli male descripti disputavi titulumque ipsum restauravi in Ephem. Min. Publ. Instr. 1894 m. Mai. sect. phil. class. p. 71, ubi plura invenies; ad sentent. cf. Tac. An. XV, 63: rogat oratque; *temperaret dolorem aeternum suscipere, sed* in contemplatione vitae per virtutem actae *desiderium mariti solaciis honestis toleraret.*

**222.** VIII 16737 vicinia Thevestis

haec tibi, kara, tuus conscrip[si verba] maritus,
o dulcis coniunx, de[xtrae sola]men amissae.
iam sine te orbi[tas mo]lesta mĭ r[estat et ro]gus.
et cael[ebs mihi] vita placet n[eque d]urās amab[o]

Digitized by Google

funere mul[tatus] tales acce[ndere] faces;
tum [mihi fervet am]or vo[bis, qui me] nutristis,
[et fidei gratum est remaner]e viris [documentum.]

B 634 1. *conscrip*[*sit verba*] Schmidt, sed 1-am personam magis solitam recte restituit Buecheler; 2. *de*[*functa leva*]*men* proposuit Schmidt; recepi Buechelerianum; cf. etiam VIII, 11292; 3. supplevi ego; *orb*[*a domus mo*]*lesta mih*[*i manet, Or*]*cus* Buecheler; cf. XI, 1491; n. 287, 4; 4. *cael*[*ebs mihi* et *amab*[*o*] explevit Schmidt probante Buechelero; *n*[*eque c*]*uras* ego olim, *n*[*eque d*]*uras* Buecheler; 5. *mul*[*tatus*] ego; *mut*[*andas*] Buecheler; *acce*[*ndere*] Schmidt Buecheler; 4—5 ad sent. cf. Propert. V, 11, 91 sq.; 6. 7. explevi ego.

**223.** IX 292 Barium

Caec(ilia) Phoebe, | vixit annis XXXX, | hic sita est | ; fecit M. Caecilius | Felicio coniugi | dulcissimae bene | merenti.
iníqua fata, quaé nos <tam> cito disiúnxĕrunt'

B ad n. 16 3. metro conceptum esse vidit Buecheler.

**224.** IX 944 Volturara

d m | Felicissimae coi(ugi) b(e)n(e) m(erenti) cu | m qua ben(e) vixi an. XXX.
ben(e) fideliterq(ue) laborabit et fato cessit.

4. = laboravit.

**225.** IX 1524 Pagus Veianus

d m | Octaviae Felici | ssime *etc.*
de queius castitate nunqam questus sum.

**226.** IX 1702 Beneventum

T. Vedianius T. l. Fructus August(alis) sibi et Munatiae Priscae uxsori | benemerenti de me hoc féci ei moniméntum animo libéns.

B 239 iunctis verbis *benemerenti de me* septenarium effecit Buecheler; FECIF, FECIT legebatur.

**227.** IX 1837 Beneventum s. I a. C.

tu, qui secura spatiarus mente viator
et nostri voltus derigis inferieis,
si quaeris, quae sim,—cinis en et tosta favilla:
ante obitus tristeis Helvia Prima fui.

coniuge sum Cadmo fructa Scrateio,
    concordesque pari vixìmus ingenio.
nunc data sum Diti, longum mànsura per aevum,
    deducta et fatali igne et aqua Stygia.

B 960 1.=spatiaris; 2. *nostri*, cf. B. n. 252; VIII, 18629; 5. *dilecto* inseruit Ritschl, Op. IV, 373 not.; *vixi dum* Mommsen; cf. Tib. III. 31; idem nomen redit IX, 1665; 7. cf. n. 27: Attica dis data sum; fin. AEVM nexus fort. *aeum* solvendus est, vix *aevum* propter *u* eminentem, cf. Huebneri Ex. scr. ep. p. LXIX; malim *aevom*; clausula Ovidiana Met. V, 227; XV. 621; cf. Cul. 38; h. syll. n. 827, 4.—aetati Caesarianae vindicavit B. recte omnino.

**228.** IX 1893 Beneventum

d m

Munátiae Prís | cae, rárae cástitátis féminaé.

sunt iambi casu fortasse effecti; nomen redit superius n. 226.

**229.** IX 1921 Beneventum

C. Papirio C. [l. . . . . . . .] | Statia M. l. [. . .] | viro suo [fecit] |
quod fore morte mea speraram [a coniuge caro],
    id cineri infelix constitui ac la[crimans].

B 1487 1. post *suo* punctum cernitur ante fracturam: sequebatur ergo verbum faciendi vel simile; 2. supplevi ego; *a coniuge nobis*. 3. *ac lacrimans*, B.

**230.** IX 2128 Vitolano

C. Acellius C. et L l. Syneros | . . . . . . sibi et Calpurniae Sp. f. Phyllidi uxori | *etc.*

homo es, resiste et tumulum contempla meum:
iuenis tetendi, ut haberem, quod uterer;
iniuriam feci nulli, officia feci pluribus.
bene vive, propera: hoc est veniundum tibi!

B 83 3. sic lapis; *hospes* solitum olim reposuit Buecheler, nunc abiecit; confert recte X, 6053: *memento* | *te esse hominem*; 4. emendat idem *iuvenis tetendi. ut h. qu. fruerer senex*; ad sent. cf. n. 901 simm.; 5. reponit *officia feci multis, nulli iniuriam*; *offeci nulli* corr. Schöll; 4. corr. Henzen; VIVIEROPERA descrips. Dressel; cf. I, 1431. de metro cf. *Zander*, VIA. p. CXXIX.

**231.** IX 2272 Telesia s. fere II p. C.

Apollónia quae vocitábar.
lapide hóc inclusa quiésco:

Digitized by Google

ipsó mihi flore iuvéntae
rupérunt fila soróres,
annós me post dece(m) et ócto
vetuérunt visere lúmen.
unúm sortita marítum
servávi casta pudórem.
matér misera hoc moniméntu(m)
extrúxit Olympias ámens.
haec súnt: bene vive, viátor!

B 1523 metro quamquam anapaestico conceptum est carmen, nonnulla tamen e dactylicis clausulis maxime sumpsit poeta, velut solitas v. v. 2. 3. 4. 9.

**232.** IX 2780 Bovianum Vetus

d m s | M. Ennius Pudens | Magiae Telesphoridi, | coniug(i) benemeren | ti posuit.

tu secura iaces, ego sollicitus [maneo is]tic
libent[er]quo d[ie mori]or: iungi us[que] lucri do.

B 390 1—2. *coniug benemereren* | *ti* lapis; 3—4. quae traduntur omnia parum esse certa dicuntur; *pollicitus* . . . . . . *feci* | *libenti* [*animo*] restituit Mommsen dubitans; temptavi ego ut supra; *sollicitus* praeivit Buecheler: ad sententiam cf. IX 3473, 12 et Sen. epl. 1, 2: *quem mihi dabis, qui aliquod pretium tempori ponat, qui diem aestimet, qui intellegat se cotidie mori?* Hoc igitur videtur mihi Pudens dicere velle, se libenter die, h. e. tempore labente, mori, lucroque se addere, quod cotidie cum dilecta uxore iungatur, cf. XI 3771, 7 sq.

**233.** IX 2991 Pagus Urbanus

hoc nunc nos po[si]to titulo nomenq[ue] tuemur
Pelagia Nata[li] | coiugi cu Optato l[i]ber[to] |

B 624 1. archet.: *hoc posito titulo famam n. t.*, cf. X. 1309; 2. videtur Buechelero esse metro conceptus.

**233a.** IX 3158 Corfinium

titulus pedestri sermone compositus; metri frustula passim apparent, velut:

uni nupta viro
summa cum concordia
ad ultumum diem
reliqui[t] liberos.



Digitized by Google

**234.** IX 3279 Corfinium

dis manib[us] | Ulpiae Ephire[ni] | Achilla [coniugi] | bene me-
re[nti posuit]
reddere te fatis, Ephire, si pos[sem ego flendo],
    partita tecum vivere lu[ce velim].
condita tu pleno secura [agis otia somno],
    frigore qua gelido Tusculus [alget ager],
quaque via silicem terit orbita [multa rotarum]
    et dat post decimum terti[a signa lapis].
h]ic finem dolor altus habet, [quo iusta ferantur].
    quae dabit ad[i]ecto nomi[ne gratus amor].
h]uc animam transmitte tuam p[lacataque nostris]
    adsidue votis ad pia sa[cra veni!]
t]e divisa locis mens co[gitat et lapis hic est]
    deflendus lachrim[is usque madetque meis].

B 1183 3 ut supra ego; *si pos[se liceret* Burmann; 4. 5. 6. 12 idem; 8 Lupoli; 7 Buecheler; 9. 10. 11 Haupt; 13 Buecheler; 14 ego; *lachrim[is quas petit ipse cinis]* Buecheler; idem v. 8 proposuit *terti[us ossa lapis*; 10. *adfecto* traditur; ex. gr. dedit B. v. v. 9—10 *[solamina quaerens]* *q. d. adfecto nom[en inane viro]*.—cenotaphium esse intellexit id.

**235.** IX 3337 Aternum

L. Cassio Hermo | doro, nauclero, | qui erat in colleg(io) Serapis Salon(itano)
per freta, per maria traiectus saepe, per und(as),
qui non debuerat obitus remanere in Atern(o);
    set mecum, coniunx, si vivere nolueras,
at Styga perpetua <vel rate funerea> utinam <tecu(m)> comitata fuisse(m).
    Ulpia Candi | da . . . . . coi(ugi) b. m. p(osuit).

B 1265 5. pentameter vitiosus; 6. ante *utinam* adde *te* metri causa; ceterum et hic a B-o pentametris vindicatur.

**236.** IX 3543 Furfo

Liciniae P. f. | Paullae | parentes p(osuerunt) v. a. XVII |
    casta, pudica, pudens, coiuge cara suo.

B 1502 2. CONGE solet edi; corr. Krascheninnikow in Ephemer. Min. Publ. Instr. (ross.) vol. 287 (1893) Iun. sect. philol. class. p. 148. et in Mus. Rhen. 48 p. 634.

Digitized by Google

**237.** IX 3622 Aveia

Caesiena T. l. Nape |
vixi viro cara custosq(ue) fidelis,
supremaq(ue) die vir me decoravit honeste.

B 381 2. archetypum tale fere fuisse vidit Buecheler:
cara viro vixi coniunx custosque fidelis.

**238.** IX 3968 Alba Fucens

d m [s] | Aediae . . . . . . . . . |
haec tenet exanimam [tellus natalis, in urbe
quae nupsit Roma; morbi [sed quinque ea fraude]
post annos veniens visum La[ris arva paterni]
incidit infelixs pregnàx, sa[lvamque puellam]
enixa est misera ācerbaq[ue est morte perempta],
lugentesque suos miseros [cum prole reliquit]
et tulit Elysium viginti e[t quattuor annos].

B 398 v. v. 2. 4. 5. 7. 8. dedimus ex Buecheleri restitutione; in fine *in alta* idem in Anth.; 3. temptavi ipse; 3. *sed fraudibus atri* idem; numero tamen carere versum non facile crediderim; 6. *acerbaq[ue decidit ipsa]* Buecheler in Corp.; ut supra, id. in Anth. not.; 8. *annis* idem *tulit* ad *Elysium* referens; solet tamen dici *annos (tot) tulit* (h. e. secum); cf. etiam Petron. Sat. 43: et quot putas illum annos secum tulisse? de forma *pregnax=praegna(n)s* cf. Buecheler ad n.

**239.** IX 4016 Alba Fucens

Novana T. l. Tryphera, ex . . . . . .
studium hábui, ut facerem víva mihi aet[ernám domum],
[mors íntercessit,—iám mihi, coniunx óptime],
tua bónitas fecit: títulus declarát meus,
quo[d nómen mihi, quae pátria, qui coniúnx fuit].

B 88 supplementa sunt Buecheleri, et quidem versuum 3 et 5 non nisi exempli causa excogitata; 5. *quo[d fuerit studium me erga pietatis tibi]* id. in Antholog. s. n.; ut supra—in Corpore.

**240.** IX 4810 Forum Novum

«aspecto paulum tumulo subsiste, viator,
noscis dunc vitae tempora parva meae.
Coelia nomen erat Sequens, prob[a, fida marito],
viximus (una) annos tredecim menses quattuor
et sic me miseram destituere dei».

Digitized by Google

«narrabam Laethem defunctorumq[ue quietem]:
nil mihi Laethei profuit am[nis aqua],
durat et infixus noster dolor ab[sque remissā]
a fatis rap(tae) coniug[is e thalamo].

B 1305 1—5 loquitur mulier, 6—9 luget maritus.

2. *nescis* traditur. corr. Buecheler; de *dunc* v. ad n. 87; 3. suppl. Burmann, pro *sequens sapiens* restituens; recte tamen vidit Buecheler cognomen requiri; cf. XII, 1070. 1514; XIV, 1134 all.; temptavit autem *sequens probitate maritum* s. n.; 4. extra carminis tenorem positus; 6. *nurrabant* mavolt Buecheler; *narra iam,* Leo; erui tamen posse videtur sensus huius modi: *narrabam L. d. q.* h. e. aliis solacio, casu simili perculsis; mihi tamen eadem ipsa minime profuerunt duratque dolor nec remittit; *quietem* Dorville, *soporem* Buecheler olim; 7. supplevit Dorville; 8. suppl. ego; *a[d Stygis undas]* Buecheler; aliorum tentamina omitto; 9. ATATIS RAP. CONIVG . . . . traditur, corr. et suppl. Buecheler; *coniugis e gremio*, Dorville.

**241.** IX 4840 Forum Novum

dis | manibus | sacrum |
C. Tulli Epaphrae | et | Tulliae Sympherusae | optumae coniugi |
olim non fuimus, nati sumus, unde quieti
nunc sumus ut fuimus: cura relicta, vale!

B 1496 4. 5. ad sent. cf. II, 1434; V, 1939. 3415; VI, 4632. 9258; VIII, 2885 all.: *Church*, Beitr. p. 72; *quieti: nunc*, B.

**242.** IX 4922 Trebula Mutuesca

Manlia L. f. Sabi[na] |
paréntem amavi, quá mihi fuit [óptumus]
paréns, virum parénti proxum[úm colui];
ita cásta veitae cónstitit rat[ió meae];
valébis, hospes: veive tibi: iam m[órs venit]!

B 62 1. 3. 4. suppl. Buecheler, 2 ego; *proxum[um amplius]* Buecheler; 4. interpunxi ut supra: *veive, tibi iam m. v.* Buecheler.—1. 2. paulo aliter discripsit Buecheler s. n.:
par. am. qua mihi fuit parens,
virum p. proxum[o colui loco].

**243.** IX 5036 Hadria

. . . . . . . . . . . . .
. . . . S]abin[us . . . .
coniúnx fecit S]abinus ti[tulum istúm mihi].

Digitized by Google

cuí puella e]go núpsi [casta viró probo];
donéc nos m]ors dirémsit, [viximús bene];
lacrimás exto]rsi némin[i ne verbó quidem].

1. *S]abin.* 2. *S]abinus,* 3. *e]go,* 4. *donec m]ors,* 5. *exto]rsi* suppl. Mommsen, reliqua ego.

**244.** IX 5722 Cupra Montana

. . . . . . . . . . . .
quod licuit misero, id]que unum re[tuli tibi, coniunx],
arcam, q]ua tegeris, quás [tenet umbra domos].

supplevi ad sensum.

**245.** IX 5762 Ricina

Cassiae, ut dignae, Orestinae, coiugi castae,
pro meritis vitae, pro pectore simplici, grato,
Tusidius Cyrus hunc titulum fecit amatae.

B 551 2. fin. *gratus* mavolt Schrader; 3. legendum vel Graeco more *titlum* vel *tītulum* (ex VIII, 7156) monet Buecheler; latina carmina sane requirunt *hunc titulum perfecit am.*

**246.** IX 6417 Falerio

Caesiae | Atticae | C. Cusinius | Natalis uxori | carissimae posui |
Attica, quae fuerat Cusinii fidissima coniux,
condita secura iam requiescit humo,
quaeque viri casus numquam mutata reliquit
exsemplum fidei coniugis atque decus.

B 1131 3. scande *Cŭsĭnī*; 4. *secura* erit fort. Nominat.; 5. h. e. virum casibus oppressum; *mutata*, minus dedita.

**247.** X 664 Salernum

hic Fortuna(ta) iaces, casu prostrata ruinae,
heu, dulcis coniunx! me magis illa premit.
clausisti subito crudeli funere vitam
et mihi non moritur te pereunte dolor.
casta, decens, sapiens, humilis, iocunda marito,
vertisti in gemitus gaudia tanta meos.
sed tibi nil potuit mors haec tam saeva nocere,
de meritis veniens nam tua vita manet.

Digitized by Google

hac quoque nata iacet, Petronia, sorte perempta,
quam tecum iunxit mortis acerva dies.
hic requiescit in pace Fortunata cl. fem . . . . .
cum filia Petronia *etc.* .

B 1440 1. *fortuna* apographon, metri ratione habita; 8. i. e. *proveniens*; *vita* pro *vitae fama* ut saepe; 9. potest iungi sane *hac sorte*, sed fort.=*hic*, v. 1. tota fere ex paganis.

**248.** X 1230 Abella

Praenestina, tibi Verus tuus heu! [g]rave munus
solvo, sub hoc carum deponen[s] marmore corpus:
discrevit nos vita quidem, se[d] vivet amoris
indivisa fides, erit hic quoque copula nobis;
coniugio nostro nec mors [d]ivortia ponet:
concordes animas Christ[u]s revocabit in unum.

B 739 3. *discrevit* ut passim *dissociare*; 5. cf. VI. 25427, 23 sqq. et laud. q. d. Turiae.

**249.** X 1309 Nola

dis manibus | Iuliae Rhodines | Castus pater | coniugi optimae |
et Castus filius | matri optimae |
inplesti pia vota peracto tempore vitae:
felix Elysiis merito levis umbra moraris;
restituent nomenq(ue) tuum famamque nepotes.

B 394 4. cf. *Kaufmann.* Jenseitsd. p. 7. 93.

**250.** X 1310 Nola

Iulius cum Trebia <bene> vixit multosq(ue) per annos:
coniugio aeterno hic quoque nunc remanet.

B 1325

**251.** 1537 Neapolis 585 p. C.

mors, quae perpetuo cunctos absorbet hiatu,
parcere dum nescit, saepius inde fabet.
felix, qui affectus potuit demittere tutos:
mortalem moriens non timet ille viam!
Candida praesenti tegitur matrona sepulcro,
moribus, ingenio et gravitate nitens,
cui dulcis remanens coniunx natusque superstes

Digitized by Google

ex fructu mater noscitur in subole.
hoc precibus semper, lacrimosa hoc voce petivit,
cuius nunc meritum vota secuta probant.
quamvis cuncta domus nunquam te flere quiescat,
felicem fateor sic meruisse mori.

**B** 1390 2.=favet; 3. cf. Verg. Georg. II, 490: *felix qui potuit rerum cognoscere causas*; 7. pro nominativo absoluto secundum aetatis rationem potest accipi.

**252.** X 2054 Puteoli

Annea Pompeiana Afra peregrina, digna marito
v. i. p. a. n. XXXVI m. IIII d. III.

«notabilis omnino est elogii forma, patrium defuncti morem potius referens, quam loci sepulturae». Mommsen ad tit.

**253.** X 2311 Puteoli act. Flavianae

C]occeiae Thallusae | annos natae XVI | Cocceius Coeranus | uxori |

qui] legis hunc titulum, quid no[men] scire laboras,
qua]e fuerim, quo(i) nupta viro, [libe]rtave quoius,
an]nos quod tulerim mec[um]? miserabere certe,
si] scieris. ergo, ne sit dolor, hoc precor audi:
o]mnia cum vita pereunt et inania fiunt.
qu]atinus hoc volgo persuasum credimus, hospes,
in]dicia ut vitae titulo conscripta relinquat,
ne] grave sit, quaesso, paucis cognoscere casus,
quo]s tulerim dubios et quam sit dira cupido
ulter]ius nascentem aliquem procedere hora.
terti]us a decimo cum me produceret annus,
coni]ugis adsumpsi nomen gremiumque resolvi;
at n]on, ut votis pepigi, me fata tulerunt:
temp]ore nam exiguo felix haec omina traxi.
Coeran]i et Blandae opibus decorata, priusquam
saeva] per opscurum serpens mors cuncta resolvit;
terti]us insurgens mihi sol cum coniuge visus,
non t]amen omnino, et quintae vix deinde kalendae.
hinc me] igitur nosces sextum decimumque tulisse
annu]m, quem vitae finem mihi [fata dederunt].
condidit] hanc sedem coniunx [maerensque diemque]
exspectans,] mihi quo felix [societur in aevom].

Digitized by Google

B 420 explev. 10. 18. 21. 22. Buecheler; 15. Nohl; cetera Haupt.—
2. *quo* lapis; corr. Haupt; 3.=quot; cf. X 3030; 6. *quatinus* pro *quoniam* ut apud auctores infimi aevi et ecclesiasticos; 7. *relinquat* h. e. volgus; 9. contulit Buecheler Verg. Georg. I, 37; Aen. VI, 373; IX, 185; 10. *hora natali*; *procedere vita* mavolt Buecheler; hiatus nullus secundum *Birtium*, l. c.; 11. nupsit igitur anno XIII exeunte; 17. 18. vixit cum marito ann. II m. V, decessit autem mox post kal. m. V, annum ingressa aetatis XVI. qui annorum numerus pro expleto numeratur in praescriptione; ad v. 18 contulit Buecheler Verg. Aen. IX, 248 init.; 21. post *coniunx* editur T litterae quod potest remanere, quare *t[itulumque dicavit]* facile supplebitur.—v. 1 clausulas Horati (Epl. I, 3, 2) et Ovidi Met. X, 413) adgnovit Hosius; cf. *Weyman*, l. c. p. 537.

**254.** X 2353 Puteoli

d m | Q. Critoni | Ianuari, | vixit a. XLV | Aviania Deutera | cum quo vixit | ann. XXXVII | coniugi benemerenti |
quae pietate plena hoc libens fecit.

3. redigitur in numeros hoc modo:
pietáte plenus hóc libens fecít mihi.

**255.** 2483 Puteoli

d m | Glyptes | coniugi optimae fidelis | maritus fecit |
dulce istic nomen, Glypte, iacet, omnibus olim,
quas Venus inspexit, praeficienda bonis;
et proba iudicio cunctorum, et amica pudoris,
nec sine laetitia sermo, faceta loqui.
si de consulta palmam loquerere ferebat,
si de formosa, nemo negator erat.
apstulit haec unus tot tantaq(ue) munera nob(is)
perfidus, infelix horrificusque dies.

B 1307 in praescriptione *fidelis* potest esse cognomen.—1. 2. h. e. omnibus formosis praeficienda; 5. iunge: *si de consulta loquerere, p. ferebat*; 8. *horrificus* de morte Lucretianum et Vergilianum.

**256.** X 2564 Puteoli

C. Iulius Nigri | lib. Oriens, vixit | annos XXXXV | Iade contubernali suo dignissimo |
quoi non licuit, in suis manibus
ultimum ill[ius] spiritum ut exciperet.

4. ILLVI traditur.—3. 4. est fort. distichon distortum, cuius pentameter aliquatenus adgnoscitur.

Digitized by Google

**257.** X 4142 Capua

Fla]viae Primae | [Cel]adi Aug. l.
    uxóris [cine]res híc sunt conditaé
Flaviae Nic[e] | lib(ertae) gratissim[ae]
    adféctu et offi[ciís] et inpendís sui[s]
    patronum dilex[it] *etc.*

**257a.** X 4327 Capua

Salviae Novi, frugi. | castae | probae | pudentis.

metrum indicavit *Zander*, VIA, p. CC.

**258.** X 4427 Capua

una dies adimit crudeli clade peremtas,
    quis ara haec positast, poena hominis miseri:
filia namque perit, periit et mater: eundem
    deserit illa patrem, deserit illa virum.

B 1281 2.=quibus; 3. *perit* erit perf.

**259.** X 4429 Capua

infelix Annosa, viro nataeq(ue) superstes.

B 844 *annosa* est Buechelero adiectivum non nomen.

**260.** X 4763 Suessa aet. Commodi.

Iulia Firma sita(st) tumulo (hoc, sine crimine coniunx),
quae commune torum servavit casta mariti,
et fidei plena pietate nobili vixit;
subrepta est oculis <iuvenis> fato dictante iniquo.

B 448 1. nil deficit in lapide; sententiam feci.

**261.** X 5106 Atina

Samnis sum genere, Proculam dixere parentes,
Firminum genui Firmino iuncta marito.

B 384 2. confert Hosius B 386. 670 (Damasiana); Stat. Silv. I. 2, 189; Lucan. II. 329; cf. *Weyman*, l. c. p. 536.

**262.** X 5819 Aletrium

rupe cava manes feci nunc coniugi Paull(a)e
inque pari requie Viatorinus eligo sedem.

Digitized by Google

B 641 1. *elico* traditur; 2. *requie(m) sede<m>* interpretatur Buech.; *m* obscurum erroris causa, ut saepe in plebeis et christianis.

**263.** X 5920 Anagnia c. temp. Traiani

Oppiae Sex. et Ɔ. l. Eunoea[e] |
exemplum periit: castae lugete puellae!
Oppia iam non est, erepta est Oppia Firmo.
accipite hanc animam, numeroque augete sacr[ato]
Arria Romano et tu Graio, Laodamia!
hunc titulum meritis servat tibi fama superstes.

B 423 1. solet post *castae* interpungi; 3. *numerosque* Pithoeus collato Ovid. Amor. III, 9, 66; *sacr[atam]* Buecheler; *augete numero* velut honore; cf. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 7; 4. Arria Paeti, Laodamia Protesilai; 5. contulit Hosius Ovid. Met. XIII, 371: *hunc titulum meritis p. r. n.;* Hor. Od. II, 2, 8 (*illum aget*) *fama superstes.*

**264.** X 5958 Capitulum Hernicorum

hic iacet in tum[ulo Ni]ce, carissima ami[ca],
quam] mihi di dederant, si [non ta]men invidi fuissent.
hae[c e]go cum dicto, lacrimis fletuque dolens(que),
pluria, si potuisse(m), in hoc titulo proscribere(m) laudes.
 ut scirent plures, qualis illa fuit,
 qu(a)e vixit annis XXIIII m. V d. XII; Lupercus amic(a)e
merenti fecit memoratus amorem.

B 596 1. 2. 3. supplerunt Martinelli et Mommsen; de nomine defunctae sane potest dubitari; *Nicen* posui exempli causa; *Circe* Buecheler.— 2 fin. *fuissent* bisyllabum; 4. fin. *volebam,* 5. *perscribere* mavolt Buecheler, 6. illato *et* (qualis et i. f.) fit pentameter; 9. *memoratus* qui meminit.

**265.** X 6009 Minturna s. I ex. a. C.

boneís probata, inveísa sum a nullá proba;
fui parens domineis sénibus, huic autem ópsequens,
ita leíbertate illeí me, hic me decoraát stola.
a púpula annos veíginti optinuí domum
omném; supremus fécit iudiciúm dies:
mors ánimam eripuit, nón veitae ornatum ápstulit.

B 56 1. similes locutiones congessit Buecheler; 2. *domini senes* patronus eiusque uxor, *hic* filius eorum defunctae maritus; 3. *decoraat* est perfectum Buechelero, qui dubitat de sinceritate lectionis; 5 fin. ad sent. cf. n. 1326, 6.

Digitized by Google

**266.** X 6785 Pandateria aet. Commod.

reliquiae cineris tumulo mandata quiescun(t)
Aug(usti) lib(erte), sacro hoc tibi, Metrobie!
huic non dura colu Clotho decrevit in annis
ter decies quinos degere quem voluit.
praefuit hic longum tibi, Pandotira, per aevom,
providaque in melius iura dedit populo.
plena bono mens aequa fuit, non aspera lingu(a),
inculpata fides innocuusque pudor.
nullus fulgorem valuit decerpere livor,
consti(ti)t ad finem ultimaque hora nitor.
te tua natorum deflet pia turba tuorum,
conse(n)suque pari turba piata gemit.
esse tibi credas omnes de morte parentes:
usque adeo aequalis maeror in ora fuit.
eminet in luctus prima omnium Iulia coniunx.
per quem, si fas est, vivis in Elysium.

B 1189 de aetate tit. cf. *Marini*. Atti p. 208.—1. *quiescun*, lapis; 2. potest suppleri etiam *lib(erto)*; 7. *lingu*; 10. *constit*; 12. *consesuque*, lapis.

3—4. *hunc—in annos*—exspectes; tueri potes *quem* si supplebis *cursum vitae*. sim.; 10. h. e. *ultimamque horam;* 12. populum intellegit B.; 13. *de morte* erit potius *ob mortem*, quam *post mortem*: 13—16 *in ora*, *in luctus*, *in Elysium* pro ablativis habenda; 16. *qui* fem. ut saepe in eiusmodi titulis.

**267*a*.** X 7565 Carales s. II p. C

urbis alumna, graves casus huc usque secuta
coniugis infelicis, Atilia, cura Philippi,
hic sita sum, manibus gratis sacrata mariti,
pro cuius vita vitam pensare precanti
indulsere dei: ne cesses, fama, meremur!

3. sacrata = tumulata.

**267*b*.** ib. 7566

quod credis templum, quod saepe, viator, adoras,
Pomptillae cineres ossaq(ue) parva tegit.
Sardoa tellure premor comitata maritum,
proque viro fama est me voluisse mori.

3. de usu vocis *tellure* cf. *Church*. Beitr. p. 83 sq.

Digitized by Google

**267***c*. ib. 7569

unum et viginti bis iuncti vix[i]mus annos,
    una fides nobis gaudia multa dedit;
et prior at Lethen cum sit Pompti[ll]a recepta,
    «tempore tu», dixit, «vive, Philippe, m[e]o'»
nunc aeterna quies Ditisq(ue) silentia maesti
    hanc statuere ambis pro pietate domum.

1. *unu* lapis; 6. AMBIS aut AMEIS lapis; iubet Buecheler conferri Caprum, de verbis dubiis, VII K p. 107, 14: «ambobus, non ambis»;—4. Martialis Epigr. l. I, 36, 6: *vive tuo, frater, tempore, vive meo*, iussit conferri Burmann.

**267***d*. id. 7570

languentem tristis dum flet Pomptilla maritum,
    vovit pro vita coniugis ipsa mori.
pro[t]inus in placidam delabi visa quietem
    occidit: o, celere[s] at mala vota dei,
has audire preces, vitam servare [marito],
    ut pereat vita dulcior illa m[ihi]!

4. *at*=ad; 5. 6. supplerunt iam veteres editores, probante Mommseno.

**267***e*. ib. 7574

templa viri pietas fecit p[ro] munere magno
    Pomptillae: meruit [femi]na casta coli;
nam se devovit iam [defi]ciente marito,
    rapta viro, m[erito vivat] ut ille suo.

4. N|||||I||||||ṾT traditur; suppl. Buecheler, reliqua Mommsen.

**267***f*. ib. 7575

hic Pomptilla iacet; ciner[es pi]a [cur]a Philippi
coniugis his aris includi[t; sign]a duorum
quae facit, ad famae vive[ns erit] argumentum.

supplementa dedimus Buecheleri; 1. *ciner[i coniunct]a Philippi*, Muratori; 2. *his aris includi[tur arc]a duorum* Marmora; idem. 3. *vivens [erit]*.

**267***g*. ib. 7576

I]unonis sedes infernae cerni[te cu]ncti:
numine mutato fulget Pomptilla per aevom.

suppl. Muratori; enarravit Lawrow in Eph. Min. P. I. 1895 Oct. p. 15 s. ph. cl.; cf. Stat. V, 1, 231; de mortuorum apotheosi deque geniorum cultu egit *Schröder*, Stud. zu d. Grabd. p. 16 sqq.—B. 1551 A—G.

Digitized by Google

**268.** X 7777 Carales

hic mihi cara pio tegitur coniux ecce sepulcr(o),
Emerita, sanctifico semper sociata pudore;
bis duod[e]nos et fida Deo que pertulit annos,
inviolata ma[l]o, felici condita luci,
sanctimoniumque gerit, Domino tribuente corona.

B 784 1. *sepulcr* | , 3. *duodinos, que* (=quae, non mutavi), 4. *maio*, 5. *corona* (=coronam, non mutavi) traditur.—est christiana, sed archetypi pagani minime dubia passim apparent vestigia.—1. pro *coniux ecce* archet. *post fata*; de clausula cf. *Weyman*, l. c. p. 536; 3. *fida viro* archet.

**269.** XI 312 Ravenna a. 551 p. C.

clauditur hoc tumulo Benedicti fida iugalis,
quae tenuit castam defuncto coniuge vitam;
nomine Pulcheria fuit, sed nomine formam
signavit mentemq(ue) simul vitamq(ue) decentem.
filius his Thomas, aluit quem blanda relictae
simpliciter pietas cari post fata mariti,
officium sula exibuit commune parentum.
ipsius hic collo genetrix portata quiescit:
tale decus meruit funeris pia mater habere.

B 710 3. luditur in nomine Pulcheriae, ut passim in nomine Callistes; 5. fin. supple *matris*; 6. affert Hosius Sil. It. VI, 575; 7. h. e. *sola*; 9. consulto videtur *mortis* vitasse poeta.—
1 init. redeunt in epitaphio Doctrulfi saeculi VI ex.. C. XI, 319, in quo ex poetis nonnulla, ex lapidibus perpauca desumpta leguntur.

**270.** XI 654 Faventia

d m | Primae |
digna fui, merito meo rara, sodali;
unus amor mansit, par quoque vita fidelis:
si doluit aliquit, me quoque iunxi dolori;
par fui, dum potui. dulcis vale, kare sodalis!

B 491 ad hexametros adspiravit carminis auctor.—2. trita sunt epitheta: *digna, merens, rarissima* in versum taliter qualiter coacta: *digna fui meritoque meo dilecta sodali* corr. Buecheler; 3 init. cf. XI, 1122, 8; 4. *aliquit* lapis *it* ligatis; *aliqui* Buecheler; 3. 4. pentametris similes esse vidit idem.

**271.** XI 911 Mutina

Sal[l]ustiae | Aphrodit(a)e | Congidius L. [f.] | coniugi bene |

Digitized by Google

merentí, cum qua vixi annis XXVI | mensib. VIII dieb. | VI sine querella.

quod viva merui, moriens quod et ipsa rogavi,
 coniugis hoc maesti red[di]dit ecce fides.
si[t] licet infernae noctis tristiss[im]us horror,
 me tamen illius credo iacere toris.
 te, pi[e] possessor sive colone, precor
ne patiare meis tumulis [i]ncrescere silvas:
 sic tibi dona Ceres larga det e[t] Bromius!

B 1181 1. emendatur *Considius* vel *C. Nigidius;* 3. *quaerella;* 5. *reddit*; 6. *silicet*; *tristissus*; 8. *piae*; 9. *encrescere,* lapis.—

4. archet. *vivus, ipse*; cf. V Suppl. Ital. 1283; 5. archet. *maestae*, cf. n. 53, 2—3; 6. 7. redeunt inmutata in eodem carmine v. v. 4. 5; 7. cf. n. 272; inter 7 et 8 hexametrum inserit Bonada (II p. 376, VIII): *coniugii memor umbra mei dum testor amores.*

**272.** XI 1122 Parma

ille ego, qui varios cursus variumq(ue) labor(em)
 sustinui, ut iustas conciliaret opes,
transmisi moriens rerum quaecunque paravi;
 haec tamen ad manes pertinet una domus.
et iuxta coniunx meritos testatur honores,
 aeternum retinens consociata torum.
nos aetate pares, dulcis dum vita manebat,
 unus amor iunxit,—nunc premit una quies.
discite, qui legitis, factis extendere famam:
 ut probat hic titulus, non perit esse bonos.

B 1273 2. fuerunt qui mallent *conciliarem*; 6. aeternus torus. n. 87 fin.; 7. 8. cf. XI, 654, 3—5; 7. 9. fin. clausulae Vergilianae (9. Aen. X, 468); 8. ad sent. cf. VI, 25427, 23—26.—

etsi fractum esse lapidem inferiore parte indicatur, tamen videtur nihil periisse.

**273.** XI 1563 Faesulae

d m | Tettiae L. l. Tigridi | animae rel(igiosae) | et simplici | Q. Publicius | Fuscus co(iugi) b. m. |

ultima fatorum, coniunx, tibi munera pono:
 officium hoc, testor, debuit esse tuum.
constiteris quicumque, precor, ne forte graveris
 dicere defuncta[e: si]t tibi terra levis!

Digitized by Google

B 1130 4. *dibuit*; 5. *ovicumque; graviris;* non sunt tamen quadratarii errores. sed ‹litterae ex parte corrosae›.

**273a.** XI 1730 Florentia

b. m. | Prastinia Maximina act | rix c(onsularis)
domus, qu(a)e iuncta est mari | to
annorum sedecim, sic et possedit maritum
ann[i]s XVI . . . . .

3. heroicus notae inferioris.

**274.** XI 1800 Volaterrae

Macrothymiae coniugi inco(m)parabil(i), inexti | mabili, dilectissim(a)e *etc.* . . . . . . . . quam abstulit nefanda dies et atr | a petitio sua funere mersit immeritam an | te tempus *etc.*

2. 3. Vergilianum *abstulit atra dies et funere mersit acerbo; atra petitio* uxoris videlicet ut ante maritum moreretur, cf. 267*d*.

**274a.** XI 2451 Clusium

d m | Stheniae Veneriae | C. Sentius Aulax |
uxori sanctissimae fecit . . . .
hic sita est septemvicennis Senti Aulacis Veneria
hic sunt (et) duae soror[es]: Aphrodite et Veneri[a].

3. cf. VI, 11602; 4. *et* addidi metri causa; de nominum ratione cf. quae scripsi in Comm. Philol. p. 144; de nominibus mariti egit *Lattes* in Archiv. f. l. L. 1902, 13, 1, p. 127.

**274b.** XI 2538 Clusium

hic L. Fonteia | Concordia, uxor | Steni Callicratis | Gaudenti,
posita | iuxta filium Poly | cronium,
casta, pudica, sapiens, uno contenta marito.
. . . . . . fili, neptes et liberti fecerunt.

B ad n. 1502 3. reponendum *pudens* vel *decens* pro *sapiens*, cf. V, 7116; IX, 3543; VIII, 7228; clausula solita, cf. III, 2667; VI, 19838 all.

**275.** XI 3276 Sutrium

conditur hic Eu]carpia L. . . . . . . [si]nae cr[imine . . .
annos q]ue vixit ter den[os, est] quoque p[rimum]
praetere]a ingressa, duos m[ense]s triduo p[lus].
nunc mi]hi tu disce rarissim[a]e feminae v[itam]:
haec] praeclară fuit fide erga marit[um],



Digitized by Google

artibus i]nsistens filis sua(m) vita(m) dicaba[t],
cui probit]as summa, magna sapientia cord[is],
omnibus i]ntenta rebus, suis dedita vixit,
nesci]a delicti s[pur]ci, quo femi[n]a peccet,
immor]talis erit, summae verecun[di]ae mixta.
corpus m]ors rapuit, animam derelin[quite], manis?

B 552 1. *Eu*]*carpiae* legunt Bormann Buecheler, qui fecit *si*]*nae cr*[*imine semper*; 2—11 suppl. Bormann Mommsen Hartel Buecheler; 5 in. *coniugii*] *pr.* Buecheler metri causa. *haec* ego; 6. h. e. lanificio; 7 in. *sedulit*]*as* Buecheler, *probit*]*as* ceteri; 8. *suis* mascul.; 9. *siiici* traditur, suppl. Buecheler: h. e. sobria, non moecha, minime avara fuit; 11. *derelinquite* idem. *derelinquit* ceteri.

**276.** XI 3356 Blera

. . . . . . . . . praeco
. . . . feci]t suae uxori
. . . . me]ruit de me
. . . . laude, hospes
. . . non peri]turam, quei
. . . memorabitur se]mper

carmen fuisse manifestum.—4. an fuit *obiit cum laude,* cf. VIII, 11883.

**277.** XI 3752 Lorium

hic sita sum, quae frugiferas cum coiuge terras
has colui, semper nostro dilecta marito.
Myrsina mi nom[en fuerat, dum vita manebat];
vixi et quem de[derat cursum Fortuna, peregi].
care marite m[ihi et du]lcissima nata, valete,
et memores nostris semper date iusta sepulchris.

B 385 3. supplevi ex VIII, 16463; *nom*[*en fuerat*; *quinquennia quinque*] vel *nom*[*en fuit et sine crimine vita*] vel etiam . . . *et sine cr. semper* Buecheler; 4. sumptum esse ex Verg. Aen. IV, 653 vidit idem; cf. XII, 287; 5. suppl. idem.

**278.** XI 3759 Careiae

hic tu]mulatu(s) iacit hom[o, qui dum vixit habebat]
magn]am Callinomi v[ocitatus nomine famam],
illi i]uncta toro nu[nc perfecit monumentum].
pulcru]m os et nitidu[m corpus . . . .
et placidi more]s ac ser[mo] facu[ndus . . .

Digitized by Google

fuit etiam] natis pat[er optimus . . .
annis s]exaginta tri[bus vixit . . .
atque d]uo nati dol[uerunt cum genetrice]
Parth]aenopeus natu [maior *vel* minor . . . .

B 535 supplerunt Bormann Buecheler ego; 5. *sac serus facu* traditur; *ac serus facundia* Bormann; *serus* videtur corruptum esse; 9. nomen restituerunt Buercklein Hirschfeld, B-o minus probante.

**279.** XI 3963 Capena

C. Clodio Fabato | marito optimo | Atilia Marcella |
terrenum corpus, caelestis spiritus in me,
quo repetente suam sedem nunc vivimus illic,
et fruitur superis aeterna in luce Fabatus.

B 591 3. 4. *fungitur* et *fruimur* emendabatur in vetustioribus; 3 fin. clausula Horatiana, Sat. I, 9, 48; 4. cf. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 7; Eph. epigr. VIII, 3 n. 80.

**279a.** XI 4446 Ameria

d m | Aureliae | Veneriae, con | iugi, quam prae | .
tempore carui | , insigni forma | , castae, pudicae | piae,
Viselli | us Augendus | solo devo | tae sibi | b. m. f. |

3. *insigni forma, casta, pudica, pia* archet.; 3.=*soli sibi*.

**279b.** XI 4954 Spoletium

. . . . fi]do . . . .
moribus haec ca]stisque . . . .
obser]vare marit[um . . .
casto in]servire cu[bili . . .
. . . . . natis quinq[ue relictis
. . . . itru . . . s . . . u . . . . . . . .

reliquiae elogii matronae cuiusdam; sententiarum frustula supplevi.

**279c.** XI 4982 Spoletium

. . . . . coniugis . . . . .
. . . la]crimis d . . . . .
. . . . . . t perpetu . . . . . . .
. . . . . . . tumulusqu[e . . . .
v. a. . . . .]m. VI recess[it]

B 1858 versus fuerunt dactylici, fortasse disticha duo; v. 5 prosa oratione compositus.



Digitized by Google

**279d.** ·XI 4996 Ferentillum 424 p. C.

dig]no meritoque iugali meo, Tettio Felicissimo, |
di]acono, Marcia Decentia dulcissimo mihi, diem |
depositionis lapidemque describsi merito. vixit |
annus non minus LXXVIIII et recessit d. nonas |
septembres, cons. Fl. Castini |.

desumpta quaedam esse ex antiquioribus titulis iam de Rossi vidit, velut v. 1 *digno meritoque iugali*, v. 3 *describsi merito*.

**279e.** XI 6080 Urvinum Mataurense

d b m m |
C. Arrius Victorinus | maritus | Uttedie Titianeni
tu dum esses ad superos, nemo mihi fuit formonsior ulla,
quae prostrata iaces, indigna circumdata terra,
quae caruisti (vitam), viam luci(s) secuta es.
sic merito tales versus descripserim in te,
non studio, sed mente data et cogente dolore,
haec. mihi Titiane primum in conubio iuncta est,
(haec vitae columen, causa est) haec prima doloris;
dulcior in me (nulla) fuit, ut mei te repellat,
et subito mestum rapta reliquit in aevum;
quem frui non licuit annis per ultimo fato:
acerva a matre rapta es, ut parvulus acnus,
sicut ille miser raptus (de)vovĭtur aris,
et me, tam puerum, cito fecisti dolentem.
parentes miseri mecum patiuntur in aevo dolorem.
ut rosa vere novo crata est in tempore parvo,
sic fuit infelix haec mihi cratissima coniunx.
vixit anis XVII, mesibus VIII, dieb[us . . . .|
felix lapid[em praeteri]

B 1823 carmen, fortasse christiano ab auctore (v. v. 13. 14) indocte compositum, a quadratario passim pessumdatum; hexametrorum clausulae tamen ubique fere eaeque tritae admodum satis bene agnoscuntur, quarum auxilio totum poema in versus singulos tuta ratione discribitur.

1. = *dis manibus, bene merenti* (haec potius, quam *bonae memoriae*); 3. *dum* cum cj. impf. cf. n. 852, 1: *dum haberet*; minime igitur recte emendari solet, cf. ad n. 852; *nemo-ulla* pro *non-ulla*, ut *nemo-unus, nemo-quisquam* simm., volgaris locutio; 4. *indigna conditā terra* versui satisfaceret; 5. *vitam et viam lucis*, B.; 7. *non studio*, h. e. *nulla doctrina, aut arte*; «incondita ac rudi voce» carmen suum esse compositum videtur ipse poeta agnoscere; 8. PRIMVMVM lapis: 9. omisisse

Digitized by Google

quadratarium quaedam satis apparet: primam fuisse Titianen Victorini uxorem primamque doloris *causam* mortem illius fuisse significari opinor, ad quam sententiam supplevi ut supra; minus placet tritum illud *de te nihil dolui nisi mortem;* 10. ut formam v. 8, ita suavitatem morum defunctae h. l. laudat Victorinus cum ceteris mulieribus eam comparando; *mei te*, si tamen recte traditur, nam haec lapidis pars iam periit, est *mi te* potius, quam *me te* sive *mente*, quod B-o placet; 12. *quem* fem. ut passim in volgaribus; 13. *acerbi* mortui dicuntur, acerbo funere rapti, n. 493, ut *crudeles*, quia suos deseruere, n. 423; ACNVS erit fort. AGNVS neglegenter a quadratario exaratum, ut CRATA et CRATISSIMA v. v. 17 et 18; 14. *vovitur* pro *vovetur*, sermonis plebei; 15. *tam puerum*. h. e. *me iuvenem admodum*; prolem videtur Titiane non reliquisse; 16.=*in aevum*, ut v. 11; *um* et *o* exitus confundi in elocutione quotidiana cum constet, crediderim equidem et *ultimo fato* v. 12 acc. esse potius, quam abl.; 17. ad sent. cf. n. n. 117. 364. 519 all.; 18. scande *haec mi*, ut *mei* v. 10; 20. suppl. B.; non placet *Felix lapid*[*arius*].

**279f.** XI 6146 Forum Semproni

b m | admirande sinceri | tatis M. Martinae |
castissime et pudi | cissime femine | , que vixit
an. XLIII | m. VII d. V, ex aeq(uo) | mecum coniuncta |
fecit an. XVIIII m. XI | d. II, cuius mira diligentia subdita |
marito, {blanda parentibus | }, filis inte | gra, iuxta meritum |
M. Falt(onius) Provincialis | uxsori dulcissime | fecit.

prosa metricis frustulis mixta.—3. *ex aequo*=*aequa condicione* interpretatur Bormann; 4. 5. post *diligentia* omissum velut *praedicatur*; 5. *blanda parentibus* litteris minoribus inter lineas insertum est; *filis integra*. h. e. aequo liberalique animo iis consulens; 5. 6. sermo iambos redolet, haud scio an non casu.

**279g.** XI 6204 Aesis

d m | Athenaidi | coniugi incon | parabili Pe | tronius Aero |
cianus mari | tus, quae me | cum vixit an | nis XXII, de cu |
ius pudore ne | mo dicere potu | it
victa est iustitiaes non aequo iudice fato

4. ordo verborum hic erit: «victa est fato, non aequo iudice iustitiaes» amphibolia consulto adhibita.

**279h.** XI 6249 Fanum Fortunae

v. f. | M. Annidius M. l. Ponticus | sibi et Sabini |
docta lyra, grata et gestu, formosa puella
    hic iacet aeterna Sabis humata domo.
cuius fatalis pensare optaverit annis,
    Ponticus huic coniux ultima dona dedit.

Digitized by Google

hunc titulum, socios manes, commune sepulchrum
[qui tegeret, coniux addidit ipse gemens].

B 1302 cf. add. p. 858. 3. iungendum *hic iacet ast. domo Sabis humata*; 4. h. e. *cuius fatales* (annos puto a fato parce nimis Sabini concessos) *propriis annis pensare* vellet Ponticus, ut de ipsius annis defunctae coniugis anni augerentur; 6. mancum esse carmen uno versu ab antiquioribus iam adnotatur; supplevi ad sensum ex gr.

**279i.** XI 6286 Fanum Fortunae

d m | Viriae Rufin | (ae)
coniugi pie | ntissimae; | conservat | (rix),
custos pecu | li, per quem | adquisivi. |
vixit annis | XXXIII men. II | diebus VI |
Nasidius | Valens co | niugi b. m. |

3. crediderim aut male exaratum CVSTOS pro CVST. vel CVSTOD., aut male descriptum; certe longe melius quadrant dativi: *quem*=*quam*, ut passim; cf. *quei*=*qui* (fem.), XI, 6281.

**279k.** XI 6507 Sassina

d m | L. Vafrii L. f. | Clementis | vet. coh.
X pr. | Aelia Philete | coniugi desi | derantissim(o) |
salve, care mihi coniunx, dilecta propago,
condite perpetuis tumulis sine lucis hiatu.
defleo te, puto, nec satis est decerpere crinis:
nunc neque te video, nec amor satiatur amantis;
deflent et gemini genitoris imagine capti,
et coniunx misera finem deposco dolori.

B 424 centonem esse imperite satis consutum monstravit B. 3. *propago* ad filium filiamque solet referri; 4. *sine lucis hiatu* ad *tumulis* referendum; in perpetuum esse conditum hominem mortuum luceque carere significatur; 5. *puto* corruptum; subest *puer, pater* simm.; 7. *imaginem* (protomen) patris in sepulcro fuisse possis colligere; 8. *miserá* arsi aliquatenus excusatur.

**279l.** XI 6545 Sassina=V 1939 Concordia (n. 1287).

«Primitiva, have!»—et tu, quisquis es, vale!—
non fueram, non sum, nescio, non ad me
pertin(et).
Alexand(er) | actor coniugi kar(issimae). |

cf. B ad n. 247. 2 color quidam iambicus; cf. n. 371, 2.

Digitized by Google

**279m.** XI 6551 Sassina

d m | Aufidiae Agathe | C. Aufidius Fi | delis
lib. et co | niugi bene me | renti |
si meritis possem dare munera tantum,
quanta tibi debentur praemia laudis,
aureus hic titulus et littera nominis auro
condecorata legi debet, tam simplici vita,
quae superis semper tam grata fuisti.
inter securas sine crimine vitae
sit precor et super h(o)c sit tibi terra levis.

B 1088 3. 4. 7. 8 hexametri uno pede manci; cento admodum inscite compositus; 3—6 ad sent. cf. n. 99. 112. 751; 6. exspectes *deberet* vel *debebat*; 8. *animas* addit Bormann; 9 in. corr. fort. *sis*.

**279n.** XI 6565 Sassina

d m | Marcanae | C. f. Verae | T. Caesius
Lysimachus | coniugi sanctissimae | et sibi
vivos posuit |
Ver tibi contribuat sua muner[a] florea grata,
Et tibi grata comis nutet aestiva voluptas,
Reddat et autumnus Bacchi tibi munera semper
Ac leve hiberni tempus tellure dicetur.

B 439 carmen optimae notae, s. I p. C. dignum.—7. *hibernum*=hiver, inverno; adluditur ad notum illud s. t. t. l.; sane exspectes *dicatur*; de hiatu egit *Birt*, Rh. Mus. l. c.

**279o.** XI 6566 Sassina

d m | Mattienae | Myrallidis |
Q. Comeatro | Q. l. Exoratus |
coniugi plus de se meritae,
quam titulo scribi potuit.

3. 4. tetrametri dactylici vix casu.

**279p.** XI 6593 Sassina

. . . . . . . . . . . . . . per [a]nnos
nam] dum vita mihi, dum claram cernere lucem
contigerit, te, cara mihi, nomenque requiram.

B 392 2. suppl. B.

Digitized by Google

**280.** XII 629 ager Arelatensis orient. s. VI p. C.

hostibus indigne saeva nu[nc morte peremptus],
dunc cupit infelix flammas [inferre, maritae]
oblitus generisque sui spem Ta[rtara obivit].
coiugis huic miser(a)e lachrim[e funduntur amantis].

B 619 suppl. Buecheler.—2. forma *dunc* omnino antiquitatem tituli tuetur, cf. ad n. 87, scriptura tamen aevi infimi.

**281.** XII 840 Arelate

d [m]
Iuni[ae Mo] | destae a[nnor.] | XXX | Corinti Pu[dentis] |
Iunior(is) m[aritae] |
condidit hoc tum[u]lo fatis tricensimu[s] annus
formosu[m] corpus, culta Modesta, tùum.
hunc tandem, p[i]etas quem p[a]ene [am]ob[erat] a[n]no,
n[u]n[c], v(a)e, custodem [r]e[d]d[i]dit [h]u[ic] tumulo.

B 1137 cf. add. Corp. p. 819. 2. 3. 4. 5. suppl. Mommsen, Hirschfeld; 6. 7. ego; 6. *sane noxia non fert*, B.; 7. *vitae custodem constituit tumulo* vel *redde (iunge) tuo tumulo*, id.—5. *culta Modesta* lusum notavit B.; 6. marito absente, puta ad patrem peregre obitum sepeliendum, obisse videtur Modesta; *custos tumuli* maritus recte dicitur.

**282.** XII 843 Arelate

hic iacet ex[animis tumulo L]aberia Felici[tas],
cui pius] hanc coniun[x dedit arcam gratus am]ori,
cum quo vixit casta viro sortita per annos.
Attius S[ecurus tumulos] obitae requi[emque p]aravit.

B 553 suppl. Buecheler ex. gr., qui v. 1. *tumulis* dedit; 3. desideratur annorum numerus; 4. de sent. cf. *Church*, Beitr. p. 68.

**283.** XII 861 Arelate s. II p. C.

debita coniugio Apelles pia carmina scribit,
quam rapuit mors inimica viro;
haec debent memores postrema in morte referre—
o requiem gratam, quam pia cura dicat!
coniugis officium testatur carmine parvo,
extremumque tibi refero munus, Sempronia
dulcis, casta, viro reverens, pia, kara, fidelis:
tot damna, amissa coniuge, iure fleo.

Digitized by Google

te, lapis, obtestor, leviter super ossa quiescas,
    et mediae aetati ne gravis esse velis!

B 1192 1. de auctoribus carminum sepulcralium cf. *Tolkiehn*, Inschr. Poesie, p. 163 not.; 2. «*maesto* post *rapuit* inserit Toll(ius) . . . . .; vocabulum, quod deest ad versum explendum, mulieris opinor nomen, Apelles alienos versus describendo omisisse videtur»; cum iam adsit defunctae nomen v. 6, poterat suppleri solitum *subito*; cf. XII, 912; *caro* vel *misero* supplevit Bormann; 5. *testatur* passivum est B-o; 6. *Sempronia munus* si transponas, hexametrum pro pentametro habebis, quod in eiusmodi distichis haud semel occurrit: «in archetypo *extremumque tibi munus*, *Amata* (vel simile nomen) *fero* fuisse censet Buecheler»; aliter id. s. n.: *defero munus amans* vel *munus amore datur; munus amans refero,* Burmann; 10. *florenti*, *tenerae* solitum.

**284.** XII 894 Arelate

C. Val(eri) Didymionis |
unȧ die geniti eandem horaque creati,
una fuit genetrix, sed d[isc]ors (hic) eam fato
adq(ue) u[na] marit[am] aeterna [sede manebit].

B 617 2.=eādem; 3. 4. suppl. Hirschfeld, Buecheler; *hic* inserui metri gratia; *eam* sororem potius gemellam, quam matrem.

**285.** XII 1036 Avennio s. III p. C.

d m | Cupitiae Florentinae | coniugi piae et castae | Ianuarius Primitius | maritus
qualém paupertas pótuit, memoriám dedi

B 203 titulos eiusdem argumenti attulit Buecheler ad n.; cf. supra n. 47.

**286.** XII 2143 Vienna

castitas, fides, caritas, pietas, obsequium,
et quaecumque deus faeminis inesse praecepit,
his ornata bonis Sofroniola in pace quiescit.
Martinianus iugalis eius titulum ex more dicabit.

B 765 2. 3. metrum dactylicum apparet manifeste; hexametros facere voluisse auctorem constat; 4 fin.=dicavit.

**286a.** XII 2366 prope Viennam

d m | Ponpeius Octavianus Par[t] | enopei coniugi dulcissime | que vixit annis XXVIII m. V | d. V
animó forté sanctísi | má.
ómines mórtalés sumús |

Digitized by Google

3. refero ad defunctam: *animo forti, sanctissima* (h. e. fuit); *animo forti* (scilicet nos esse oportet)—supplet Hirschfeld, perperam sane; 5. *omines* non *homines*, sed *omnes* profecto.—S. 4. italicis adnumerat *Zander*, p. CC.

287. XII 4117 St. Gilles

d m | memoriae aetern[a]e | . . . . me[n]s. VII . . . . .
in[m]atu[ra dies male te abstu]lerat ms . . . e
s]et [s]o[r]or unan[i]mis [supe]rest [nec] plus [c]upio ul[tr]a
Claudius [Ina]chus, cum quo vita fuit, nis[i finem]:
quem fusis lacr[i]mis memoret renovato dolore . . . .

B 554 2. *abstulerat*, 3. *cupio*, 4. *Inachus* suppl. Hirschfeld, cetera Buecheler, qui v. 2. proponit etiam *sce]lerat[a] m[ort]e;* 3. *dolor* coni. Hirschfeld; 4. *vita fuit* h. e. defunctae uxori ut videtur; fin. cf. n. 222, 3; 5. fin. perisse aliqua traduntur; ceterum redolet Verg. Aen. II, 3.

287a. XII 4756 Narbo

. . . . . viv . . . . | Curvia | Scamni fil. | Urbana
o]ptima co(niux) hic ossa igne cocta quiescit.
et digne, quia patrono placuit.

2. *etimaco* litteris *et* et *co* contignatis traditur; speciem habet hexametri; 3. pentametri locum tenet.

288. XII 5193 Narbo

Valerius M. l. Philologus | Qutia Silvana ucxsor |
virum ecxpecto meum.

2. metrum non fortuitum puto.

289. XII 5411 Tolosa

coniu[gio nostro] spatium breve contigit aevi:
.non capiunt lon[g]as gaudia [mag]na moras.

B 1428 christiana est.—1. suppl. Leblant, 2. Muratori.

289a. XIII 128 Tolosa s. fere V p. C.

Nymfius aeterno devinctus membra sopore
hic situs est; caelo mens pia perfruitur.
mens videt astra, quies tumuli complictitur artus,
calcavit tristes sancta fides tenebras.
te tua pro meritis virtutis ad astra vehebat
intuleratque alto debita fama polo.
immortalis eris: nam multa laude vigebit
vivax venturos gloria per populos

Digitized by Google

te coluit proprium provincia cuncta parentem,
optabant vitam publica vota tuam.
excepere tuo quondam data munera sumptu
plaudentis populi gaudia per cuneos,
concilium procerum per te patria alma vocavit,
seque tuo duxit sanctius ore loqui.
publicus orbatas modo luctus conficit urbes,
confusique sedent, anxia turba, patres.
ut capite erepto, torpentia membra rigescunt,
ut grex, amisso principe, maeret iners.
parvo tibi coniunx magni solacia luctus
hunc tumuli titulum maesta Serena dicat.
haec individui semper comes addita fulcri
unanimam tibi se lustra per octo dedit.
dulcis vita fuit tecum: comes anxia, lucem
aeternam sperans, hanc cupit esse brevem.

1. cf. Lucret. IV, 451: cum suavi devinxit membra sopore; 5. cf. Verg. Bucol. V. 51 sq.: cum poetas optimi aevi tum sepulcralia passim archetypa imitatum esse auctorem facile apparet.

**289b.** XIII 1597 Ruessium

nos ante te, uxo]r, iustius [fuerat mori],
nec vitam ducer]e etiam post ci[neres tuos];
rerum omni]um fidem reple[vit optime],
et fruct]ui meis haec fuit [negotiis],
domus] divitiae, curam [cum omnium ege]rit.

supplevit Buecheler.

**289c.** XIII 1849 Lugudunum

d m | et memoriae ae | ternae Claudiae | Felicitatis, coiu | gis sanctissimae | et incomparabili(s), | quae vixit cum eo | annis VI, mensibus V, | diebus XV, Mesori | us Florus, vetera | nus leg. I M. P. F. |

hunc titulum <quem> feci coiugi carae et mihi vivus;
oro, florbus Florum hilares <con> decoretis amici.

p. c. et sub ascia | dedicavit.

B 1594.

**289d.** XIII 2016 Lugudunum

d m et memoriae aeternae | Maspetia Silvina Vale | rio Mes-

Digitized by Google

sori coniugi | incomparabili, qui | plus merebatur, quam | facio; cum quem vixi | annis XXIIII; quod ille | mi debuit facere, si fata | bona fuissent, idem astat | memoriam poni. | Valerius Silvicola et | filia fluentis lacri | mis orfanitatem, qua | perdiderunt patrem | incomparabilem. ei | posita est ara, qui ges | sit in Canabis sine ulla macula. sic scri | psit Maspetia Silvina: | si fati condicionem reddidero, ut lice[at] | aram mereri et m[e]mo | riam meam poni. | ppp. ccc. sss. aaa. ddd. |

3. 4. notum archetypum turbatum contortumque; *idem astat* vel corruptum pro *id a me stat* (*illi*), vel barbaro modo enuntiatum; 5. *fluentis* est mihi *flentis* (=flentes, deflentes) potius, quam *fluentes*, vel *fluentibus*.

**289e.** XIII 2046 Lugudunum

d m | et memoriae aetern[ae] | Acutiae Amatricis | feminae probissi[mae] | que cum marit[o] | vixit sinae ul[lo] | crimine qu[a]m | abstulerunt fa[ta] iniqua a natis et | coniuge mino | rem annorum XXX | ; ob cuius merita et | pietatem hoc moni | mentum C. Cantius | Fluentinus coniugi | carissimae p. c. et sub | ascia dedicavit |

3. 4. *quam—coniuge* metrum efficiunt nescio an casu.

**289f.** XIII 2103 Lugudunum

d m | et memoriae aeternae | Cl. Messoris et Fl. Dionysi | dis coniug(is), quae sibi viva | posuit utrisque, quae | vixit sine ulla querel | la,

quae fuerat felix, fato si non plena doloris,
quae filios duos caruit, cuius unius nati
mortem non interfuit longeque peregre,

quae mater orfana | viva sibi et suis | posuit et sub ascia | dedicavit.

B 1593 4—6 hexametri barbarae notae; 4. *fato nisi* corr. Buecheler; 6. *peregre* | *que* idem.

**289g.** XIII 2120 Lugudunum s. II fere ex. p. C.

[d] m | [perpetuae] quieti, secu | [ritati ae]ternae Appiae | [Spe]nis Cn. Danius Minuso | [co]niug(i) rarissimae, erga se | [re]verentissimae, animae | [d]ulcissim(ae) hic quietem dedit.

3. 4. *animae—dedit* metrum apparet, fort. tamen casu.

Digitized by Google

**289h.** XIII 2205 Lugudunum

d m | et memoriae aet(ernae) | Matiae Verae, quae
me | cum vix. ann. XXXVI m. III | d. X sine ulla animi
laesio ¦ ne.
longus amor peri(i)t direpta morte recept(a).
utinam nos fatus texisset utrosque.
Pusinnonius Dubitatus con | iugi incomparab., de
qua ni | hil dolui, nisi mortem | p. c. et sub
ascia dedicavit.

B 444 4. *dire(m)pta (est) morte recepta* (h. e. *mortua*), Mommsen; *direptā* (=raptā) *eā* (=coniuge) *et per mortem receptā utinam nos f. t. utr.*, Buecheler, qui rectissime sane *direpta* pro *rapta* esse usurpatum adfirmat testimoniis adscriptis; *dire(m)pta* errore pro *diremptus* scriptum videtur Hirschfeldio, *recept(os)* explicat idem, *recept(us)* Allmer. Equidem puto v. 4 eandem subesse sententiam, quae in titulo n. 263 duobus primis versibus continetur: «exemplum periit—erepta est Oppia Firmo»; erit igitur: «longus amor periit coniuge mea direptā morteque receptā»; 5. *coniuge* supplet Buecheler, *unā* Hirschfeld, transpositis *nos utinam* uterque.

**289i.** XIII 2216 Lugudunum

have, Modii! | have. Gemina! | diis manib(us) |
et memoriae | Septiciae Geminae feminae sanctiss(imae) ¦
uniusq(ue) marita[e] | L. Modius Annianus | coniugi
karissimae *etc.*
amice, lude, iocare, veni!

5. cf. n. 1282. 1283.

**289k.** XIII 2437 Lugudunum

ii . . . i . . . i dei . . .
factorumque tui g]loria non mor[itur . . .
. . . o coniux que . . .
. . . con]iugis iii . . . .

**290.** XIV 636 Ostia s. fere III p. C.

d m | P. Aufidi Epic ¦ teti | vixit annis | LXXVII mesi(bus) |
V diebus XV | d Aufidi m
hic iam nunc situs est quondam Praestantius ille,
omnib(us) in terris fama vitaque probatus.
hic fuit ad superos felix, quo non felicior alter
aut fuit, aut vixit, simplex, bonus atque beatus.

Digitized by Google

numquam tristis erat, laetus gaudebat ubique,
nec senib(us) similis mortem cupiebat obire,
set timuit mortem nec se mori posse putabat.
hunc coniunx posuit terrae et sua tristia flevit
volnera, quae sic sit caro biduata marito.

B 487 3. *Praestantius* non est *praestans*, ut putat Dessau, neque idem valet atque *eximie*, ut opinatur Buecheler, sed nomen est vel potius signum defuncti, cf. VIII, 5373. 8549. 10504 all.; est igitur signum aut eiusdem Epicteti, cf. XIV, 161, aut alterius inferius positi; 5. init. confert Hosius X, 2598; fin. cft Buecheler Verg. Aen. IX, 772: *vastatorem Amycum. quo non felicior alter*; cf. etiam ibid. IX, 179; XII, 639; 10. de locat. *terrae* egit *Church*, Beitr. p. 97; 11. fin. confert Buech. VIII, 4071.

**291.** XIV 1467 Ostia

d m | Phoebo marito | optimo et pio ti | tulum posueru | nt
Protis uxor | et Philocyrius | col(l)ibertus
qui florente non dignus aetate sua obit,
set ego inpia, qu(a)e pos(t) te vivo.
conditus | et positus est VIIII kal. Iunias |

3. redigi potest in iustam normam sic fere:
florénte aetate nón dignus obiit sua.

**292.** XIV 1597 Ostia

d m | L. Septimius Pontianus | Augg. lib. se bivo comparavit |
[si]bi et Petroniae Lucillae | [coni]ugi suae san(c)tissim(a)e
hoc [tum]ulo, Pontiane, iaces [secu]re laborum,
cuius aput [super]os semper pia fama [tenet]ur,
nam tua simpli[citas aev]o memoran[da feret]ur.

B 499 3. *tumulo*, 4. *superos*, 5. *simplicitas*, suppl. Dessau; 3. *secure*, 5. *aevo*, *memoranda*, suppl. Buecheler; 3. poterat esse *ignare*; 4. *feretur* Buech., *tenetur* ego; 5. MEMORANIV lapis, IV incertis; *memorantur* coni. Dessau; in fine *meretur* Buecheler; *feretur* ego.

**293.** XIV 1935 Ostia

difficile] est dictis narrare singul[a gesta:].
ergo hoc so]llum discis hic iacere pue[llam],
quae liquit] cito subolem digno sibi s[ponso].
quisque] legit RS haec me vera parasse [dolebit].
te mori]ente sedent in luctu pa[rentes]
. . . . . . . . et eam rei p . . . .

B 738 ex paganis fere omnia.—1. 2. 3 init. 4 init. 5. suppl. de Rossi; 3 fin. 4 fin. suppl. Buecheler; 4 fin. *parasse* [*maritum*] de Rossi; litterae RS quid sibi velint hucusque incertum; *ratus* dedit Buech. dubitans; an. RE?

**294.** XVI 2553 ager Tusculanus

olla I Secundae | Natalis monumenti III idus Maias |
fatales moneo, ne quis me lugeat: Orbi
namque Secunda fui, nunc tegor e cinere:
hic ego securis iaceo super omnibus una
Natalis, quia nos septimus ussit amor.

B 1032 explicatio tituli hucusque non absoluta.—2. 3. *Secunda* uxoris fuisse nomen, *Orbius Natalis* eius mariti putat Henzen; 3. *e cinere* sane insolitum; cogito de locutione *en, cinere*, cf. n. 227, 3: *cinis en et tosta favilla*; 4 init. cf. n. 141; fin. clausula sollemnis, veluti Verg. Aen. I, 15; III, 716; V, 616; X, 201. 691; G. III, 244; IV, 184. 212 all.; *Weyman*, l. c. p. 550; 5. *septimus* amor intellegit Henzen de septimo matrimonio, probabilius Wilmanns de matrimonio septem annorum; quaesitius B. Secundam septimam fuisse e familiae numero, quae sepulcro esset inlata; *ussit* ambigue de amore ignique id.; equidem *una Natalis* conlato v. 1. intellego de una olla monumenti Natalis, etsi formula plane insolita est; v. 2. *fatales* novum de mortalibus sive hominibus, qui opponantur *securis*, hoc est mortuis, ut recte explic. Henzen add. p. 492 probante B-o.

**295.** XIV 2841 ager Praenestinus

d m | Sabidio Maximiano | coiugi benemerenti, vir | ginio meo, qui vixit an | nos XXXX et m. V et d. VIIII | dignissimo coiux Da | fine fecit
ego tibi, quod tu mi facere dibuisti:
mi, qui faciat, nescio.

B ad n. 178 3. est *Daphne*; reponendum videtur *feci*; 5. 6. notum archetypon iambicum corruptum; cf. tamen *Zander*, VIA. p. 73.

**296.** XIV 3709 Tibur

marmoreo l]atet hoc dulcis Amemone sepulchro
fama ultra fines] patriae popinaria nota,
quam propter mul]ti Tibur celebrare solebant.
iratus miserae vit]am deus abstulit illi:
terra tenet corpus, anim]am lux alma recepit.
condidit hunc titulum . . .]nus coiugi sanctae
ut posset nomen con]stare semper in aevom.

Digitized by Google

B 603 2. 3. suppl. Buecheler; 1. 4—7 ego; 1. *dulcis* a quadratario omissum nomini Amemones in lapide superimponitur; versum suum obtinere putat Buecheler suppletque *dulcis* [*cara viro l*]*atet h. A. s.*; *Amemone* = Amymone, ut recte vidit idem; v. v. 4—7 supplevit hoc modo:

iam summus fragilem vit]am d. a. i.
aethereisque auris anim]am l. a. r.
hunc titulum feci Philotech]nus c. s.
nomen enim fas est re]stare s. i. ae.

5 fin. cf. *lux alma recessit*, Verg. Aen. III, 311.

**297.** XIV 3838 Tibur

hic est illa sita dulcis Sallustia Rufa,
quae semper meritis praestitit officia.

B 1025 2. cf. XIV, 2302.

**298.** XIV 3869 Tibur

hoc iacet in tumulo [⏑⏑ – – – redditus aevo],
quem rapuit fa[ti flebilis invidia];
ter cui bis quino[s concessit Iuppiter annos],
tres super hi[s menses addiderat misero].
hic colu[it] super[os semper dilectus ab isdem],
flectere qui [poterat hos pietate sua];
qui magn]a pieta[te fuit morisque probati],
vi]xit et ha[bitat functus in Elysiis].
tantus a]mor vi[ro . . . . .
. . . . . . . . . us ai . . . .
. . . . con]iug[is officium monumentum fecit amantis]
. . . . . . . i . . . . .

B 1758 3. *quinos*, 4. *his*, 5. *coluit superos*, 8. *vixit* praeivit Dessau: cetera explevi ego ex. gr.; de usu praeposit. *in* egit *Church*, Beitr. p. 80; Hensii et Leonis conamina adscripsit B.; 3. *Lachesis concesserat annos* uterque optime; 8. versus omnino vitiosus videtur fuisse; 11. uxorem puto monumentum fecisse.

Digitized by Google

# II.

# PARENTES ET LIBERI.

---

**299.** II 369 Conimbriga

d m | Aurelio Rufo | ann. XXIII | Vernaclus | Maternae lib. | et Fortunata | Aemiliae lib. | filio | pientissimo | f. c. |

dic, rogo, qui transis: «sit tibi terra levis!»

3. cf. II 2567.

**300.** II 391 Conimbriga

d m | Valerio Avito | Valeri Marini | fil. ann. XXX | Valeria Fuscilla | mater fil. | carissimo et | pientissimo | et opsequentissimo | p. |

scribi in titulo versuculos volo quinque decenter:
Valerius Avitus hoc scripsi, Conimbrică natus;
mors subito eripuit.
vixi ter dēnos annos sine crimine vitae.
vivite, victuri, moneo: mors omnibus instat.

B 485 4. cf. addit. p. XL; hexametrum deformem fecit poeta ad archetypum tale:
scribere in hoc titulo versus volo quinque decenter,
vel ut mavolt Buech.: *versiculos scribi in titulo v. q. d.;* 5. pessumdatus propter nomina propria; 6. cf. VIII 15987; XI, 531: *mors cuncta eripuit, dira quies hominum*; cf. etiam n. 354; 7. confert Buech. Verg. Aen. IV, 550; est clausula sollemnis, *Weyman*, l. c. p. 541; 8. adclamatio saepe obvia: III, 1854. 4483. 11036; V, 3403. 3415; 4078. 4656; VI, 14281; VII, 154; IX, 1764; X, 2503; XI, 4010; Verg. Aen. X, 118; Plaut. Bacch. 1193:
si dum vivas tibi bene facias, tam pol id quidem esse haud perlonginquom.
neque si hoc hodie amiseris, post in morte id eventurum esse umquam.



Digitized by Google

**301.** II 562 Emerita litteris aevi Antoniniani

nomine Iulianus; menses exc[e]dere septem
haut licitum: multum flevit uterque parens.

B 1197 est distichon, ad verbum fere ex graeco qui in eodem lapide praecedit titulo translatum; graecum carmen adscripsit B.

**302.** II 1099 Ilipa

dis manib. | Maria Q. f. Nymphe | M. Aureli uxor | vixit an. XXXXV | Mariae: Tertulla, | Rectina et M. | Aurelius Nympho | filii matri piissi | mae. h. s. e. |
t(e) r(ogo), p(raeteriens), d(icas): «s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)!»

B ad n. 1455 sq. cf. ad II 540.—4. id. cf. II 2854.

**303.** II 1222 Hispalis

Didia T. l. Sal | via mater | in meo dolore |
in hóc sepulcro <viva> nómen inscripsí meu(m):
haec ést domus (aetérna) qum meís (mihi).

2. abundat *viva*; 3. explevi senarium; in lapide videtur nulla lacuna fuisse.

**304.** II 1235 Hispalis

Nome vixit | anno et mensibus VIII | diebus XII h. s. e. s. t. t. l. |
Nome fuit, nomen haesit nascenti Cusuccia:
utraq(ue) hoc titulo nomina significo.
vixi parum, dulcisq(ue) fui, dum vivo, parenti;
hoc titulo tegor, debita persolüi.
quisq(ue) legis titulum, sentis, quam vixerim parvom:
hoc peto nunc, dicas: «sit tibi terra levis!»

B 1316 2. exspectes *fui*; ad nomen *Cusucciae* cf. *cusuc*, Petron. c. 77; de *Cossutia* cogitabat *Bonada*, II, p. 306 ad tit.; de hypocoristico *Friedlaender*. Darstt. I (6) p. 521; 5. fuit in archetypo: *naturae postquam debita persolüi*; *tegeor* reponit B.; 6. scand. *vixeri'*.

**305.** II 2274 Corduba

Egnatia Florentina | h. s. e. s. t. t. l. |
quod parenti facere debuit filia,
id ímmaturae fíliae fecít pater.

B 173 2. omisso *id* trimetrum pessum dedit poeta:
id] quód parenti fácere debuit fília.
*vel*: quod débuit paréuti facere fília;
ut mavolt Buecheler.

Digitized by Google

**306.** II 2295 Corduba s. II p. C.

d m s | Melitine, ann. VIIII m. VI di | er. VIII
hic sita est infans patri per saecula flenda,
quam raptam adsidue mater maerore requirit;
grata blandit[iis utrique erat] unaque (talis),
quales quisque sibi cupiat producere natos.
hanc annus (decimus) privavit munere lucis:
casum quisque legat, fato maledicat iniquo.
s. t. t. levis! Carpophorus | pater, Titilicuta mater filiae
pientissimae |

B 445 2. de hiatu egit *Church*, Beitr. p. 35; 3. *adsiduae* lapis; *adsiduo* proposuit Haupt; 4. post *blandit* lacuna est in lapide non amplior quinque litterarum; quae supplevi, ad sensum data sunt. Videtur Huebnero recte fortasse hexameter non integer fuisse exaratus, quod et *talis* vocabulum in fine omissum nullā lacunā ostendit: explevit Haupt. Ceterum cum totum carmen puero defuncto compositum—nam bene procedunt numeri, si legas: *hic situs est infans p. p. s. flendus, quem raptum a. m. m. r.; gratus blanditiis* etc.—in puellam metro neglecto translatum esse videatur, cumque *unaque* vocabulum non viderit Huebner dederitque litteris inclinatis priorum scilicet fide, suspicor aliud quid in lapide fuisse, velut *naturaque*, legendumque totum versum exempli scilicet gratia hoc modo:
gratus blandit[iis (fuerat) nat]urăque talis. *etc.*
5. ad sensum cf. XI 2829; 2. *an* | *nus X* lapis; 7. potest corrigi *casum* (*ut*) *quisque legat*, praestat tamen rusticitatem poetae non attingere.—De tit. cf. *Zimmermann*, l. c. p. 12.

**307.** II 3296 Castulo

. . . . . . . . . . . . .
hunc carae ci]ppum deserta, miser [genitorque],
vix fieri p]atitur: ipsa quoque [intus adest]
. . An]nulla f(ilia) an. XVIII |
. . . . . C]orn. Firmilla mater . . | . . . [S]ilvanus
pater | . . . Fir]ma an. XXVI |
te] precor, praeteriens, d[i]cito t(erram) l(evem).

B 1797 1. ex iis quae dantur in apographo Huebneri | AIRIQVE IOM | erui potest *p*]*atrique* vel *m*]*atrique*; nihil tamen certi inveni; 2. *ci*]*ppum* explevit Huebner; *p*]*atitur* B.; totum distichon ex. gr. ego; videtur itaque mihi mater mox post filiam esse defuncta, latetque fortasse eius aetas in litterarum vel numerorum vestigiis incertis, quae in apographo paullo inferius vocabulo *mater* (v. 5) in fine versus leguntur; quaenam autem mulier v. 6 memoretur, incertum est; potuit sane defunctae (v. 4) soror fuisse; 7. expl. Huebner; adiecto *mihi* fit septenarius trochaicus:



Digitized by Google

té precor, praetériens, dicitó terram levém mihi;
ad. v. 2 cf. II, 3534.

**308.** II 3453 Carthago Nova

mater si poss[em], fili vice morte s[ubirem]:
nunc iacis hoc tumulo: sit tibi terra levis!
Auc[t]a Zenon(is) l. mater, *etc.*

B 1194 1. suppl. B.; MORTIS. S . . . . | apographon; potest et *mortem obiissem* vel simile quid; *morti s[uccumberem]* Huebner contra metrum; 2. *iacis.* XIV, 1873.

**309.** II 3475 Carthago Nova aet. Aug.

C. Licinius C. f. T(h)orax |
hospes, consiste et Thoracis perlege nomen:
inmatura iacent ossa relata mea.
saeva parentibus eripuit fortuna m[eis] me,
nec iu(v)enem passast ulteriora frui.
nil simile aspicias! timeant ventura parentes,
nec nimium matres concupiant parere!

B 980 1. Torax; 5. iuenem; 6. nihl.—6—7. ad sent. cf. III, 2083. 3063. 3196 all.

**309a.** II 3497 Carthago Nova

matri opsequens, placita omnibus,
hic sitast annorum septem.

metrum adgnovit Zander, VIA. p. 78.

**310.** II 5478 Gades

contegit hic tumulus duo pignora cara parentum,
indicat et titulus, nomine quo fuerint.
sors prior in puero cecidit, sed flebile fatum . . .
tristior ecce dies renovat male volnera sana,
et modo quae fuerat filia, nunc cinis est!
Festiva an XI, Sodalis annicul(us) h. s. s.

B 1158 4. verba *tristior ecce dies* pro parenthesi habent editores; puto tamen pentametrum potius quadratarii fortasse culpa excidisse ad hunc modum:
contigit et natae: fit ita flebilius (*vel*: fit puto fl.. nil puto fl.):
tristior ecce dies, *etc.*
ibid. *mala* lapis; corr. Huebner, tuetur Buecheler; ad sent. cf. VI. 10493, 4

**311.** III 406 Thyatira

vota supervacua fletusque et numina divum

Digitized by Google

naturae leges fatorumque arguit ordo.
sprevisti patrem matremque, miserrime nate,
Elysios campos habitans et prata veatum.

B 432 1. post *supervacua* adde *esse; numina divum* h. e. supplicationes, quibus solent di exorari, vitam longiorem uti praebeant; cf. *Weyman* l. c. p. 538; 4. h. e. *beatorum*.

**312.** III 423 Teos

Iope Hi | lari Caes(aris) | vixit an. XV |
quid superos potui iuvenis laesisse penates,
quod tumulo Iopes ossa sepulta latent?
nec patrio potui gremio mea debita fatis
reddere, nec manibus lumina contegere.
in Phrygia miserae corpus, Volcane, cremasti,
sumeret ut tellus muneris ossa mei;
et quae debebam matri supremo tempore terram
ponere, vel maestos pietatis scindere crines,
effecit properans mortis quae venerat hora,
ut genetrix casus fleret ubique meos.

B 1168 2. *potuit* edebatur: corr. in addit. p. 978 ad tit.; pro *penates* suspicatur Buech. *potentes* fuisse; 4. *debita* naturae; 5. *matris lumina* mavolt Mommsen, nulla legitima causa; post *lumina* supplendum *ipsius*; *Prhygia* retinet B.; 7. malim *funeris; tellus mei muneris*, iungit B.; 8. archet. *et quae d. supremo t. matri*; iubet conf. B. Verg. Aen. VI, 508: te ponere terra; 9. evasit pro pentametro hexameter, ut passim; poterat:
ponere vel maestam scindere fessa comam.

**313.** III 562 Athenae

. . . . . . . p]uero ex semine p[atris
. . . . . . . s . . . sed naeus a . . . .
. . . . . . . Alcmenae pueri mem[orantur . . .
. . . . vo gnatus syiiitioc . . .
. . . . treis ann(os) supe[ravit . . . .

B 1629 carmen dactylicum adgnoverunt editores; de hendecasyllabis olim cogitabat Buecheler ad III, 7286, qui legit: 1. *vero* (vel *miro*) *ex s.*; 2. *casus sed malus;* 3. *Al. p. memor;* nunc dactylicis inserit, legitque v. 2 *sed natus Athenis*.

**314.** III 625 Dyrrachium

. . . . ui . . . ol . . . .

quod decuit [natum] matri [praestare sepultae],
id miser[a]e n[atae] infe[lix mater posuit nunc].

cf. B ad 1486 supplevi male descriptam;—cf. n. 444 et C. VI. 22066.—3. *miser. fn* traditur; inter *in* et *fe* quae cernitur lineola incurva foliolum est fortasse.

**315.** III 686 Philippi s. f. III p. C.

si dolor in(f)ractum potuit convellere pectus
Herculium, cur me flere tamen pigeat?
nam velut Aeacid(a)e laudavit corpus A(c)hilli
clarus Homerus, item non tua laus similis?
te sortita Paphon pulchro minus ore notabat
diva, set in toto cor[d]e plicata inerat.
sobria quippe tuo pollebat pectore virtus
non aetate minor, n(e)c minor inde loco.
h]ec mihi per validos, rapto te morte, dolores
quamvis aequanimo dat, puer, ut lacrimem.
et tacito maesti] su[lc]amur volnere victi
. . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . .
et reparatus item vivis in Elysiis.
sic placitum est divis aeterna vivere form(a),
qui bene de supero [n]umine sit meritus:
quae tibi castifico promisit munera cursu
olim iussa deo simplicitas facilis.
nunc, seu te Bromio signatae mystides at se
florigero in prato, congregi[o] in Satyrum,
sive canistriferae poscunt sibi Naides aequ(e),
qui ducibus taedis agmina festa trahas,
sis quotcunque, puer, quo te tua protulit aetas,
dummodo [pro meritis arva beata colas!]

B 1233 carmen doctum sed pessime descriptum supplerunt et enarrarunt Mommsen, Haupt, Heuzey. Buecheler. qui putat dominum posuisse titulum, non patrem; de sensu egit *Schröder*, Stud. zu d. Grabd. p. 11.—

1. Ov. Her. XVI, 111 *verbis convellere pectus* confert B.; 3. 4. Iliad. B 674 ἀμύμων Πηλ. conf. idem; 5. 6. moribus pulcris, ore minus pulcro fuit puer; 8. *ioco* corr. Haupt minus apte; 9. *h(a)ec mihi* B. qui *puer* vidit esse Vocat; *nec* editur; 11. supplevi; *tu placidus dum nos cr]uciamur*, B.; 12. 13. perierunt lapide diffracto; 15. *alterna* mavolt Heuzey; *iumine* descr. Heuzey emendavitque; 17. *castifico cursu* vitae; 19. *mystides* novum pro *mystae*; *Aesi* legi posse putat B. ut fiat nomen: 20. *congregat in* Heuzey; *congregi in* B. ad lapidem; de *congregii* voce

recte cogitat idem; 21. Stat. Silv. II, 6. 100—102 confert B.; 22. praecedentibus taedis.

**316.** III 729 Rhaedestus

Thetis eadem | Burgaena, | Italici, (qui et) Corisci, | Aug. l. con(iunx) car(issima) ann. | XXVI et Perinthio | fil(ius) ann. XII h. s. s. |
si Fortuna suos potuisset flectere manes,
hunc titulum patri ponere debueram.

B 1485 4. *manes* pro *leto* ut passim; *mores*, *cursus* mavolt B.; *flectere* erit *deflectere*.

**317.** III 1228 Apulum

quinque hic annorum aetatis conditur infans:
Aemilius Hermes hanc generavit, matris de nomine dixit:
Plotia, patris praenomine Aemilia vixit,
rapu[it] quam mors in limin[e] vitae.

B 567 «carmen est pessumdatum».—Hanc fortasse hexametrorum speciem adpetebat poeta:

quinque hic aetatis annorum conditur infans:
Hermes hanc genuit, matris de nomine dixit
-⏑⏑-, patris praenomine -⏑⏑-⏓
[infelix], rapuit quam mors in limine vitae.

2 fin. cf. *Weyman*, l. c. p. 543; 3. *Aemilia vixit* in fine hexametri posuit Buecheler; *dixit Plotia(m)—Aemilia(m): vixit* Mommsen; 4. *(crudelis) rapuit* fecit idem; conferri iussit Hosius VIII, 8567 et Lucan. II, 106; Stat. Silv. II, 1, 38.

**318.** III 1391 Veczel

Crescens hic situs est] quondam Pompo[nius ille]
qui clu]et in bellis corpo[re et idem animo].
hanc s]edem iuveni [maestus pater ipse paravit],
relliquias cin]eris condidit [ipse gemens].

supplevi.—4. datur etiam *condidit ipse pater*, V, 2417.

**319.** III 2083 Salonae

Papiria Rhome v. f. sibi et | Papiriae Cladillae ann. XIX | et P. Papirio Proculo ann. XI . . . [fi]lis |
condidit hic miseri mater duo funera pa[rtus]
ossaque non iustis intulit exequiis;
tegula nam Romae Proculum prolapsa peremit,
pressit Sipunti pressa Cladilla rogum.

Digitized by Google

vota, parens, nocuere tibi, qui numina saeva,
ut plura eriperent, plura dedere bona.

B 1060 3. supplevi in Ephem. Min. Publ. Instr. a. 1894; congruit Buecheler; cf. III, 3063. 3196; *funera pa[rva]* Mommsen; 6. *pressa* erit *compressa*, h. e. in puerperio mortua; cf. tamen *depressere veneficae* III, 2197 *b*; morbo oppressam vel in turba suffocatam putat esse Buecheler; 7. *qui*=cui; de tit. cf. *Zimmermann*, l. c. p. 30.

**320.** III 2183 Salonae

L. Aprofennius | pro . . . . . posuit sibi [et] | Iuliae C. f. Maximae | uxori et | L. Aprofennio Circitori et | L. Aprofennio Luculloni | annor. XXXIII defunct(o)
quod si longa magis nexissent stamina Parcae,
aequius iste lapis patris super ossibus esset.

B 822 2. cf. addit.; 4. «malim *nevissent*», Mommsen; *duxissent* reponi posse ostendit Buecheler collato III, 2628 (9259); attulit Hosius Stat. Silv. V, 1, 169; cf. infra n. 456, 11; *Weyman*, l. c. p. 553.

**321.** III 2341=8623 Salonae s. II p. C.

Fuficia Agre |
«crudeles Parcae nimium!»—matercula dicit,
quoius in hoc tumulo filia parva iacet,—
«debueram prius ipsa mori: sed numina vestra
qui coluere, cadunt, (qui) nĕglĕxere, manent.
infernae, vobis commen[d]o virtute satactam
circu hoc tumul[um quae] cinis occu[buit]».

B 1204 1. cf. III. 9106, all.; *Pomialowskii* stud. epigr. p. 141; *Zimmermann*, l. c. p. 29; 4. alterum *qui* omisit quadratarius; *qui renuere* reponit Buecheler; 5. *voces* olim edebatur; *vobis trado* vel *mando* mavolt Buech.; 5. 6. «litterae pessimae et ad cursivam scripturam declinantes maxime in extremis versibus faciunt ut difficile legatur; puto tamen me non errasse», Mommsen ad tit.; haud tamen scio an versus isti parum accurate descripti vel lecti sint; *satactam* obscurum; accipi solet pro *perfecta*, quae sat egit vel satis fecit; 6. *iam* ante *circu(m)* exspectat Buech.; in fin. suppletur et *occu[litur]* vel *quam cinis occu[luit]*; *tumulum* neutri, ut passim.

**322.** III 2544 Salonae

C. Tadio C. f. Seve[ro] | abducto a latronib[us] | ann. XXXV et | Proculo f. ann. VI | [Um?]bricia L. l. Primigen(ia) | [co]niugi et filio posit |
fili]us hunc titulum [debeb]at ponere matri.

Digitized by Google

B 818 4. explevit Buecheler.

**323.** III 2616 Salonae

condidit hic natum infelix Bocontia mater
funct[um ae]vo nimis [angusto c]um magno dolore.
nomine et ips[e s]uo situs est Bocontius i(nfans),
qui tulit bis binos meses quattuorque [di]esque.
effecit Hulas [titulum] domu[mque perennem].

B 644 titulum pessime descriptum non attigit Mommsen; restituere conati sumus Buecheler ego.—2. Buecheleriana recepi; equidem feceram *funere iniquo nimis [atque suor]um m. d.*; 3. *ipsuo* traditur *ipsius* Buecheler; 4. fin. sic ego; *et quattuor annos* Buecheler; 5. sic ego; sententiam inesse putat Buecheler hanc fere: *effecit morte sua (subitis fatis), ut ne domus ullam progeniem habere posset.*

**323a.** III 2638 Salonae

vix. an . . . . .] m. IIII d. XXIII
n[e cuiquam eveniat casu la]crumare suo[rum:
nat[a] erat hae[c, ut mox orbaret cara] parentes:
sp[em dedit et miseris abs]tulit han[c subito.

1. *lacrumare suorum*, 2. *haec*, 3. *hanc* praeivit Kubitschek, reliqua supplevi ego ex. gr.—2. NATFERAT apographa, FERA contignatis.

**324.** III 3063 Albona

di]s manibus | [Vol]umniae L. f. | [P]roculae |
miserós] parentes, qui in spem [t]ollunt filias:
tum spés] decepit, cúm viderunt mórtuas.

B 144 2. 3. sic Mommsen; *miseri. si spes* Buecheler; poterat et *quos spes*.

**325.** III 3146 Apsoros

felix haec visa est nascendi lege puella,
quot non est miseros tum sortita lares;
sed legem fatis Parcae dixere cruentam,
primus natalis condat ut ossa sua.
cognomen pater huic fuerat natale daturus:
abstulit atra dies una cum corpore nomen.

B 1160 2. restitui poterat hoc fere modo:
quot non sortita est illa lares miseros, *vel*:
quot non est misero tum generata lare,
cf. VIII. 11824, 3; *sorte potita l.* Burmann; *misero tum sociata lari* Buech.;

Digitized by Google

4. anniculam defunctam esse significatur; 5. cognomen natale *Felicis* vel potius *Feliculae*, cf. v. 1; *natale* = die natali est Buechelero; 6. poterat fieri *corpusque et n. abstulit a. d.; abst. a. d.* notum Vergilianum.

**326.** III 3241 Sirmium

. . . . . . . . ann.] XXXVII, Salvio ann. XXXIII, frume(ntario) leg. II Adi(utricis) | Iul(ius) Asclepiades caris suis; hunc titul(um) | posui miserabile munus, non satis | ut meruistis;

quattuor amissis te quintum, <Salvi> , flere necesse est
adsiduae, dum mea fata resistent.
te nunc amisso domus inclinata recumbit;
depon(am) luctus, cum te sequar, care per umbr(as).
dulce(m) meum Salvium liceat mihi dicer(e) semper.
optaver(am), tumul(um) tu mihi ut facer(es).
tot bona tum carui: mer(i)t(o) te, care, requiro.

B 1208 2—3 vergunt ad hexametros; clausulae solitae; *caris hunc t. pos. mis. m.* est integer heroicus; 2. *cari* absol. pos. cf. Plaut. Men. 105; 4—8 et 10 sunt hexametri et quidem 4 eliminato nomine; 5. *fleberis adsidue donec mea fata resistent* corr. Buecheler; 6. 10 tolerabiles; in v. 6 clausulam Verg. Aen. XII, 59 observavit Buech.; 9. vice pentametri fungitur; scande *optaram*, repone *tu mihi, tu*, vel *tu mihi uti*; 10. malim *cum carui*.—cf. *Zimmermann*, l. c. p. 11.

**327.** III 3362 = 10347 ager Aquincensis

P. Ael. Frontoni *etc.* et P. Ael. In | petrato filio | qui vixit ann. | VI

cui vita parva, mors valde citata fuit,
quem flentes doleunt (maesti) miserique parente[s].

B 820 3. est fort. pentameter; 4. *doleunt* est *doliunt*, cf. VI, 16483 *doliens*; versum supplevi.

**328.** III 4346 Brigetio s. III p. C.

heu, simul hic nata et genetrix functaeq(ue) sitaeq(ue).
ac tris pro multis orbant matremq(ue) virumq(ue)
et soceros, et avos, patresq(ue) duos patruumq(ue):
germanis quoniam materq(ue) et filia nuptae,
verum filia cum parva praerepta puella,
functa die, quo nupta, sed annis nupta duobus.

B 440 stemma sic constitui in Ephem. Min. Publ. Instr. a. 1894:
mater — A (fratres) B — filia
|

Digitized by Google

**parva puella**

**quod ibidem interpretatus sum; idem proposuit Buecheler s. n.; aliter Mommsen ad tit.; conferri iussit Buecheler II, 3551; vernaculum zetema eodem tendens ego.**

**329.** III 5295=11709 ager Celeïanus

hic scripsit genetrix] suum mi[ser]anda dolorem:
«numqua(m) feci dolum neque d[e]os [l]ae[si in]pia mate[r];
oc migi indigne positum [i]n pectore volnus:
dulcem superstitui natum miser[a]nda genetrix
terti[um nu(n)]c miserae florentem condere saxso.

B 637 **titulum male scriptum nec melius ab hominibus habitum legere conati sunt Wilmanns Gurlitt.—1. init. supplevi ego; 2. prope desperatae lectionis; *neque duos* | *baettibia mates* dedit Wilmanns; *neque duos p* (*b*, *r*) *ae* . . *l*(?)*e*(*b*)*ia mates* (*s* minuta) Gurlitt; *neque duos rapio tibi amantes* fecit Buecheler, filium ante matrem obisse tertium, duos patri (=tibi) relictos esse significari intellegens, quaesitius ut opinor: temptavi ut supra; 3. plebeium pro *hoc mihi*; 4. *superstitui* iungo cum *condere*; 5. *tertio fi* | *no miserae* Wilmanns; *tertio fi* | *co m.* Pichler; *tert* . . . | *iio m.* Gurlitt.; *tert*[*ium*] *liq*(*uit*) *m.* reposuit Buecheler; ut supra ego; de omissione *in* cf. *Church*, Beitr. p. 82.**

**330.** III 5695=11827 Noricum

. . . . . . bsum . . . pat . . . . b. n. non ior . . . . .
nunc matris piet[a]ten abet per domnica r[ura]
e]t licuit matri corpus sepe(li)re dolendu[m].
que(m) nunc abet titul(um), non c[red]e inimice la[cessi],
set potius donis sollemnibus esse colend[um].
Surilla ego so, que ic premor, filia O[r]ge[s].

B 568 **1. lectionis incertae; *pat*[*er*] vel *pat*[*ron*] subesse et in fine *non for*[*et i*]*ll*[*i*] legi posse credit Buecheler; 2. 4. *abet* est *habet*, non *avet*; 2 fin. *r*[*ura*] Mommsen; *p*[*rata*] reponi posse monet Buecheler; 4. *que* lapis; *quem* Buecheler; *quae* Hirschfeld; *non c* (vel *t* vel *p* vel *f*) *erbe inimice ia* lapis; *non crede i. laedendum* Buecheler dubitans, qui monet etiam *non acerbe i. lacessas* posse legi; *non perdi i. cavemus* fecit Leo; 6.=*sum quae hie* recte interpretantur Bormann Gurlitt: nomen matris restituit Buecheler, qui *que peremor* recepit.**

**331.** III 6383 Salonae s. II p. C.

L. Trebius L. f. | Exoratus ann. XII | L. Trebius Veter pat(er) |
Pieris hunc titulum posuit matercula nato

Digitized by Google

erepto a fato finibus Maezeis:
nunc, si qu(i)d manes sapiunt in mollibus umbris,
conprecor, ut matris sit tibi gratus honos.

B 1147 3. *finibus Ausoniis* fuisse in archet. suspicatur Buecheler; 5. *matris honos* a matre filio datus.

**332.** III 6384 Salonae

Q. Aeronio | Firmino d(e)f(uncto) | ann. XIIII mes. IIII |
Q. Aeronius Crescens et | Caetrania Firma paren(tes) | filio
pientiss(imo) lib(ertis) lib(ertabus) q(ue) suis |
invida Parcarum series livorque malignus
bis septena mea(e) ruperunt stamina lucis.
parcite iam lachrimis, miseri soliq(ue) parentes:
sat fletus vestros prima favilla bibit;
corpus habe(n)t cineres, animam sacer abstulit aer.

B 1206 1. df; 3. libq; 5. mea; 8. habet.—5. posse aliquatenus tolerari *mea* et 8. *habet* non nego; 8 fin. laudat Buech. Val. Fl. Arg. I. 497: ratem spectantibus abstulit aer.

**333.** III 6414 Scardona s. IV p. C.

conditus infelix in ista sede perenni
Principius habitat; huic vit(a)e finis in ipsis
ter senis misero et quattuor paene peractis
annis acerba fuit: <nam> studiis iam Rom(a)e laetantem
invida fortuna repenti funere mersit.
cuius<que> reversum crudeli funere corpus
exequitur genitor iniquo <cum> honore sepulcri.
iam securi suo gaudete munere, manes.
Elysios <per> campos et dulcia prata vagantes.

B 588 2. vite; 4. acerva; rome; 8. caudete.—saeculo IV p. C. carmen vindicat Buecheler; 3. scande *quattor*; 5. *funere mersit* Vergilianum; 8. *suo* pro *eius*, genitoris, non pro *vestro*, vobis debito; 9. cf. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 94.

**334.** III 7469 Prezlav

. . . . . fi]lia(e) meren[ti . . . . .
hanc . . tacit . . . . reliquit . . .
crudele vis . . . . ipse pignus . . .
dulcior huic . . . . hanc . . . .
. . us quem ante di[em] . . . proximo .
ac . . . . morte super

Digitized by Google

in]certam credas . . . . melius pro patre . . .
. . corpore . . . pater concre[dit . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

**ad titulum pessime descriptum restituendum certi nihil datur; filiae defunctae positum esse a patre (*quem* v. 5 nihil offendit) versibusque conceptum hexametris satis elucet.**

**335.** III 8226 prope Scupos

cara patri [multum, matri quoque, condita Fausta],
hic est in lo[culis, heu nimis ante diem!]
non in toto [illā formonsior orbe repertast,]
in q[uoius voltu gratia summa fuit].

B 1659 **ab initio nihil periit fortasse nisi puellae nomen; plura in fine perisse necesse.—3. sensum suppeditat B.; carmen supplevi.**

**336.** III 8376a Dalmatia

militia insigni raptus trieteride sexta
sedibus his situs est miserabilis Heli[odo]rus
Heliodorus et C. . . . | tiane parentes miseri fi(lio). |

B 539 **2. supplevit Bormann; ad v. 1. attulit Buecheler epitaphium Scorpi apud Mart. X, 53, 3; cf. etiam *Weyman*, l. c. p. 543.**

**337.** III 2671=8653 Salonae

hic tria c]arorum sita sunt [co]rpuscula fratrum:
effunda]s lacrimas, qu[i t]emplu[m Tell]uris intras.
haec] vult, ipse f[era]s tribu[s orna]menta sepulcri:
sic tibi muneribus decorentur funer]a iustis.
. . . . . . . . . . . . . . peractis soli]bus aestas.
terra tenet corpus, mens at pia degit i]n astris.
. . . . . . . . . . . . . . . . perimit mors atr]a sororem.
invida quod fuerint, queritur iam temp]ora mater.

B 616 **fragmenta sex tituli duobus exemplaribus scripti; coniunxerunt expleruntque Buecheler inprimis, Hirschfeld Bormann; 2. datur et *ne tenea*]*s*; *emplu* vel *emptu* descriptum: *templum* dedit Hirschfeld; *Tell*]*uris* Bormann; *Fulg*]*uris* vel *Sulp*]*uris* Buecheler; melius quaero; 3. MINA descriptum; esse MENTA contignatione notissima vidit Buecheler; 4. sic Buech.; datur etiam: *muneribus decoresque illorum funer*]*a i*; 5. fin. errorem subesse suspicor reponendumque *aetas*; de praecedenti tamen vocabulo non satis constat, utrum in DVS vel in BVS desierit; 6 - 8 supplevi; 8. fin. *pramatfu p* et *fu* non satis certis; *tempora mater* dedere Buecheler Hirschfeld; cf. III. 9447.**

Digitized by Google

**338.** III 9106 Salonae

Fulloniae | Amarylli | di |
aequius hunc fuerat titulum me ponere matri
quem miserae mater illa mihi posuit;
bis ternos denos complevi mensibus annos:
Parcae crudeles! nimium properastis rumpere fata mea!

B 1156 5. versus pentameter apte sane ad sententiam, prosodiae tamen monitis prorsus neglectis contaminatus mihi esse videtur vel ex disticho hoc:

crudeles Pareae! nimium properastis iniquis
funeribus miserae rumpere fata mea,

vel ex pentametro hoc:

crudeles Parcae fata rupere mea

ab illius aetatis arte non prorsus abnormi, verbis *nimium properastis* ex alio archetypo perperam intrusis; 5. cf. III, 2341.

**339.** III 2628=9259=12848 Salonae

o, quam dura tibi . . . it Fortuna, fateri,
q]uae te tam teneris annis sub Tartara misit:
denos vix passa est annos te cernere lucem.
qu]od si longa magis duxissent fila sorores,
aequius is [l]apis complecteret ossa paterna.

B 456 1. eortuna; 3. amnos.—1. ante *it* tres litterae desiderantur; *tibi* [*fu*]*it* dubitanter expletum; fuisse potest in archetypo: *fuit. evenit, cessit, cecidit.* simile; *fūit* esse volgarem formam demonstravit etiam *Gröber*, Arch. f. l. L. II, p. 101; *potuit* Sticotti; *novit* vel *piguit* Buecheler; in fine legit idem *fateri* ad exemplar Bormannianum sibi missum; 2. conferri iussit Buech. Verg. Aen. VIII, 563; 3. *te*]*r denos* olim legebatur; sed cum *r* in princ. omiserit Bormann, *denos v. passa est* legit Buecheler; 4. confert Sil. It. III, 96 Hosius; 5. exspectes potius *id saxum* vel *is titulus*, vel adeo *iste lapis*, III, 2183.

**340.** III 9314 Salonae

quisquis es atveni[ens], nostrum contempla sepulcrum,
siste, [p]recor, paucis perlege fata mea.
me mater genuit gremio nutritq(ue) [la]bore,
spemque et opem vitae [p]rodideratque suae.
hi]c iaceo infelix cinis et combusta [fa]villa,
hic sunt discordi [stamina ducta manu].
d]esine iam de me, dulcis [mater mea], flere,
et sine [me viva hoc ipsa] iacere loco.

B 1205 1. *atventum* lapis errore quadratarii; «*atventum sepulcrum* est opinor

Digitized by Google

id, ad quod viator venit», Mommsen ad tit.; *atveniens* ego; *adventu* Buech.; 2—5 supplevit Buecheler egregie, sequentia minus certe; 3. *la*]*borem* lapis; tuetur B.; 5. *cinis en et tosta favilla* in epitaphio Helviae Primae. n. 227; 6. *stamine ducta fila* vel *stamina ducta colo* Buecheler; paulum inmutavi; tamen cum spatium supplemento non sufficiat, omisisse quaedam quadratarium recte putat idem, probante Hirschfeldio; 7. *matercula* et 8. *nos uno deinde* nunc reponit Buecheler.

**341.** III 9447. 9448 Salonae

. . . . . . . . . r . . . . .
sic si forte se]nes mise[ro casu doluistis],
felix] sit vobis v[ita futura magis].
tu quoque, qui fat]o es meliori n[atus, adesto,]
iam nunc disc]e senes [quam mala fata manent].
. . . . . . . . . .
dum teto[lit vitam, tem]pora iniqu[a nimis],
invida, preste[ntur cum] tempora ta[m brevis aevi],
nec licuit ma[tri prole patrive frui].
iam supere[st, ut vos, qui huc] lumina [vertitis, orem]:
[dicite lugentes «sit tibi terra levis!»]

B 1079 tituli duo, quos coniunxit Bulič, supplendi periculum fecit Buecheler; queri videtur pater senex de filii iuvenis morte praematura; iungit Buecheler s. n. ordine inverso legitque v. 7 *tetoli*; Leonis supplementa longe minus probabilia omitto.

**342.** III 9451 Salonae

. . . . . . e]t mat(er) | vivi fecer(unt) sibi et filis suis pien. |
quot si di aequi fuissent, illi | nobis facere debuerant parenti |
bus infelicissimis. |

2. 3. possunt revocari ad archetypum tale fere:
quod si caelicolum nobis mens aequa fuisset, *vel*:
quod si di superi magis aequa mente fuissent,
haec illi nobis ponere debuerant.

**343.** III 9610 Salonae

pro nefas! iste tuum loquitur, Petronia, nomen
iam titulus nono vixdum lacrimabilis anno,
nata diu dulcis et longi pignus amoris.
vita brevis, sed nunc istic iam longa parentum
vulnera; Nereus genitor genetrixque funesti

Digitized by Google

Sofronia brevibus tumuli flevere querellis.
tu tamen hinc spera caelum pia mente fidelis.

B 750 recepi propter locutiones paganas.—2. novem annorum puellam fuisse significatur contorte sane; unicam apparet fuisse ex v. 3; fin. cf. *Weyman*, l. c. p. 540; 3 fin. ibid. p. 555; 5. 6. ipsos parentes intra breve tempus post filiam obisse ostenditur, quippe quorum querellae breves fuerint; 7. *tu-fidelis* (h. e. qui legis) iungit Buecheler recte.

**343a.** III 12437 Tenca

si modo sunt manes, sentiant: spes vit(a)e nostr(a)e fueras,
nu(n)c quis, ubi iaceas, indicat iste lapis.
L. Spureni | us Herculanus [p]at(e)r et | Fl. Paula
mater . . . . . . . . . posue | runt. valete, viatores.

B 1323 1—2. notorum archetyporum particulae, in centonem coactae.

**343b.** III 12987 Salonae

ad [vitam] vo[lui] Celerem te c[res]cere mater,
ad mortem ingemui te celerem misera.
P. Gallius Celer . . . . . .

B 1074 1. init. incerta litterarum vestigia restituit Hirschfeld probante Buechelero, ludi in nomine defuncti monuit B.

**343c.** III 14321 Burnum

h] s. e. | crudelem funus puaero G. Paetronio Val(enti) an.
XIIII parentes [d]esola[ti fecerunt . . . .

ex metricis detorta.

**343d.** III 14333[7] Brattia

ut decet parenti, f(ilio) fecit suo.
L. Statius L. f. Venetus | hic situs est.

1. decurtatum archetypum trochaicum tale fere:
quod decuit parenti filium, filio fecit pater,
cf. n. 528, 530; 314. 544 all.

**343e.** III 14529 Viminacium

parvolus | hic situs est | Ulp(ius) Iovinus | nomine
qui vi | xit ann. V m. VI | d. XXIII. hic solus | pater
hunc hu | mav[i]t parvolum | cuius de[s]iderio | lu-
men intentus | dolet. Ulp(ius) Vale | rianus bf. le[g]. pa |
ter, a quo sibi sperab(at) | .

Digitized by Google

formulae metricae passim apparent; 1—2. *parvolus hic s. e.*—*nomine vixit* archet.. cf. n. 958. 1120. 946 all.; 2—3. *hic solus genitor hunc h. p.* archet.; 3—4. *cuius—dolet* paene senarius; *lumen intentus* barbare dictum pro *lumen intuens*. cf. n. 10, 5. 6: 5. supple *memoriam fieri*.

**343f.** III 14685 Salonae litt. s. VI p. C.

divi Constanti pignus, de nomine nomen,
nec nimis ante] d[i]u condita progenies,
[exiguaeque tamen, virtutum munere largo]
aetatis victrix, dulcis obit nimium.
sede beatorum recipit te lacteus orbis
e gremio matris: hoc tua digna fides.

recepi propter pagana supplevique; post v. 6 lapide infra fracto perierunt nonnulla; 4—6 subiunxit B. carmini III, 9632 (1438 *C*, h. syll. n. 680) supplevitque v. 3 ex. gr.: *inmatura quidem, tamen annis plena puella,* ad v. 5 contulit id. Cic. Arat. 286.

**344.** V 116 Pola s. I a. C.

Anusia P. f. | Tertia v. f. sibei | et f. T. Sornatio | C. f.
Sabino, quei | hic situs est |
quem fatum eripuit prima lanugine (nata)
et míhi dolorem mátri imposuít gravem.

B 1547 4. cf. Verg. Aen. X, 324: flaventem prima lanugine malas.

**345.** V 117 Pola

quod fás parenti décuit facere f[ílium],
mors ínm[atu]ra fécit, ut [facerét] pater.
Sexto A[p(uleio)] | an. VI Sex. Apul. | Probus
pater | v. f. |

B 171 carmen male conflatum putat esse Mommsen ex archetypis his:
quod fás parenti fácere fuerat fílium. *et*
quod decuit natum patri praestare sepulto.
conferri iussit Buecheler V, 312; IX, 5771. 4391. 5328. 6306.

**346.** V 302 Pola

hic ego nunc sum i]nfelix Simp[licium condita]
durum quae fatum in] prima infan[tia tuli]:
nondum fruni]ta luce mo[rti tradita].
. . . . cei et pat[er . . . . .

B 1704 supplevi.—1. cf. V. 4754. 7453.

9

Digitized by Google

**347.** V 312 Due Castelli

quod fas erat filium facere parentibus,
morte inmatura Q. Serg(ius) et Sex. R. filio fecere
parentes infelicissimi.

B ad 171 archet. vide ad V, 117.

**348.** V 470 Piquentum

. . . . . . Felicissimae . . . | et suis viva f . . . *etc.*
. . . . infelices parentes filiae testantor amor[e]m.
crudelis tituli n[o]men [et ipse] vides.
te, lapis, optestor: leviter super ossa residas,
florenti aetati ne gravis esse velis.

B 1471 1. praescriptio tituli prosa oratione, ut adsolet, composita valde truncata; 2. h. e. *testantur*; archet. *infelix genitor* (vel *genetrix*) *natae testatur amorem*; 3. supplevi ad incerta scripturae evanidae vestigia; *tituli carmine sita vides*, B.; 4. 5. saepe obvii; quae sequuntur pedestri sermone erant conscripta.

**349.** V 938 Aquileia

L. Trebius T. f. | pater | L. Trebius L. f. Ruso | fieri
iussit |
natus sum summa in pauperie, merui post classicus miles
ad latus Augusti annos septemque decemque
nullo odio, sine offensa, missus quoq(ue) honeste.

B 372 3. archetypum esse huiusmodi conicit Mommsen:
natus sum pauper, m. p. cl. mil.
5. *nulla offensa* reponit Buecheler.—4. *ad latus Augusti* h. e. Romae in castris Misenatium vel Ravennatium (Mommsen).

**350.** V 1666 Aquileia

indicinm future pudicitie, Gerontia, sa | pienti(a)e lumen, moribus eximiis, decus | omnium, merueras vibere seclo | : genitoribus subito miseris rapta es e | flore iubente post undeci(m) annis | additis XXIII diebus. eu, miseranda | nobis dies pariter, quam multa tu | listi Stercorio et Dizaneti, qui | contra votum hos titulos memori | amque locarunt.

B 1620 metri dactylici paganique archetypi passim vestigia.

**351.** V 2013 Opitergium

Sarenus Valeriu[s et] | Sarena Maxima filio | dulcissimo

Digitized by Google

Valent | iniano m. fecerunt | qui vixit annos V d. XXX |
acerbo funere lapsus

3. *acervo*, *labsus* lapis (ut videtur. cf. add.)—3. est clausula hexametri. ‐⏑⏑‐⏑⏑‐⏑⏑ funere lapsus acerbo; sane exspectes *raptus*.

**352.** V 2417 Ferrara

Festi Q. Papiri Prisci delic(ati) |
parva sub hoc titulo Festi sunt ossa lapillo,
quae maerens fato condidit ipse pater.
qui si vixisset, domini iam nomina ferret:
hunc casus putei detulit ad cineres.

B 1157 1. *festio* lapis; corr. Mommsen; *Festio P. Pr. delic(ium)* Buecheler. 2. debebat esse *tituli* vel *ossa sepulti*; *lapillo -condidit* iungit B. conlato VI. 13830; 5. decidisse puerum in puteum significatur.

**353.** V 2435 Ferrara

T. Truppicus T. f. | Papiria T. f. Tertia |
cernis, ut orba meis, hospes, monumenta locavi,
et tristis, senior, natos miseranda requiro;
exemplis referenda mea est deserta senectus,
ut steriles vere possint gaudere maritae.

B 369 ad sent. cf. III, 3063. 3196, all.; *Geffcken*, l. c. p. 54.

**354.** V 3403 Verona

d m | P. Hostilio P. f. Pob. | Campano venatori | P. Hostilius
Tertinus de | curio Veron. et Abidia | Maxima parentes fil(io) |
piissim(o) et sibi, qui vix(i)t | ann. XXV d. XXV
sine crimine vitae:
florentes annos mors ipsa eripuit.
vivite felices, moneo: mors omnib(us) instat,
exsemplum a nobis discite, qui legitis'

B 1004 3. *vixt* lapis; 4. est clausula hexametri saepe occurrens; incipere potest heroicus a verbis *qui vixit annos*; 5. cf. Luc. Muelleri de re m. ed. 2 p. 156; exspectes *subito* solitum; 6. sententia trita.—simillimus est n. 300, 5—8.

**355.** V 3513 Verona

q]uisquis iter carpis, versos ho[s] respice, q[uaeso]:
December hic sanctus iacet castissime [f]am[e],



Digitized by Google

quen su[bit]o crudeli [r]apuerunt funere no[bis].
pulcer fuit iuvenis, it[a ut sper]arimus diu es[se],
cui nec licuit mise[ro . . . . .]m vivere annos.
formavit Valentinianu[s filius pietate sua lacrimand[um]
[sep]ulcrum,
et recolet manes e[ius atque o]ssa cor[poris usti].
Aur. Ursula coniu[gi] du[lcis]s[i]mo, qui | mecu(m)
vixit annos XXVI [Val]entinianus et | Decentius
e[t . . . . . pa]tri carissimo | titulu(m) fe(ce)runt be[ne mer.]

B 1592 v. 1, 3 (*rapuerunt*), 4 fin., 6. 9. 10. 11 suppl. Mommsen; v. 1 *hos* (*hoc* lapis), 2 (cf. n. 46), 3. 4. 8 supplevi ego; v. 1 *versus huc* minus placet. etsi occurrit *hoc*=*huc*, XI, 4010; 2. *castissime amanti*. 3. *superi o crudelis r. matri bonaeque*, 4. *ita ut optarimus*, 5. *c. n. l. misero ad plenum*, 7. *manes et vinciet ossa coronis* B.; 5. numerus propter v. 10 incertus.

**356.** V 3627 Verona

C. Gavi C. f. Quintiani | ann. XIIII m. X C. Gavius |
Menodorus filio piissimo | pater infelix | ,
aequius enim fuerat vos hoc mihi fecisse,
et sibi.

3. notum archetypon solutum.—4 *et sibi* noli cum praecedentibus iungere.

**357.** V 3866 Verona

. . . . . mos in . . .
te dignum . . .
pro] meretis c[olimus . . .
his ergo d . . . . .
sa specte . . . .
o nostr . . . . . . .
tus

fragmentum tituli sepulcralis versibus ut videtur dactylicis compositi; patrem familias fuisse puto.

**358.** V 4113 Cremona s. I a. C.

matér monumentum fécit maerens filio
ex quó nihil umquam dóluit, nise cum is nón fuit.

B 152

**359.** V 4574 Brixia

rapta immatura carissima matri
C. Cornelius C. f. | Candidae annor. | VI |

Digitized by Google

1. *si* supplebis *morte est*, fiet hexameter.

**360.** V 4582 Brixia

L. Cornelio | Secundo | qui vixit ann. X | m. V d. XX |
L. Cornelius | Glycon | pater infel(ix) | filio dulcissim(o) |
quod si te tua fata volvissent,
tu nobis ponere debueras.

B ad n. 1485 3. sic lapis; *quod si tua fata sivissent* vel *quivissent* emendabatur; *volvissent* magis placet quam *voluissent*; hexameter omnino maucus: 4. excidit *titulum*.

**361.** V 5279 Comum

L. Caecilius L. f. Cilo | IIII vir a. p. | *etc.*
aetas properavit, faciendum fuit: noli plangere. mater!
matér rogat, quam prímum ducatís se ad vos?

B 150 2. est notum archetypum
noli dolere máter: faciendúm fuit:
properávit aetas: [hóc dedit fatúm mihi]
a poeta truncatum et solutum; 3. redit fere n. 513:
mi fili, mater rogat, ut me ad te recipias.
et n. 622:
mater tua rogat te, ut me ad te recipias.
quos titulos iam Buecheler composuit in Anth. s. n.

**362.** V 5824 Mediolanium

d m | L. Comagi Firmi | milit. leg. II Parth. | qui vixit ann. XXVII m. II d. V |
Parcae te miseris rapuere parent(ibus) urna,
spectantes animo (invido) tuae gloriae cursum.
fletus in perpetuo miserae reliq(uisti) dolore,
nec potuit corpus a sodalib(us) tradi sepulchro.
me decepisti, ni(mi)um horfanam tu reliquist(i).
Nigidia Firmina | mater infeliciss(ima) filio pientissimo |

B 537 3. *parenti* exspectares, nisi obstaret metrum; 4. *livente animo* propos. Buecheler; *invido* posse in illud poema quadrare nemo negabit; 5 fin. *dolore* vix est *dolorem*; 7. explevit Buecheler.

**363.** V 5870 Mediolanium

v. f. d. m. | Maximus Maximinus |
Primitivus VI vir | Mediolaniens(is) sibi et Rociae Secundinae

Digitized by Google

coniugi | incomparab(ili), qui vixit annis XXI et | Rocio Max. Maximini filio, qui | vixit ann. unum m. VI et Rociae | Primitivae fil. pientissimae |

qui, tibi dum staret pater ad torum, sic ait:
«o miser, quid gemis et lacrimas, quod te, miserande, relinquo?
te non turbemus: ista fatalia dantur!»

B 807 6. fort. emendandum *qui sibi*; 7. *o miser* abundat; 8. magis congruum esset *te noli turbare* sim.; in fine mutatur notum archetypon: *hoc dedit fatum mihi.*

**364.** V 5961 Mediolanium

Atiliae . . . . . . . . | contuber[nalis . . . . . . . |
hunc qui leges [titulu]m, peto, perlegas neve rev[ell]as
de se, quod immatu[rum la]udabile cernas.
hic iacet triste [et mis]erabile funus.
vere flori similis [IV hec] nostra per annos
ornabat cubita [atq. omn]ia laeta gerebat.
nunc huius memo[res hec p]erscripta posuere,
ut quae (non) hilari[s su]mas cum littera mes[ta].

B 639 egit de restituendo titulo Krascheninnikow in Ephem. Min. P. Instr. 1892 Nov. Dec. sect. phil. class. p. 57 sqq.; v. 2. suppl. Mommsen; 4. 6. 7 Buecheler; 3. 5. 8 (non) ego; 3. *immatu[re la]*, 8. *hilari[ter su]* Buecheler: inter *quae* et *hilari* lacuna apparet in Mommseni apographo.—

4. cf. Ovid. Met. XIV, 751 videamus, ait, miserabile funus (Hosius); 6. *cubita* insolitum pro *cubilia*: 7. intellego *parentes maritumque defunctae*; 8. fin. conferri iussit Buecheler VI, 30135, 3.

**365.** V 6128 Mediolanium

Q. Viri Severini | Attia Severina et Q. Virius | Onesas parentes |
raptus ego superis patribusque ablatus inique,
cum frui debueram aetate florida luce,
his requiesco locis, vitam cui fata negarunt.
praecipitem memet superi mersere sub aulas
ac tumulo clusere gravi ⏑⏑ usus et – ⏓
arsque mihi fuerat studioso corde reperta,
maxima quadripedum cura, studia quoque plura fuerunt;
ingenio semper plenus, probitate beatus;
ut quandoq(ue) simul patribus finito limine vitae

Digitized by Google

manibus his quieti pariter sociavimur una.
quisque legis, doleas; devites talia fata.
qui vixit annos XXVIIII mens. V d. V |

B 473 *florida* iunge cum *aetate*; 6. emendabatur in antiquioribus *sub auras* vel *sub aulis*; temptabatur ab audacioribus etiam *sub undas, sub umbras; Plutonis domos* iutellegi vidit Buecheler; 7. excidisse videntur nonnulla, velut [*sed*] *usus et* [*ampla*]; 8. fin. confert Buecheler Lucret. VI, 5 *tali cum corde repertum;* 11. *et quandoque* Cyriacus, Marcanova, Felicianus; *lumine* Choler; 12.=*sociabimur; sociemur in urna* corr. Heinsius; ad v. 11 confert Hosius XIV, 1731; VII, 250; Lucret. I, 227; V; 987; Verg. Aen. V. 828; *lumine vitae*, Lucr. III, 1040; recepit emendationem Buecheler; equidem in eiusmodi carmine ipsum poetam ne corrigam timeo.—Ad sent. cf. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 29.

**366.** V 6535 Novaria

Caesoniae Secundae | quae vixit ann. XX mens. V | dies XXVII fecit pater eius | deorum ira oppressus ruinae | suae memoriam.
o nefas, <o> dolor, o iniqua scripta mortis memoria.

B ad n. 1602 sept. troch. vix casu.

**367.** V 6693 Vercellae

Aeoni, chaere!
d m | Lolliae Proclae
Aionii, salve! doleas ne fata suprema!
sic Fortuna tibi dederat transcurrere vitam:
omnes mortales eadem nam sorte tenemur.
gratiae si vitae, famae si nomen honestum,
si charites aliquae, laud[is] s[i gl]oria summa,
omnia sunt tecum· qui[s] enim, [d]um [vita] manebat,
non sibi pro voto volui[t] cogno[s]c[ere m]atr[e]m?
te lyra, te cithara mira cum voce fleverunt,
te iuvenes cuncti patriae flevere dolente[s],
quis lacrimae nunquam poterint sedare dolorem
p]urpurei flores mutati [grami]ne pulchro
de]pin[gu]nt tumulum, titu[li q]uem littera fulgens
declarat niveo lapidis distincta metallo.
parentes (fecerunt).

B 610 1. 3. est signum puellae; 3. cum sequentibus iungit Buecheler; 4. cf. Verg. Aen. IV, 653: *vixi et quem dederat cursum Fortuna peregi*; 6. sane requiritur *gratia*, non tamen mutandum propter *charites*; 7. 8. supplerunt

Digitized by Google

antiquiores; 9. fin. supplerunt Mommsen Buecheler, qui attulit Verg. Ecl. IV, 60: *risu cognoscere matrem*; *matrem* h. e. *nuptam* scil. *te*; 12. *quis* quibus; *poterint* poterunt; 13. *gramine* ego; *lumine*, *sanguine*, *corpore* Buecheler; 14. init. (vel—*gent*) suppl. Buecheler; cetera Mommsen; 15. *metallum* de marmore Statianum Silianum.

**368.** V 6842 Augusta Praetoria

d m | P. Vinesi Fir | mi q. aed. et | II vir. munerar. | P. Vinesius For | tunatus et Vi | nesia Faustina | patri karissimo |
dum vixi, quaesi: cessavi perdere [n]umquam;
mors intercessit—[n]unc ab utroque vaco.

B 1093 4. ad sent. cf. V, 2986. 3415. 4656. 6842. 7047; VI, 30111; cf. Manil. Astr. IV, 3:

aeternisque senes curis, dum quaerimus aevum,
perdimus; et nullo votorum fine beati,
victuros agimus semper, nec vivimus umquam.

**369.** V 7537 ad Bormidam et Belbum

M. Cominio | M. f. Secundo | *etc.* parentibus fili s. p. | . .
discitis, crescentes, pietate(m) red(d)ere vostris.

B 833 2. vix recte emendatur *discite*; occurrit enim passim et ista imperandi forma, velut VI. 7582. 9024 all.; *pietate*, *redere*, lapis.

**370.** V 7570 Hasta s. I p. C.

T. Arrio T. f. Tro. Tertio | ann. XXI | Mucia T. f. Modesta | mater v. f. | sibi et T. Arrio M. f. viro |
invida florentem rapuerunt fata iu(v)enta
nec li[c]ui[t] misero me superesse meis.
flevit praesentem mater, flevere sodales,
et mater tepido condedit ossa rogo,
quae prius hoc titulo debuit ipsa legi.

B 1149 3. *iuenta* apographa duo; minus probatur accus.; 4. *liquid* apographa pleraque; 6. *condedit* apographa meliora; conferri iussit Buech. Ov. Her. VI, 90; 7. ex alio archetypo additus.

**370a.** V 7666 Augusta Bagiennorum

Q. Vir(ius) Valens | Q. Virio |Q]uieto | filio pientissimo | et sibi . . . . .
quod debuit filius patri pon[ere].
filio posuit pat[er].

Digitized by Google

3. 4. negat Cagnat (sur les man. p. 56) esse versus; redire tamen ad tritum archetypum iambicum cuivis apparet.

**371.** V 8699 ager Brixiensis

havete | Ser. Iuli | Pardala et | Iulia Serena | filia |
ét tu, quisquis és, vale!

metrum evasit fort. casu.

**372.** VI 1537 Roma

crudelis, inpia ma | ter caris suis dulcis | simis Vet. Publilio
Potito | c. v., qui vixit an. n. XIII die(s) | LV et Aeriae
Aeliae Theodo | re h. f., que vixit an. n. XXVII | di. XII.
infelicissima mater | , que vidit funus suum | crudelissimum,
que si deum | propitium habuisse(m), hoc | debuera(m) ab eos
pati.

2. DI edidit Henzen; lapide diligenter conlato E vidi, S nunc tectorio obducta latet; 3. sic Henzen; ETAERIAEA. FILIAETHIODO | lapis a me conlatus; 5.=quae.—4--6 ex poeticis mutuata est mulier, metrum non adsecuta.

**373.** VI 1609 Roma

Q. Fabius Q. f. Quir. Felix | proc. Aug. | sibi, libertis posterisq(ue) suis |
hoc, turba, in tumulo mei parentes,
quorum pignus ego et superstes unus
has pro marmore divitique templo
[sedes exiguas meis dicavi.]

B 1513 3. *turba* ad *parentes* refert B.; 5—6 sententia tralaticia; supplevi ego; *sedes exigui dedi sepulcri*, B.; plus uno versu perisse non puto.

**374.** VI 1619 Roma

d m s | C. Iulio Severo et C. Iulio Gracili eqq. rom. | parentes filis dulcissimis fecerunt. | hi vixerunt Severus an. XX m.
X d. XVIII | [G]racilis an. XVIII m. VIII dieb. XVIII |
docti, egregi iuvenes, eodem u[trumque casu] | fatum quos
mersit acerbo s . . . . | quo[s] mater Iulia Severa hic
co[ndidit in tu]mulo.

4. suppl. Mommsen; 5. QVOC lapis; 6. expl. Giorgi.—5--7 possunt in metrum cogi hoc fere modo:

egregii, docti iuvenes, (spes alma parentum),
(heu!) utrumque casu fatum quos mersit acerbo.
quos mater nunc hic condidit in tumulo

Digitized by Google

5. S quomodo utar non perspicio; displicet *satis* vel *simitu*; cogitabam de *f[unere]* male descripto vel exarato.

**375.** VI 1754 Roma a. 406 p. C.

a) consimiles fratrum trabeis gestamina honorum
tertia quae derant, addidimus titulis.

b) dilectae Probus haec persolvo munera matri
restituens statuis praemia quae dederat.
Aniciae Faltoniae | Probae *etc.* . . . . . .
filii devincti | maternis meritis | dedicarunt |

B 1348 a) 2. cf. editores p. 389, et B. ad tit.

**376.** VI 3608 Roma

perlege cuncta(m), precor, cultor, pietate(m) parentis
cum simul et matre; quod nobis inane sepulchrum
fecerunt, quanto in munere positum vides.
quod si fata mihi dedissent luce(m) videre,
ista prius ipsis facerem, non ut poscere(m) mun[us],
munus inane quidem; terra nunc dividit ista
corpora nostra nimis graviter parva advers[us] vota parentum.
quod peto, si colitis mane[s], cuncti meo nomini semper
hac mihi terr[a(m)] leve(m) optetis; vobis dii fortuna(m)
beata(m) et
semper honoratam prestent suo numin[e] sancto,
ex quo possitis obiti bene linquere n[atos].
Iul(ius) Valens > leg. cum Vital(ia) Servanda |
coniug(e) parentes fil(io) dulc(issimo) b. m. f. c. |

B 475 1 fin. *Weyman*, p. 531; 2. conferri iubet Buecheler Ovid. Met. VI, 568: *induiturque atras vestes et inane sepulcrum | constituit*; cenotaphium intellegendum esse viderunt editores; 3. redeunt in titulo B 474; 5. *posceremu* vel *posceremun* apographa potiora; *poscerem vi* Pingonius, unde *poscerem vi[tam]* reposuit Mommsen, quod intellegi vix potest; correxit Buecheler recte collato tit. B 474, 9; 6. redit in titulo s. s. v. 10; 7. *parva* referri ad terram iussit Buecheler; praestat ad *corpora*; 8—11 redeunt VI. 3452; 10—11 redeunt inmutati B 474, 12—13; 9. *hac* erit *hanc* non *ac*. ut volt Buecheler.

**377.** VI 4385 Roma

Hateria Telete, | vixit ann. XXVII |
tu, pater, et mater, lacrumis retinete dolorem:

Digitized by Google

nam fato raptam non potes eripere.

B 1051 3. lusus verborum non insulsus; *eripere* fato.

**378.** VI 5150 Roma

Valeria . . . . . . . . . | vix. a[n. . . . . . . . .] |
nolite dole[re, parentes, eventum meum]:
properavi[t aetas, hoc dedit fatum mihi].

B 145 2—3 supplentur ex titulis eiusdem fere archetypi. ut VI, 4379. 4385. 6932. 8023. 17196. 20182 all., cf. Buech. ad tit.

**379.** VI 5206 Roma

Heliconis, Narcissi | Augustiani et Heliconidis | filia, vix.
ann. III; | Heliconis Agrippinae | vestifica, vix. ann. XXVI |
post triennium decessit eadem die, qua filia.

2. Agrippinam Germanici intellege; 4. tendunt ad trochaeos, iustusque fere fit septenarius, si *dem* eliminetur.

**380.** VI 5261 Roma

Iulia Primigenia, vix. an. III mensib. IIII
debuit haec gnatae pietas praestare parenti:
nunc pater hic gnatae fungitur officio.

B 976 3. *hic* praestat ad patrem referri, quam ad *fungitur*.

**381.** VI 6051 Roma

sei quis havet nostro (proprium) conferre dolore(m)
adsit nec parveis flere quead lachrymis.
quam coluit dulci gavisus amore puella(m)
dat tumu]lo infelix, unica quei fuerat.
parva nimis fructast] fatorum tempora nymphe,
et iam rapt]a domu cara sueis tegitur.
quoi candor volt]us et eo laudata figura,
umbra levis nun]c est parvos et ossa cinis.

B 969 1. suppl. Buecheler; nulla lacuna in lapide; 2. *flereque ad* lapis; 4. *hic locat*] *infelix* Buecheler contra lapidem; supplevi conlato Ov. Met. II, 326; 5. 6. supplevi ego; 5. *donec complevit* vel *dum contracta sinunt*, 6. *nunc sublat*]a vel *nunc erepta*. 7. *et candor voltus* vel *omne decus voltus*, Buecheler; 8. totus eiusdem.—5. *nymphe* (*numphe* retinet B.) potest nomen fuisse puellae.

Digitized by Google

**382.** VI 6182 Roma

d m | C. Vettio Capitolino filio pientis | simo Plotia Capitolina mater in | felicissima fecit. vix. annis XIII. | qui die natali suo hora, qua natus | est, obiit.

tan cito pictor acu Stygias delatus ad umbras:
 quam puer ingenio notus in arte sua!
quot si fata velint aliam pro spirito vitam,
 hoc mater titulo maluit ante legi.

B 1150 4. Stygia; 6. alia.

4. *acu(a) Stygia* minus esse probabilia recte censet B.; cf. tamen IX, 1837: *del. ad u.* redit XIV, 508—510, 12; cf. etiam Mart. VI, 58, 3. 5. pro *quam* mavolt Mommsen *iam*; sane potest *quam* in exclamationis formula retineri; 6. de formis *spiritus* vel *spiritum* 2-ae decl. cf. Georges Lex. d. lat. Wortf. col. 652 s. v.; 7. usitatius *debuit*.

**383.** VI 6189 Roma

inmerito abductas Phoebi d[e luce parentis]
 Nicen et Phoeben arcula ace[rba tenet].
una annos septem, complevit et altera [quinque].
 ad spem non patria(m) supplice voce iacent.
 Ti. Claudius Aug. l. Phoebus pater | Plotia
 Venust[a] mater fecerunt | fi[lis] suis |

B 997 1. supplevi collato VI, 6319, 3; *de limine patris, de lumine natas, de voltibus una* Buech. Leo; ludere videtur poeta in nomine patris puellarum qui cum solis vitaeve lumine comparatur; 2. 3. suppleta in Corpore; 4. *ad spem non*, (h. e. contra spem) *patriā supplice voce i.* iungit Henzen; *patria(m)* ego; *supplice voce* refero ad *spem*.

**384.** VI 6319 Roma

inmatura sinu, tellus levis, accipe Grati
 ossa et legitimo more sepulta fove!
quattuor huic cursūs Phoebeos fata negarunt,
 ereptum sibi quem luget uterque parens.
quid prodest vixisse in amabilitate facetum
 cunctaque blanditiis emeruisse suis?
num potuit dilectus ob haec perducere lucem
 longius? heu Ditis foeda rapina feri!

B 1066 3. NEGARVN apographon Gorii, NT contignatione perperam soluta; 4. cf. VI, 10097; IX, 1817; 5. cf. VI, 30112.

Digitized by Google

**385.** VI 6932 Roma

A. Rusticelius Paratus | vixit an. XXX |
nolíte dolere, paréntes, eventúm meum:
properávit aetas: hóc dedit fatús mihi!

B ad n. 145 2—3 cf. ad VI, 5150; de metro Zander. p. XXXIX, not. 1.

**386.** VI 7419 Roma

fumantes iterum cineres quid respicis, hospes?
sub dextrā fratres occiderunt miseri!
iucundum, quaeso, corpus ne flete, parentes,
compositum fato sollicitare caput.

B 1016 2. *sub dextra* de *morte* per vim inlata intellegit Henzen; sed est fort. dictum pro eo quod est *a dextra*, cf. VI, 9545: *hospes—ad laevam aspice*; sane poterat Henzen laudare Ov. Her. 10, 115: *dextera crudelis, quae me fratremque necavit*, sed erit fort. *occiderunt* pro *iacent*; 3—4 quid voluerit dicere poeta, aegre intellegitur: *ne flete, quaeso, parentes, quod iucundum corpus sollicitat caput. fato compositum*, interpretatur Henzen, caput corpusque fratres appellari putans ob intimam coniunctionem; potest aliquatenus *corpus* ad ipsos referri parentes, *caput* ad liberos amissos, (cf. *Kaibel*, n. 354· ἱερὰ κεφαλή) *ne flete* idem fere esse atque *desinite flendo*; gladiatores fuisse fratres intellegit Buecheler volneribus diversis peremtos.

**387.** VI 7479 Roma 16 p. C.

quod débuit filiús parentibus ófficium
praestáre, hunc non meritó, sed fato (iníquo) mors
inmáturum apstulit suis caríssimum.

B ad n. 175 2. supplevi ego; redegit in iustam normam Buecheler hoc modo: hunc fato immerito mors inmaturum apstulit.

**388.** VII 7578 Roma 127 p. C.

hoc ego sum tumulo Marcianus redditus aevo.
nondum Persephones sperabam visere regna!
consulibus tunc natus eram iteroque Severo
et Fulvo pariter; quo coepi dulcis haberi,
sextus ut excessit, coepi languescere in annum;
apstulit, o saeva! lux nona parentibus orta,
planctibus heu! miserae matris patrisque simitu.
spes mihi quam magna fuerat, si me mea fata tulissent!
musae mihi dederant puero, facundus ut essem:
invidit Lachesis, Clotho me saeva necavit.

Digitized by Google

tertia nec passa, est pietate(m) rependere matri
quam pie, quam crebre venit sacra via tota!
flevit et inmensa turba, funusque secuta.
dixerunt ferale(m) diem stationibus atris,
quod tenerae aetati spes fallax apstulit annos.
nec non omnigena passim vicinia venit,
ut mecum florem fato moriente(m) viderent.
tu reddas, aeterne, piis solacia semper.
et vitam serves cunctis generique piorum!

B 422 8. restituitur hexameter, si *fuerat* vel potius si *me mea* eieceris; *suc quam magna fuit* reponi mavolt Buech.; 11. *pietate*; 14. *ferale*; 17. *moriente*; 19. *generisque*, lapis.—1. EO in EGO correctum in lapide vidi; 2. *non dum* divisa in lapide; 4. *pariter* nil aliud nisi *una* significare vidit Buecheler, qui tamen monet, posse et ante *pariter* interpungi; *quo* = ex quo; ad *tunc* refert Buecheler interpungitque post *haberi*; 5. *in annum* i. e. septimum; 9. scande *mi*; 12. i. e. sacrovianorum *pia turba*, ut dici solet: 15. clausulam Ovidianam iussit conferri Hosius Met. X. 24: crescentesque abstulit annos; 17. i. e. *aetatis*, solitum; 19. posse etiam *generisque* retineri putat Buecheler, ut referatur ad *cunctis* vel ad *vitam*; *generesque* correxit Leo, cum *serves* copulans.

**389.** VI 7872 Roma aet. Aug. vel Tiberii.

Octavia L. et Ɔ. l. Arbuscula, | v. a. XXIII et menses X |
Tuccia Ɔ. l. Urbana, mater eius |
terminus est vitae nostrae ⟨tertius et⟩ vicensimus annus,
cum me florentem mei combussere parentes.
vixi ego, dum licuit, superis acceptior una,
quoi nemo potuit verbo maledicere acerbo.
crudele, pater, funus nati vidisse videris,
et pia complexu mater spoliata senescens.
at tu, dulcis soror, exstincto me solare parentes!
«crudelis Pluton, nimio saevite rapinae,
parce, precor, nostram iam lacerare domum!
te, lapis, optestor: leviter super ossa residas,
ne nostro doleat conditus officio!»
desine iam frustra, mater mea, desine fletu
te miseram totos exagitare dies!
namque dolor talis non nunc tibi contigit uni;
haec eadem et magnis regibus acciderunt!

B 971 1. *mensens*; 6. *verbis*. lapis; corr. Iahn; minus placet emendari *acerbis*;

Digitized by Google

3—9 et 14—17 ad defunctam referri debent. 10—13 ad parentes. E pueri archetypo gen. masc. v. 7. 9. 13; non mutavi.—

Arbusculam mimam clarissimam novimus ex Cic. Att. IV. 56, 6 et ex Hor. Sat. I, 10, 77; de hac tamen non cogito.—5 cf. solitum *quoad potui*; 7. *triste p. f.* exigit metrum archetypumque; 9. *at tu cara s. post me* archet.; 10. sic marmor; *nimia saevite rapina* corr. Henzen; videtur nil mutandum, esseque *nimio* positum pro *nimium*, ut apud vetustiores, (cf. Lexica) *saevite* autem idem fere valere ac *saeviendo replete*, *satiate* rei alcs; a deponenti *saeviri* ducit Buecheler acute; ad sent. cf. VI, 7898, 6; 12—13 passim obvii; 14—17 ad sent. cf. VI, 5953. 10105. 20370; 16 sq. cf. *Geffcken*. l. c. p. 55.

**390.** VI 7898 Roma

hic sum Bassa sita, pia fi[lia], virgo pudica,
excedens cunctas ingenio aequalis.
cum mihi bis quinos annos mea fata dedissent.
undecumum me non licuit perducere annum.
cumque pater materque deos pro me adularent.
at saevos Pluto rapuit me ad infera templa.
opside me Parcae finem fecisse videntur,
cum ante alios vernas tres rapuere mihi.
si quis forte mea gaudet de morte iniqua,
huic sit iniqua Ceres, perficiatque fame!

B 1058 1. supplevit Maffei; *hic sum (ille) situs* archet.; 2. archet. fuisse *cunctos—iuvenes* monet Buech.; 5. *adulare* vetustiorum: cf. *Draeger*. H. S. I² p. 154; *Georges*. Lex. d. lat. Wortf. col. 17 s. v.; 6. cf. VI. 7872, 10; 9. *de morte maligna* metrum exigit; *mortis iniquae* solita clausula; 10. exspectes sane *conficiatque* ut dedit Schrader ex Ov. Ib. 424.

**391.** VI 7946 Roma aet. Trai.

d m s | M. Laelio Africano | M. Laelius Africanus | et Flavia Optata parentes | b m f | qui vixit annis XXI m. VI d. X |

musicus incanere docte cantare solebat,
acceptusque nimis multis magnifico ingenio,
receptus inter fautores prior,
celebri favore artem exponens suam:
ut quivis dederet aures suas mirifico ingenio
super canentis carmine doctiloquo.

B 1557 acrostichon esse «MARCVS» vidit Mommsen.—3. *incanere et* reponendum; 4. abundat vel *que nimis* vel *multis*; 5—6. pentapodiae iambicae; 7—8. pentametri pessimae notae; pro iambelegis habet B.; 9. cf. VI, 8401. 9.

Digitized by Google

**392.** VI 8023 Roma

C. Helvius Speratus | v. a. IIII mens. VII [die I] |
nolite dolere, (parentes), eventum meum:
properavit aetas; hoc dedit fatum mihi!

B ad n. 145 1. DEL traditur; emendavit Bormann; *d. II* Buecheler; 2. facile suppletur, collato titulo eiusdem voluminis n. 17196. E. VENTVM legitur in utroque titulo (n. 17196 ipse contuli).

**393.** VI 8401 Roma a. 577 p. C.

sepulchrum Eugeni not(arii) cum suis |
impia mors rapiens teneris te, nate, sub annis,
invidit meritis criscere magna tuis.
te forale decus primo cum carmine cepto
doctorem doctor vidit et obstipuit.
vicisti priscos longeva etate parentes,
annis parve quidem, sed gravitate senex.
non luxus tibi cura fuit, non gratia ponpae,
doctiloqum cupidus carminis ardor era[t].
tu meritis ornate tuis monumenta relinquis,
quae recolens semper sit sine fine dolor.
morte tua genetrix optavit sumere morte(m),
se quoque felicem, si poteritur, ait.
ter denos primum quam luna resumeret ignes,
coniuncxit membris membra sepulta tuis.
nunc commune nobis custus tu servā sepulcrum,
que nos hec tecum mox teget orna simul.

B 1388 cum omnia fere ex paganis decerpta sint, recepi.—3. i. e. crescere; *magna* non est adverbii loco; 4. EORALE lapis; *florale* Burmann probante B-o; i. e. *coepto*; 4 sq. cf. infra n. 728, 2. 3; 9. *doctiloqum* esse genet. pl. monuit Mommsen; *eras* lapis; exspectes sane *doctiloqui*, cf. VI, 7946, 10; interpungit post *cupidus* retinetque *eras* Henzen; 11. *recolens* est nom. absol.; cf. ad n. 400; *Hartel*, Arch. f. l. L. III, p. 41; 13. i. e. *poteretur*; 14. pro *prius quam*; post annos II m. V mortuam esse matrem defuncti ostenditur; de mensibus XIII cogitabat de Rossi, de diebus XXX B., quaesite uterque; 16. i. e. *custos*; 17. *hec* est *haec*, non *hic*; *orna*=urna.

**394.** VI 9240 Roma

aeternae animae | L. Aeli Terti causidici | *etc.*
hunc Placentia habet, patria quem Roma creavit,
marmoreo positum solio, aramque sacravit
(pater) in hortis Alli Filetiani. carissimi amici.

Digitized by Google

B 478 2. *quem patria* emend. Burmann; 2—3 iunge: hunc, quem p. R. creavit, Pl. habet marmoreo p. solio, aramque (memoriae sane gratia) sacravit pater cett.

**395.** VI 10096 aet. Aug.

Eucharis, Liciniae l., | docta, erodita omnes artes virgo, vixit an. XIIII |

heus, óculo errante quei áspicis letí domus,
moráre gressum, et títulum nostrum pérlege,
amór parenteis quém dedit nataé suae,
ubei sé reliquiae cónlocarent córporis.
heic víridis aetas cúm floreret ártibus,
crescénte et aevo glóriam conscénderet,
properávit hora trístis, fatalís mea,
et dénegavit últra veitae spíritum.
docta, érodita paéne Musarúm manu,
quae módo nobilium lúdos decoraví choro,
et graéca in scaena príma populo appárui,
en hóc in tumulo cínerem nostri córporis
inféstae Parcae déposierunt cármine.
studiúm patronae, cúra, amor, laudés, decus,
silént ambusto córpore et letó tacent.
relíqui fletum náta genitorí meo,
et ántecessi, génita post, letí diem.
bis híc septeni mécum natalés dies
tenebrís tenentur Dítis aeterná domu.
rogo, út discedens térram mihi dicás levem!

B 55 13. *infistae* traditur, sed videtur lapis habuisse *infestae*, ut etiam ex tabula Ritscheliana satis apparet;—*erodita* occurrit VI, 10127; ad sent. cf. infra n. n. 458, 804; 1. iussit conferri Hosius Verg. Aen. 4, 691: oculisque errantibus; 5. *heic* h. e. in terris; *hei*, *heu*, *haec* emendabatur nulla necessitate; ab hoc versu puellam defunctam loqui incipere putat Buecheler, contra v. 2; 13. *infistae* retinendum censet idem; 13 sq. cf. *Tolkiehn*, l. c. p. 272 et Murat. ad tit.; 15. *iacent* Manutius perperam; cf. Plaut. Poenul. prol. 3; 19. *tenebris tenentur* allitter., ut v. 4. *conlocarent corporis*. 9. *musarum manu*.—De tituli aetate sermoneque cf. Buech. ad tit.

**396.** VI 10097 Roma s. I p. C.

d m | Ti. Claudius Esquilina, Aug. Tiberinus |
hic situs est. fecit Tampia Hygia mater filio pientissimo |
tu, quicumque mei veheris prope limina busti,



Digitized by Google

supprime festinum, quaeso, viator, iter:
perlege! sic numquam doleas pro funere acerbo!
invenies titulo nomina fixa meo.
Roma mihi patria est, media de plebe parentes;
vita fuit nullis tunc violata malis.
gratus eram populo quondam notusque favore:
nunc sum defleti parva favilla rogi.
quis bona non hilari vidit convivia voltu,
adque meos mecum pervigilare logos?
quondam ego Pierio vatum monimenta canore
doctus cycneis enumerare modis,
doctus Maeonio spirantia carmina versu
dicere, Caesareo carmina nota foro:
nunc amor et nomen superest de corpore toto,
quod spargit lacrimis maestus uterque parens.
serta mihi floresque novos, mea gaudia, ponunt;
fusus in Elysia sic ego valle moror.
quod meat in stellis Delphin, quod Pegasus ales,
tot mea natales fata dedere mihi.

B 1111 3. *acervo* lapis; 6. nuliis; 10. *locos* lapis, quod pro auctorum locis accipit Mommsen; ego de *logos* Plautino cogito, cf. B. ad tit.; Buechelero arridet *iocos*; certe I et L confusas habes supra. v. 6; 19. *quod* est *quot*; non mutavi.—3. cf. VI, 10220, 10 sq.; 6. *tunc* h. e. dum vixi. oppositum *nunc*, v. 8; 10. *adque* esse *et ad* putat Buech.; *iocos* si quis tuebitur, putet convivales carminaque iocosa, qualia Petroniana; cf. VI, 10098 *doctus — ferre iocos*; 11. *Pierio* iunge cum *canore*; *cycneus canor* apud Hieronym. Epl. 60, 1; intelleguntur carmina elegiaca; 13 sq. h. e. carmina heroica; cf. *Tolkiehn*, de Homeri auctoritate in cotidiana Romanorum vita, Jahrbb. f. cl. Phil. Suppl. 23, p. 272, et Murat. ad tit.; 16. cf. VI, 6319; IX, 1817; 18. ad sentent. cf. Verg. Aen. VI, 656 sq.; 19—20 vixisse Tiberinum annos plus minus XXV docte significatur, cf. Henzenum Buechelerumque ad tit.

**397.** VI 10105 Roma

C. Gavius Primigenius, vix. ann. VII |
desine iam, mater, lacrimis renovare querellas,
namque dolor talis non tibi contigit uni.

B 823 1. quae praecedunt: *M. Annaeus M. f. Esq.* | *Longinus Maccus vixit* | *dulcissime cum suis ad supremam diem* | aliquam et ipsa metri speciem prae se ferunt ad iambos tendentem; 3. *non (nunc) tibi* emend. Burmann.

Digitized by Google

**398.** VI 10131 Roma

immatura quies quos apstulit, hic siti sunt tres:
mater cum parvis pignoribus geminis.
Pollia Saturnina parens triginta per annos
vixit, et enituit docta sonare mele;
octo puer Titius—proles, cito rapta—Philippus,
et fratri tenero karior una soror,
Aelia Saturnina, abiit uno insuper anno,
nec saltus vitam protulit aut choreae.

B 1282 6. *fratri* est ablat.; cf. *virgini aetate*, VI, 10082; 7. vixisse dicitur soror annis novem; 8. *saltus* pro saltatu rarissimum; cf. Ovid. Met. 14, 520 sq.: (nymphae) ad numerum motis pedibus duxere *choreas:* improbat has pastor *saltuque* imitatus agresti addidit—convicia.

**399.** VI 10220 Roma

d m | L. Aurelio Tycheniano | L. Aurelius Stephanus pater | filio dulcissimo *etc.*
T]ychenianus dicit: fatis ab | reptus hic iaceo;
reliqui tri | [bu]m ingenuam, frumentum |
[publ]icum et aeneatorum | . . . . . [quicun]que
leget, nolo | [experiatur luc]tum, sic[ut] |
[pater expertus est . . . .] |

5—7 suppl. Mommsen.—3. archetyp.:---*hic iaceo, fatis abreptus* (*iniquis*); reliqua videntur prosa oratione esse composita.

**400.** VI 10244 Roma a. 102 p. C. (?)

hic ego sum Nice,] quam q[uaerit Roma paterna]
et sine fine gemun[t maestus uterque parens].
desinite, o miseri, lo[ngas renovare querellas],
et fletus tantos [ingeminare mihi]:
non ego sum san[ct]is [dis inmortalibus orta],
sola neque inmiti [sorte perempta cado]!
vos serteis laeti n[ostrum decorate sepulcrum]:
hoc fuerit gratu[m manibus usque meis].

B 1078 2. *gemun*[*t*], 3. *lo*[*ngas proferre q.*], 7. ut supra. 8. *gratu*[*m*] suppl. Henzen; reliqua ego.—1. poterat et *patria Roma*, cf. n. 394. 444; 2. supplevi ex VI, 6319. 10097; IX, 1817; de locutione *sine fine* cf. *Woelfflin*, Arch. f. l. L. I p. 364 sq.; 3. ex VI, 10105; 5. SANGIIS vel SANCTIIS apographa: correxi; *sanctis data Terrae sedibus una* Buech.; 8. *manibus officium*, id.; post v. 8 periisse nonnulla traduntur, velut solitum *s. t. t. l.*



Digitized by Google

**401.** VI 10731 Roma

disce, quisque pius pater es vel mater, que generasti:
natos habere bonu est, si non sint invida fata!
sic tibi non rapiat mors invida tam cito natos,
ut meis atque tuis dignis leve terra preceris,
ut mors in voltum vivat semperque colatur.
Aelius Marcellinus pater | filio Felicissimo |
hoc égo feci bene, sí quid sapiunt ínferi.

B 647 1. *quisque* est *quisquis*, ut passim; ex heptametro heroicum restituas, si aut *disce* aut *mater* elimines; minus commode alio modo; *discite* reponit Buech.; *que* est *quae*; 2. *bonu* est *bonum* potius, quam *bono*; sed cf. VI, 10786: locu concessu=loco concesso; 4. *leve terra*=*levem terram*, ut saepe; in eiusmodi titulo non mutandum; IFVE lapis; 5. *in voltum* est *in voltu*, et *mors* abstracte pro mortuo; sententia haec est: *preceris, ut mortuus vivat in voltu*, h. e. ut voltus eius vivorum oculis semper sit praesens; de signis statuisve intellegere nihil necesse.

**402.** VI 10764 Roma

P. Aelius Pius | hic situs est |
complentem menses sextae per cornua lunae
morte datum tumulo plurima flete Pium.
pro, scelus infandum detestandumque legenti,
morte quod heu! rapitur parvulus iste puer'
qui—mirum dictu—posset iam nosse parentis,
quique Dionigena pulchrior usque fuit.
set non hic manis nec templa Acherus(i)a visi[t],
ad caeli quoniam tollitur iste Pius.
aurae etulere parvolum [sublimiter]:
accessit astris, T[artari fugit domos].
Pia m[ater p.]

B 1535 7. ACHIRVSA VISI | lapis.

1. vixisse puerum mensibus quinque plenis, sexto obisse significatur; 2. *plurima*=plurimum, maxime, vehementissime; 6. *Dionigena* novum pro Aenea; 7—8 ludit poeta, puerulum templa Acherusia non vidisse significans, ut par fuerat mortuum utque Aeneae acciderat, quocum comparatur Pius—poetis Aeneas pius est—, sed ad caeli (templa) esse sublatum; cf. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 7; 9 sq. suppl. Henzen; *parvolum superae Pium*, B., qui v. 11 supplevit: Pia m[ater ossa condit hic nati Pii]; haec autem cum litteris maioribus scripta sint, ad carmen non pertinent.

**403.** VI 10969 Roma

Aeliae P. f. Sabinae dulcissim(ae filiae) | Aelius Trophimus

Digitized by Google

et Longinia | Sabina parentes fecerunt |
quisquis ades, celeri gressu, precor, ito, viator,
ito procul et linque nefas! tibi dico, viator:
parce oculis, nec nostra velis cognoscere fata,
sanguinea palla quae texit prodiga Clotho,
et favit rupisse suas quoque fila sorores,
luctifica properante manu. iam siste, viator,
ne tibi sim penitus quaerenti causa doloris!
sede sub hac parva titulo parvoque tenetur
parva [ani]ma, dolor inmensus crudeleq(ue) [fu]nus,
orbatusque parens geminus, spes dura trienni,
diraque sors leti: placet hoc, Fortuna, sepulchrum?

B 443 1. post *dulcissim* lapis non inscriptus est; 5. vellis; 8. *manu iam*, Henzen; 11. *crudileq . . . . . ius* lapis; 13. *sepulchrum.*, Henzen.—

3. *quisquis ades*, iussit conferri Hosius Ovid. Met. 4. 597; 12, 176; 4. *ito procul,* laudavit idem Ov. Met. 2, 464; 5. iussit conferri Prop. 5 (Luc. Muell.), 9. 53; 6. *prodiga* h. e. scelerum id genus; *provida* Fabretti perperam; 7. *favit* videtur impersonaliter usurpatum esse pro *placuit*, *gratum fuit*, *delectavit*; iungit cum *Clotho* Buecheler quaesitius; *expavit* Schrader; *fila sorores* clausula usitatissima; attulit Hosius Ovid. Amor. 1, 3, 17; Lucan. 6, 703; 9, 838; Sil. It. 12, 361; Stat. Silv. 1, 4, 123; Theb. 1. 632; cf. *Weyman*, l. c. p. 538; idem cf. et ad v. 9 fin.; 8. *luctifica manu*, attulit idem Senec. Herc. fur. 102; malim *iam perge*. *viator*; videtur deceptus esse poeta formula solita neque ad id, quod modo dixerat (v. v. 3—5), respexisse; 9. clausula saepe obvia; attulit Hense Verg. Aen. 9, 216; Hosius Ovid. Met. 1, 509; 736; trist. 4. 3. 33, et Rossii inscr. chr. Rom. I, 475, 1047; 10—11 ad sent. cf. El. Scip. I. 34, 1—2; 11. *crudile* retinet Buecheler; supplevit versum Gudius; 12. *parens geminus* pro solito *uterque*; annos fere tres puerum vixisse ostenditur; 13. *placet h. f. s.* Lucano VIII. 793 vindicavit Meyer; cf. Mart. IV, 40. 10.

**404.** VI 10971 Roma

hic iacet exanimis tumulis Aelia Sabina
cum suā natā simul, fetu quem procreat ipsa.
o, Fortuna! fidem quantam mutasti maligne:
quem genuit, genetrix secum tenet in lare Ditis!

B 442 praecedit titulus graecus 4 heroicorum; 2. *his* coniecit Schrader sine ulla necessitate; clausula archetypi potest fuisse *dulcissima coniunx* vel *mater*; *Aelĭa* metitur Buecheler; 3. *tum* reponit Meyer non necessario; *quem* hoc loco et v. 5 est pro *quam*, ut saepe, cf. indd. grr. Corporis; 4. iussit Hosius conferri Verg. Aen. 5, 604; Lucan. 461; 5. ad sent. cf. VI, 10226: *mater habet natum*, quae ante defuncta est. et n. 617.

Digitized by Google

**405.** VI 11592 Roma

d m | Ampliatae, v. a. IIII | m. VI d. XXIIII, Pedania | Pri migenia fecit | vernae karissimae |

noli do[l]e[re], mámma: faciendúm fuit:
properávit aetas, fátus quod voluit meus!

B 146 4. clausula saepe occurrens; exempla congessit Buecheler ad tit.; *factum* pro *morte* passim: X, 5153; *Hartel*, Arch. f. l. L. III, p. 21, qui putat confundi potuisse *fatum* et volg. *fattum* (factum); 5. usitatius *hoc voluit*.

**406.** VI 11624 Roma

P. Ancitio P. f. | qui vixit annis | VII et diebus VII |
cuius furibundae ruperunt fila sorores,
cuius funus myseri videre parentes.

Ancitia | Fortunata et L. Corne | lius Neptunalis filio | dulcissimo fecerunt |

B 494 2. *ruperunt furibundae*, 3. *crudele et funus* emend. Buecheler.

**407.** VI 11669 Roma

qui te] viva officium tibi facere non | [pot]uerunt, ad summum supremum | [locum] decorarunt, ut meruisti, casta mater. | [hic o]ssa utrorum: Annaes et Cissi amantis | [sumorum] | sita sunt. Cissus vivit, sed quam | [primu]m cupit ad suam amantissumam | [perven]ire.

hic iacet illa ci]nis: potuit iucunda videri.
«hora ve]nit mortis, vos mihi restitu[et]».

B 1045 1. *qui te* suppl. Mommsen; *quod te* Buech.; *pot]uerunt* Bormann; 2—5 suppl. Bormann; 2. *ad summum* est pro solito *ad summam* sermonis quotidiani; *at summum* emendari solet; *locum* Borm.; *diem* suppl. Buech.; 1—3. apparet liberos matri fecisse sepulcrum; 3. h. e. *utrorumque* pro *utriusque*; recte putat Mommsen Annam Cissumque esse parentes, quorum Anna mater iam mortua sit, pater vivat, liberos itaque non nominari; supplet idem *amantissumorum*; fratrem et sororem esse conicit Bormann, qui explevit *amantissumae; amantis* [*eius*] Buech.; 1—5 est prosa oratio metri vestigiis hic illic apparentibus; 6—7 distichon supplevi; 7. loquitur mater defuncta; | NIT an | NET fuerit incertum esse monet Dessau; *vitae nulla*] *dies* Borm.; *mi vitae fi*]*nis* Buech.; *quae veni*]*et mortis* Haupt; *quaeque ma*]*net mortis* Buecheler, qui totum distichon refert ad matrem.—De *amantissimus*—*amatissimus* formis confusis (VI, 11005. 19753; VIII, 9680. 16286; IX, 2136; XI, 2330 all.) cf. *Paucker*, Zeitschr. f. oest. Gymn. 1881, 481; *Zander* VIA. p. 75; cf. Wölffl. Arch. f. l. L. I, p. 266; III. p. 13.

Digitized by Google

**408.** VI 12009 Roma

[dis mani]bus |
. . . . . . Antonio] Rufino, qui vixit ann. XII | . . . . . . . . .
. . . . . . . . et] Antoniae Rufinillae, quae | . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . filiis dulcissimis, *etc.*

quisquis es, huc oculos paulum converte, viator,
et lege, quod nomen hic titulus [t]eneat:
Antoni fratres, vivorum plaga parentum,
perfunc[ti] fato hic tenuere locum;
ambo per invidiam crudeli funere ra[p]ti:
Rufinus prior, et Rufinilla dehinc.

B 1218 2. h. e. disce legendo; 3. rarum admodum syllepseos genus, v. Draegeri Synt. u. Stil d. Tac. [3]1882 p. 107 § 239, 3; 4. tollitur hiatus si *fatis* reponas; 5. *per invidiam* fatorum intellego; 6. spondeum nomine proprio effectum esse apparet.

**409.** VI 12013 Roma

d m s | Antonius Severus Aquila hic iacet | sine anima miserabili fato, qui | vixit annos bis senos et XVI menses | , cui vota erant, ut parentibus ista | pararet, set mors inmatura fecit, | ut facerent parentes filio. studia | amavi, obsequens magistris fui. | observavi parentorum praecepta, me | [os a]micos colui, patronos bonos, | [in] officio praestus fui, set fatali [die] | . . . [florente]m aetate tulerint luc[tum . . .] | . . . . . . quod di me [omn]ibu[s . . . . .
‹v(ale), vi[a]tor›. «et tu va[le].»

B 1568 cento est particulis metricis hinc illinc excerptis.—1. *hic iacet, miserabile fatum*, 2. *qui—menses*, 3. *cui—pararet*,—ex hexametris archetyporum decerpta; *mors inmatura fecit etc.* usque ad finem ex iambicis frustulis conglutinata; 6. *bonos* [*omnes*], B.; 7. supplevi ego; *fatali* [*cum nimiu*]*m aetate* Buecheler.

**410.** VI 12307 Roma

Q. Aricinius, Q. f. Bassus | vixit ann. XXV |
debuit hoc patris natus duo corpora humare:
corpora sen(e) animes corpus inane colunt.
qui, quia non possunt donis aequare merentem,
Basse, tuis meritis respondere queunt.
v(ivus) C. Curtius C. l. Antiochus, pater
debuit hoc natus nobis praestare duobus,

Digitized by Google

ut cineres patrios dederet inferi(i)s;
sed quoniam dirae genuerunt fata volucres,
te, Basse, ereptum flevimus ante rogum.
v(iva) Aricinia Nais, mater.

B 1050 3. *sen. animes* lapis, h. e. *sine animis; semianimes* Apianus, *semanimes* Buecheler; 5. *respondere queunt Basse, tuis meritis* emendat Henzen; *respondere tuis B. volunt m.* Buech.; 8. *inferis,* lapis.

2. archet.: *debuit hoc patri (matri) natus praestare sepulto (sepultae)*: debuerat saltem *patrum* dare poeta per syllepsin pro *parentum; hoc* i. e. tumulo, *patris* monumentum intell. Buech.; 3. ad sent. cf. Mart. III, 93, 23 sqq.; ib. 32, 2; 5. h. e. titulo scripto; 8. exspectes *nostros;* formam archetypi servavit poeta; 9. *secuerunt fila* coniecit Gudius contra lapidem; *dirū volucre* Heinsius; de Harpyis intellegit *Tolkiehn*, inschr. Poesie. p. 175. not. 4; 10. *rogo* mavolt Buech.; sed. cf. superius n. 32.

2—5 fecit poeta patrem loqui, 7—10 matrem.

**411.** VI 14211 Roma

Calpurnia Anthis fecit |
dextera fama mihi fuit et fortuna; patrona
magnifici coniunx Caesaris illa dei,
qua bene tutus eram, caris nec vilis amicis.
quis etiam mecum plurima cura fuit.
Anthis causa mea vitae, quae cara sepulcro
condidit ossa suo; nominor Ikadium.

B 964 2. Calpurnia Anthis mater fuit liberta Calpurniae Pisonis, coniugis divi Iuli; 5.=quibus; *cura* pro coniunctione sive consuetudine; 6. *cara* iunge cum *ossa.*

**412.** VI 14578 Roma

dis m. | L. Catelli Flori | Clodia Africana | [fil]io piissimo |
hospes,] ad hoc tumulum, dum perlegis [illa, res]iste,
aspice, quam indi[gne sit data] vita mihi.
XII ego [annoru]m vixi dulcissimae matri,
cui liqui fletu]m fato cito raptus iniquo.
cum Ianua]rias celebrarem forte kal(endas),
ingemuit m]ater et germana soror [lacrimatur].
in]ter festa sacri templa [et tris]tantur amici.
manes infer]ni! si quid mea carmina [possunt],
parcite quaeso meis, or]o precorque rogo.
hospes, apud s]uperos vivas, mul[tosque per annos]
dum viv]is, felix s[emper ubique mane].

Digitized by Google

B 502 2. *hospes—acta resiste* B.; *h.—illa* vel *ista r.* ego; *quisquis ad h. t.—triste* Henzen; 3. suppl. Henzen; cf. C. X. 4428. 5020; 4. suppl. idem; init. scande *dodeci(m)* ad instar ital. *dodici;* fin. *dulcissima matri* archet., cf. VI, 19331, 4; 5. suppl. B.; *e gremio cui sum* Henzen; 6. suppl. Henzen; 7. supplevi ego; *dum ducunt mater et g. s. veneratum* B.; 8. ut supra ego; *inter f. s. t. et comitantur a.* B.; 9. suppl. B.; *possunt* dedit Henzen; cf. Verg. Aen. IX, 446: fortunati ambo, si q. m. c. possunt; Ovid. Met. VII. 167; *huc moriture veni* legi posse monuit B.; *parcite vicini* Leo coniecit; 10. suppl. B.; *et Floro bene dic. oro p. q. r.* idem ex. gr.; *Flori supremo oro p. q. r.* Leo; 11. *hospes apud s.* ego; *mater et ad s.* B.; *apud* iam Henzen dederat; *sic bene apud s.* B. ex. gr.; fin. suppl. idem; 12. suppl. ego; *sis f. semper* B.

**413.** VI 14831 Roma

Cinura mater sibi et | filiis |
hoc Epios tumulo, Cinir . . . est cum fratre, sepultus,
ante suos annos quos tegit atra cinis,
his tumulum parvom mater cum carmine fecit,
ingenio quorum terram optate levem!

B 1017 2. nomen corruptum; *cinip* vel *cinir* traditur; *Cinipest* a *Cinyps* recto, Buecheler; *Cinyra est* Schrader; *cinis est* Holsten; 3. poterat facere auctor *quos tulit atra dies*, 5. *ing. qu. terra sit usque levis*, vel *opto levis* ut mavolt Buech.

**414.** VI 15493 Roma

dis man. | Claudiae Lepidillae | ex provincia | Belgica Ambianae | fecerunt liberi | eius, Lepidus et | Trebellius, matri | optimae |
hic matris cineres sola sacravimus ara:
quae genuit, tellus ossa tegit tumulo.

B 1129 4. cf. Verg. Aen. 5, 48: maestasque sacravimus aras; 5. *teget* lapis ut videtur; pro futuri forma ne accipiamus recte monet Buecheler.

**415.** VI 15876 Roma

d m | L. Clybenio Augus | tali, vix. an. XXII m. VI | d. IX; Caelia Chloe | mater pientissimo | filio fecit |
tu pia, tu, mater, cineres operire memento;
saepius in nati nomen clamatŏ iacentis
verba, meo cineri saltem gratissima dona!

B 431 3. *pupia* lapis; emendavit Bormann; 5. erit solita adclamatio *s. t. t. l.*

Digitized by Google

**416.** VI 16059 Roma

dis manibus | sacrum | Communi, | vixit annis II m. V | , Zosimo | , vixit anno I m. III | Soterichus et Tyche | parentes | .
quod facere nati parentibus debuerant suis,
mors immatura fecit, ut filis facerent parentes.

B ad n. 175 3. 4. archet. fuit fere tale:
quod fácere nati débuerant paréntibus,
mors ínmatura fécit, ut facerént senes.

**417.** VI 16483 Roma

hic ego sum Cornutus doliens
cum filis dulcissimis VIII.

B 604 dimetri sunt fere tales:
hic ego sum - ⏑ ⏑ - dolens
cum filiis dulcissimis;
hexametrum fecit Buech. nomine eliminato:
hic ego sum doliens cum filis dulcissimis octo.
1. *dolire* novum, cf. *dolium* = dolor, Georges. Lex. d. lat. Wortf. col. 226 s. v.

**418.** VI 16606 Roma

P. Critonius P. f. Polio |
mater mea mihi | monumentum | coeravit, quae | me desiderat |
vehementer. me | heice situm in | mature. vale. sal | ve | .

2—3 metri aliquam speciem deprehendas, certi vix quidquam restitues; saturnio numero adscripsit *Zander*, VIA. p. 70; 2. MIHE edebatur.

**419.** VI 16739 Roma

dis manibus
mater et pater | Daphino filio | bimulo donum | dedit |

B 156 2. *et pater* postea esse addita censet Mommsen; revocat Buech. ad archet. fere tale:
hoc mater nato bimulo donum dedit.

**420.** VI 16916 Roma

d [m] | Domi[tio . . . . . . . .] | h [s e]
reliquias p[ueri hic maesti posuere parentes],
qui tulit heb[domadem secum annorum miser unam],
mensem un[um: heu, Ditis saeva rapina feri!]

B 1227 2. RELIQVIAS. 1 | lapis; 3. *heb[domadem annorum*; 4. *un[um]* suppl. Mommsen; reliqua ego; *mensem* cum ἐν εἰσθέσει scriptum sit, pentametrum feci: totum carmen restituit Buecheler hoc modo:

Digitized by Google

reliquias h[abet hic tumulus . . .]
qui tulit heb[domada annorum non amplius unam],
mensem un[um super hanc undecumumque diem].

**421.** VI 17196 Roma

Ephebus Aucti f. bimus | et mensum III, dies XIIII | vixit.
nolite dolere, paréntes, eventúm meum:
properávit aetas! hóc dedit fatúm mihi!

B ad n. 145 2. *é. ventum* lapis, non *éventum*, ut editum est in Corpore.

**422.** VI 17342 Roma aet. Commod.

havete, animae bonae!
finitum Euhodiae fatum qui conspicis, hospes,
desine mirari: corpus inane iacet!
Euhodus ut valeat pater optumus, opto.

B 1049 4. *genitor meus optumus* requirit metrum; *Euhodus aeternum ut* Burmann; desideratur post v. 4 pentameter talis fere:
atque diu ad superos comprecor ut maneat.

**423.** VI 18905 Roma

M.? G]avius Felix | vix. ann. XVI | P. Gavius Fa[ustus|
vix. ann. [?] | hic sunt duo fratres |
hos duo testa tegit coniecta in un[um]:
crudelis, quia deseruere patr[em].

B 1228 est distichon male factum, ut etiam hendecasyllaborum aliquam speciem praebeat; 3. *in unum acervum*, 4. *patrem peramantem* supplet Buecheler.

**424.** VI 19008 Roma

dis manibus istis |
Geminiae Caumae C. Billienus Fructus
ossibus ossa dedit
coniugĭ perpetuae; quos aetas iunxerat olim,
nunc mortis iuncti iacent, qui vixerunt una
annis continuis LII sine lite molesta.
filius hunc tumulum posu(it) plen(us) pietate parentu(m).

B 1571 1—3 superesse videntur e disticho truncato nominibus metro, ut adsolet, neglecto inlatis:
dum sequitur caram coniux dis manibus istis
dilectaeque sitis ossibus ossa dedit:

Digitized by Google

5. requiritur tale fere: *nunc iam morte iacent iuncti, qui v. u.*; ad sentent. cf. VI, 25427, 25 sq.; 6. fin. usitatius *sine querella;* 7. *plenus* abundat; paulo aliter B. Henzen.

**425.** VI 19174 Roma aet. Trai.

Hedistes animo simul et cognomine matris
nata sacrum tumulis hoc Fabiana dicat.
lumin]is hic titulus divi per longa colatur
tempor]a pro generis, quaeso, virique manu.

B 1046 1. ludītur in nomine defuncti defunctaeve, cf. VI, 19055: *Glyconis dulcis* nomine; VIII, 1027: dum *sum Vitalis* et *vivo;* VI, 19007: *Mater* nomen eram *mater* non lege futura; III, 8385: *ultima* clauserunt Parcarum stamina filo | *Principii* miserandi diem; 2. ad sent. et eloc. cf. n. 714. 715; 3. supplevi; *corporis* vel *roboris* Buech.; | *ris* dat Henzen; | *is* editum in Corpore; divum lumen, dium, est *sol*, sive *dies*; 4. ut supra dedit Henzen; poterat reponi etiam *saecula; generis=generi*. cf. *Georges* Lex. d. lat. Wortf. col. 298 s. v.

**426.** VI 19213 Roma

[d m] | matri piissimae | Heleniae Priscae |
cuius adfectus erga pietatem matris serviit;
ad fatalem die(m) vixit ann(is) LXIIII,
et libertis libertabusque, *etc.*

2. adfecctus; erga a pietatem; 3. die.—2 sq. ad iamborum normam videntur aliquatenus tendere; non tamen urgueo.

**427.** VI 19331 Roma

d m s | Herenniae Nice | v. a. III m. VIII d. XVI | Anicetus pater fec(it).
condita sum Nice, qua(e) iam dulcissima patri
ducens aetatis tenera(e vix) quattuor annos
abrepta a superis flentes iam liqui parentes.

B 421 3. *qua iam* Gorius; corr. Muratorius; 4. *tenera quattuor* antiquiores; explevit Burmann.

**427a.** VI 19697 Roma

Iphigenia suavis, have!
vixit mensib(us) octo.

1. ante *suavis* inseruit Gruter *filiola*; 2. propter numerum exscriptum metri particulam esse puto.

Digitized by Google

**428.** VI 19747 Roma aet. Tiber.

Iucundus Liviae, Drusi Caesaris, | f(ilius) Gryphi et Vitalis |
in quartum surgens comprensus deprimor annum,
cum possem matri dulcis et esse patri:
eripuit me saga manus crudelis, ubique
cum manet in terris et nocit arte sua.
vos vestros natos concustodite, parentes,
ni dolor in toto pectore fixsus eat.

B 987 2. ad sentent. cf. X, 4428. 5020; pro *surgens* usitatius *ascendens*; cf. *Hartel*, Arch. f. l. L. III, p. 13; 4. sq. interpretatus est Joh. Pomialowsky prof. in «Studiis Epigraphicis» I p. 46; cf. VIII, 2756; 5.=nocet; 7.=ne.

**429.** VI 19914 Roma

d m | C. Iul(io) Cres | centiano | fil(io) dulcis | simo, qui | vixit anni(s) | XV mens. XI d. I |
cot debuit facere filius,
scelesta gens fecit, ut hoc faceret pater.

B 174 1. QVII, VIXIƎT lapis.—3.=quod; 4. C. ENS lapis; *gens* legit Henzen probante Buechelero interpretaturque «homines» (quae Italis hodie est *gente*); malam *genesin* posse intellegi monet Buecheler; sunt fort. incantatores, cf. VI, 19747, 5.

**430.** VI 19989 Roma

Caesernia | Tertulla
dolere noli, mater: faciundum fuit!

B 147 2. *matrem* lapis; pro *matre* (=nominat., ut it. *madre*) accipit *Woelfflin*, Arch. f. l. L. II, p. 324; cum tamen sint monumento inscripta nomina duo (C. Iulius C. l. Faustus—Caesernia Tertulla) versusque subscriptus nomini mulieris, putat Buecheler monumentum fuisse coniugum. *matrem*que esse iungendum cum *dolere*, vix recte.

**431.** VI 20070 Roma

C. Iulius Hermia | Ephebo, dulcissimo filio | suo; vixit ann. III
Orcus eripuit mihi, in quo spes.

3. fracto infra lapide periisse videntur nonnulla, ut *multa fuerat* sim.; sermo ornatus ad archetypum carmen tendere videtur, velut:
in quo spes fuerat, Orcus mi eripuit.

**432.** VI 20128 Roma

C. Iulius Sp. f. Maximus, | vixit annis II mensibus V |
atrox o Fortuna, truci quae funere gaudes,

Digitized by Google

quid mihi tam subito Maximus eripitur?
qui modo iucundus gremio superesse solebat,
hic lapis in tumulo nunc iacet ecce miser!

B 1065 5. malim *hic cinis*. cf. n. 407. 1031 all.

**433.** VI 20152 Roma

ut te, Palladi, raptum flevere Camenae,
fleverunt populi, quos continet Ostia dia!
Iulius Nicephorus, pater infelix, fecit |

B 606 1. VI TE mavult Mommsen, lectiones Cyriaci (VILTE in ms. Parmen.) et Mazochii (VITE) secutus; sed confirmata est lectio sarcophago nuper reperto. cf. R. Lancianium Not. d. sc. 1886 p. 24; 1. Naevium poetam *flerent divae camenae*.

**434.** VI 20182 Roma

. . . . . . . . Lolli[a] | hic sita [est] |
noli do[lere, mater], eventum [meum]:
[prop]eravi(t) ae[t]a[s, hoc dedit] fatus m[ihi].

B ad n. 145 3. redit verbo tenus VI, 6932. 3. unde suppletur.

**435.** VI 20370 Roma aet. Aug.

Iulia C. l. Ape[llaea] | virguncula annorum XI de[ducta ad] |
C. Iulium Apollonidam, pia e[t cara viro] | suo et parentibus,
vixit ann[is . . . . . . .
ereptam viro et matri mater me ter[ra recepit],
cum ad mortem matris de gremio rapior.
omnibus cara fui viva, carissuma matri,
adversis quae me sustulit ominibus.
desine iam frustra, mater mea, desine (fletu)
te miseram totos ex[agitare dies].
tu, qui adstitisti mei monumenti (limini),
ambula et te esse hominem fac [memineris].

B 1544 1. cognomen datur tale *Ape[llaea] Ape[leutheris]* simm.; fin. supplevit Muratori, cf. *Marquardt* Prl. I² p. 29 sq.; *Friedlaender* Darst. I⁶ p. 564 sq.; *Harkness*, Transact. of Amer. Phil. Assoc. 1896, 27. p. 35; 2. *pia e[t sanct . . . .]* Murat.; ut supra Henzen; 4. suppl. Muratori; 8—9 redeunt VI, 7872, 14—15 unde supplentur; *fletu* omisit lapicida; 10. supplevi; lapis post *monumenti* etsi fractus apparet, videtur tamen nihil insculptum fuisse; *monumenti hospes memor*, B.; 11. suppl. Henzen; senarius mutilus; *fac perpetuo cogites*, B.

Digitized by Google

**436.** VI 20459 Roma

Iuliae Felic(ulae) | bene merenti, f[ili] | ae dulcissimae.
[qu] | ae vixit annis X [men] | sibus III
si quis titulo manus intulerit, non illunc recipiat tellus.

3. in senarium cogi possunt nec tamen urgueo.

**437.** VI 20905 Roma

dis manibus | Iuniae M. f. Proculae, vix. ann. VIII m. XI d. V, miseros | patrem et matrem in luctu reliquid; fecit M. Iuniu[s M. l.] | Euphrosynus sibi et [Iuniae M. l. Act]e. tu sine, filiae et parentium in u[no ossa] | requescant: quidquid nobis feceris, idem tibi speres: mihi crede, tu tibi testis [eris].

B 95 not. 2. requiritur tale fere: *et miseros luctu matrem pātremque reliquit.* cf. VI, 14578, 6; 19331, 6 sim.; 3—5 prosa oratio, etsi verba *tu tibi t. e.* in pentametrum dimidiatum exeunt. Sequitur imprecatio in Acten libertam. cuius nomen v. 3. erasum est; senarios restituerunt Buecheler Leo: egit de carmine Joh. Pomialowsky prof. in «Stud. Epigr.» parte I p. 40 sq.

**438.** VI 20987 Roma s. III p. C.

d m | Laberiae Alexan | driae, quae (vix.) ann. X | m. V d. VII, et Silvano, | q. (v.) an. VI m. V d. XIIII |
hoc in sarcophago genetrix duo corpora, natos,
condidit infelix, semper subitura dolorem;
quo superat, vivet vitanq(ue) miserrima ducet,
coniuge praerepto, genitor quibus ipse misellis.

B 504 4. *semperq(ue) habitura* emendabat Gudius; 5. sic plerique; *quos superat* Milesius probantibus Muratorio Meyero Buechelero, qui fecit *quos super atvivet* nimis quaesite; *quo(d) superat* (i. e. reliquam vitae aetatem) Burmann simplicius; ad clausulam conferri iussit Hosius Verg. Aen. III. 315: *vivo equidem vitamque extrema per omnia duco*, quod cum Burmanno facit; 7 init. attulit Hosius Aen. IX, 138: *coniuge praerepta*; lapide fracto periisse videtur hexameter talis fere:

iam pridem ereptus fatis concessit iniquis;

nihil deesse putat Buecheler.

**439.** VI 21889 Roma

uno die pater et filius una hora deces[sit]

*filiub, decesier* traditur; videtur voluisse quadratarius *decesser(e)* vel *decesser(unt).*—speciem habet hexametri.

Digitized by Google

**440.** VI 22117 Roma

Marcia C. [l . . . . . .] | vix. ann. XV . . . . |
ultima n[atorum genetrici] erep[ta recessit]
et nunc angust[o conditur] in lapide.
quid queror, infelix? [non hoc mihi contigit uni],
responsura s[atis fecero nonne mihi?]

B 1146 2. VLTIMA. I | . . . . . . . . . . . . EREI | lapis.
2—5 carmen explevi; v. v. 4. 5 cum multo angustiore scriptura insculpti sint, quam v. v. 2. 3 (hi nempe 4 versus obtinent in marmore, illi 2 tantum), duo modo disticha concinnavi; redegit Buecheler in hanc formam:

ultima i[am subii crudeli fun]ere [fata]
et n. a. [comprimor] i. l.
quid qu. i. [non] resp. s[orori] *vel* s[odali],

desiderari putat idem tale fere: *non responsura sit ulla*; cf. ad n. h. s. 389, 14—17; 4. fin. cf. n. 447, 15.

**441.** VI 22203 Roma

D. Marius Ɔ. l. | Exoriens, | v. a. XXXV |
hunc leges leti praeposterae eripuere
matri, quae, ut annis, morte quoq(ue) esset prior.

B 1478 2. *praeposteraque* requiritur, quasi praecedat *fata*; item v. 3. *esse prior* (cupiebat).

**442.** VI 22321 Roma

Maximus hic recubo dulcissimus infas bimulus,
in tertium escendens: sis mihi, terra, levis!
dulcis eram matri, carior usque patri.

B 1220 2. hexametri archetypum tale constituit Henzen:

Maximus hic recubo bimus, dulcissimus infans;

3. *in t. esc. deposui hanc animam* archet., cf. X, 4428. 5020 sim.; *escendens* cf. super. n. 428; inf. n. 466, 5 et *Hartel*, Arch. f. l. L. III, p. 14.

**443.** VI 22804 Roma

Myrtale, vixit | annos IX |
quae síbi dolorem erípuit et matrí dedit,
nimiúm properans ad frátrem Philostergúm suom.

B 155 2. *iripuit*; 3. *Philostercum*, lapis pro *Philostorgum*.

**444.** VI 22994 Roma

Ninnia Cronis | vix. an. III m. X dies XXV
quod decuit natam pātri praestare sepulto,
hoc contra natae praestitit ipse pater.

Digitized by Google

B 1486 2. *matri* ad metrum accommodatius; attulit B. VI, 22066: quod vos decebat mihi fecisse, mater [feci] sic: *ita fata dederunt* (ex poet.); cf. etiam h. syll. n. n. 314. 345. 444. 453. 521. 528. 530 all.

**445.** VI 23036 Roma

L. Nonius Rogatus | sibi et suis emit. | L. Nonius Felix fil(ius) v. a. V et | L. Nonius Felix fil(ius) v. a. IIII |
erepti fatis h(ic) s(unt) c(ommuniter) atris.

B 810 *concordibus, communibus, currentibus* Buecheler; *h(ic) s(unt) c(onditi)* vel *h(ic) s(iti) c(onduntur)* Henzen; *c(ommuniter)* ego.

**446.** VI 23135 Roma

Numisia . . . . . . . | Tertu[lla]
nondum bis denos aetas com[pleverat annos,]
a caro cum sum rapta p[uella sinu].
heu, frustra pietas servas[se et iussa parentum]:
mors mea crudelis casus [utrique fuit].

B 1132 2—5 suppl. Bormann; 3. CAPO lapis; in fine potuit esse *viro*, ut dedit Buech.; 4. requiritur *servasti* vel *servata;* sed quid voluerit dare poeta, intellegitur; *servasse et foedera lecti* Buech.; ut supra Engelmann; *et iussa mariti* bene Hense.

**447.** VI 23551 Roma

. . . . . . . lius P. et Clodia[e] l. Optatus | vixit annos VI m. VIII |
hic me] florentem mei combussere parentes;
vixi ego, d]um licuit, superis acceptior unus,
cui nemo po]tuit verbo maledicere acerbo.
quoad potui,] ad superos, quos pīetas cogi[t amare],
vixi ego] mōdeste; nunc vos quon[iam titulum istum]
legis]tis, dicite: «Optate, sit [tibi terra levis!»]
septem eg]o annorum nondum [compleveram cursum],
c]um ad mortem matris [de gremio rapior].
om]nibus carus fui vivos, cari[ssimus matri],
adverseis quae me sustulit [ominibus].
desine iam frustra, mea mater, [desine fletu]
te miseram totos exagitare die[s]:
namque dolor talis non nunc tibi [contigit uni]:
haec eadem et magneis regibus [acciderunt].
Clara Amaranto . . . . . . . | au . . . .



Digitized by Google

B 970 3—5 redeunt VI, 7872, 4—6, unde supplentur; 4. *nemo d]um* prop. Nohl; 6. 7 supplevi ego; 8. init. supplevi; 9—16 alterum epigramma eiusdem pueri; *Claram* v. 17 puto esse matrem defuncti. *Amarantum* signum eiusdem; 9. explevi ego; 10—14 redeunt VI, 20370, 5—9; 13—16 redeunt VI, 7872, 14—17, unde omnia ad unguem expleri possunt; 11. *manibus* edebatur, correxi; in fine *car[us genetrici]* dedit Bormann; *carissimus illi* Buecheler; 13. *mater [desine quaeso]* Nohl; 16. fin. *acciderant* Henzen.

**448.** VI 23553 Roma

dis manib(us) | sacr(um) |
Optata mater infelix
in filiis suis fecit.

sunt dimetri iambici scazontes, vix casu.

**449.** VI 23790 Roma

dis manib(us) | C. Papiri Ianuari
hic sum matris ab ubere raptus
compositus . . . . .

B 1576 2. hexameter mancus (exitu Vergiliano Aen. VII, 484), qui restitui potest sic fere:
hic ego sum carae genetricis ab u. r.

**450.** VI 24022 Roma

d m | C. Pe[tronio] | C. f. Proc[ulo] | vixit annis | III dieb. XXIII | C. Petroniu[s] | Rogatus pa[ter].
p]arce, precor, [cineri], tumul[um qui conspicis, hospes].

3. supplevi; *p]arce* et *tumul[um]* praeivit editor Corporis.

**451.** VI 24502 Roma

d m | Q. Pompeio Rhodoni, | qui vixit annis XVIII | mens. VI diebus XIII | Q. Pompeio Marciano | fratri, qui vixit ann. V .
quos novem dies eripuerunt;
hic miser Antheros posuit duo corpora fratrum.

B 416 3. exitus dactylicus.

**452.** VI 24520 Roma

hic soror et frater viv[i sunt plag]a par[e]ntis:
aetate in prima saev[a rapi]na [tuli]t.
Pompeia his tumulis co[gn]o[mi]ne Ele[uthe]ris haeret.
et puer, inmites que[m rapuere] dei,

Digitized by Google

Sex(tus) Pompeius Sexti, prae[cl]a[ro nomine I]ustus,
quem tenuit magn[o noster amore sin]us.
infelix genitor gemina [sic morte coa]ctus,
a natis sperans, qui ded[it ipse rog]os!
amissum auxilium functae post [gaudia] natae,
funditus ut traherent invid[a fata l]arem.
quanta iacet probitas, pietas quam vera [sep]ulta, est,
mente senes, aevo sed periere [brev]i!
quis non flere meos casus possitq(ue) dol[e]re?
[qui d]urare queam bis datus ecce rogis?
si sunt di manes, iam nati numen habetis,
per vos cu[r v]oti non venit hora mei?

B 1057 explevit Buecheler egregie.—1. cf. vivorum plaga parentum, n. 408; 3. *co* || *v* || *nteit* | | | | | | | | | *ris* apogr.; deficiente spatio *haeret* vocabulum initio v. 4. adscripsit quadratarius; 5. *Faustus* vel *Iustus* pueri posse esse cognomen monet Buecheler; 8. *spenrans* lapis; 9. potest suppleri et *funera* allitterationis causa; 10. *invidia* apogr.; 13. *dolore* lapis.—

1. cf. III, 2083: *duo funera pa[rtus]* et nostri tituli v. 14; 15. supple *si* ante *iam*; *iam—habetis* pro apodosi habent editores.—Videtur ad eosdem pertinere titulus VI, 24535: sacrum | Pompeia Sex. fil. | Eleutheris et | Sex. Pompeius Sex. f. | Quir. Iustus | soror et frater donum deder(unt), quare *I]ustus* v. 5 praetuli.

**453.** VI 24845 Roma

Postimia C. l. Salvilla | ann. XV m. X d. VII
quod face[re parentibus dec]uit filiam,
mors interpellav[it, fec]erunt miseri parentes fili[ae].

B ad n. 177. 178 2. 3. notum archetypon:
quod pár parenti fácere fuerat fíliam,
mors ímmatura fécit, ut facerét pater, *vel:*
mors íntervenit: fécit filiaé pater.

**454.** VI 24961 Roma

an. I m. V d. X | dis manibus | Primilla f(ilio) suo | Ismaro
hoc tibi dat tumulum pietatis nomine mater,
et properat int[r]o solve[re membra simul].

B 1229 2. suppl. Buecheler; *solvere iusta. vale* Burmann; 3. *tumulum* neutri generis, ut passim; cf. n. 412.

**455.** VI 25063 Roma

heu crudele nimis fatum! dua funera maerens
plango vir et genitor flebile mersa deo.



Digitized by Google

sat fuerat, Porthmeu, cumba vexsisse maritam,
abreptamque mihi sede iacere tua:
adiecit Chloto iteratum rumpere filum,
ut natum raperet tristis, ut ante, mihi.
me decuit morti prius occubuisse suppremae
t[e]que mihi tales, nate, dare exsequias.
a[t] tu ne propera, simili qui sorte teneris,
dunc annos titulo, nomina ut ipse legas.
illa bis undenos, vixit natus quoque senos,
nomen huic Probus est, huic quidem Athenaidis.
quas ego, quas genitor pro te dabo, nate, querellas,
raptum que(m) Stygio detinet unda lacu!
quam bene bis senos florebas, parve, per annos,
credeba[m]que deis vota placere mea!
stamina ruperunt subito tua candida Parcae
apstuleruntque simul vota precesque mihi.
cum te, nate, fleo, planctus dabet Attica aedo,
et comes ad lachrimas veniet pro coniuge Siren,
semper et Alcyon[e] flebit te voce suprema,
et tristis mecum resonabet carmen et Echo,
Oebaliusque dabit mecum tibi murmura cycnus.

B 1549 2. *flebile deo* (=Orco) est mihi dativus potius, quam accus. vel ablat.; 3. *Porthmneu* lapis; 8. *tuque* lapis, quod tolerandum vix est; si secus, repone: *tuque dares tales, nate, mihi exsequias*; 9. *ad* lapis; 11. intellegendum *bis senos* (v. 15); de positione cf. *Birt*, Rh. Mus. 99, 54, 1, p. 222; 14. *raptumque* lapis; 16. *credebantque* lapis, sed cf. v. 18; 21. *Alcyont* lapis; 22. 23 transponit Hense.

**456.** VI 25128 Roma

d] m | . . . . . . . . nti, qui vixit | [an. X]VIII
mens. VII die. X[X . . .
sedēs ad in]fernas situs sum, qui raptus [ad annum]
vix] decimocta(v)um menses (septem)qu[e] dies[que vīginti]
[perveni, studiis florens et amore parentum].
suaviloq]ua priscis aequabar doctus in art[e]:
nec potuit] fatum vincere blanda dies.
quid mis]eri fletis solito de more parent[es]?
omnes] aeque rapit Ditis acerba man[us],
omnes pe]r Stigias portarit portitor unda[s],
et quamvis p]arcae lin[g]ue net stamina Clotho.

Digitized by Google

at me, c]are parens, colito; per tempora fa[ti]
parce tamen] semper dulci me voce vocare:
ad super]os iterum vibam te sospite semp[er].
desine] nunc genetrix tristis: sic fata f[erebant];
et po]tius optes mihi quetos, optima, man[es],
adspergasque rosa] adque mero tumulum mihi in aevo!
fecerunt Publicius Euplus et Publici[a] | . . . . . . .
parentes filio pientiss[imo].

B 1223 3. supplevi; *ternas* traditur, unde *hic nunc aeternas s. s. q. r. in arces* fecit B.; 4. versum vitiosum supplevi; *decimo octaum menses qui dies* trad.; *annos a decimo octaum m. q. d.* B., qui *mensesque diesque* versui satisfacere monet, non sententiae; 5. versum puto integrum intercidisse: supplevi ex. gr.; 6. suppl. B.; *musi*]*va* ego olim, coll. v. 14; cf. n. 560; obstat tamen *priscorum* mentio, quare de rhetorica arte praestat cogitare; 7. supplevi congruente B-o; *blanda dies* nempe tenera aetas defuncti; 8. 9. supplevimus B. ego; 10. *omnes per St.* ego; *et vos per St.* B.; *portarit* traditur, *portabit* corr. B.; *portitor* est *Porthmeus*, n. 455, 3; cf. Mart. VI, 58—3; 11. supplevi; *cum vitam Parcae linquent et st. Cl.* B.; *linque net st. Cl. r.* traditur, *r* fort. ex interpunctione orta; 12. supplevi; *raptum care p.—fatis* B.; 13. supplevi; *sique voles*, B.; 14. supplevimus B. ego; de artis paternae opere aliquo cogitabam; 15. supplevi; *nec tu nunc—fata lacesse* B.; *fata l* traditur; clausula Vergiliana: *Troiae sic fata ferebant*; 16. *sed potius* B.; 17. *spargas adque mero* idem, *semper in aevo* supplens; ad v. 13 et 15 cf. VI. 25369, 12 sqq.; *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 7.

**457.** VI 25369 Roma

heic ést] . . . . . ulia Quíncti Ranci feília
Quinctí le]iberti Próti, quoi fatúm grave
inféstae] Parcae ac fínem vitae státuerunt,
vix quom éss]et bis decem ánneis nata, indígniter.
nam quód] concepit leíberum semén duplex,
quom récte] pareret pátrono auxsilium ác decus,
expértam mul]ta commoda atque incómmoda
crudólis] mors erípuit sueis paréntibus.
nunc ílli s]ummo in lúctu ac sollicitúdine
prae déside]rio gnátae fletus ín dies
edúnt sibei esse tálem ereptam fíliam.
«patér mei et genetrix gérmana! oro atque ó[bsecro],
desínite luctu, quéstu lacrumas fúndere.
sei in víta iucunda [ác] voluptateí fuei
vobeís, viro atque ameíceis noteisque ómnibus,

Digitized by Google

nunc, quóniam fatum se íta tolit, animó vo[lo]
aequó vos ferre concordesque vívere».
quas ób res hoc monuméntum aedificavít [pater]
suae gnátae sibeique, uxóri hanc constituít [domum]
aetérnam, ubei omnes páriter aevom dégere[nt].

B 59 1. | VLIA a melioribus traditur; periisse nomen defunctae recte putat Buecheler, quale *Proculia*, *Terpulia*, *Marulla* sim.; *sep*]*ulta* reposuit Haupt; 2. *Proti* traditur, *Prote* Haupt, sed cf. Buech. Anth. ad tit.; 3. *crudeles* Haupt, *infestae* Buecheler; cf. Lucr. VI, 25; 5—8. puellam in pariendis gemellis esse exstinctam monuit Haupt; 6—8 recepi Buecheleriana; 6. *quom iam*, 7. *futurum ad cunc*]*ta*, 8. *inmitis* Haupt; alia multa posse excogitari monet Buecheler; 11. *talem ereptam* traditur ab omnibus; probarunt Haupt Buecheler; transposuit editor Corporis *ereptam talem*; 12. *mei* est vocandi casus potius quam genetivus; 13. 14. *iucunda vobeis voluptatei* traditur; ut supra, emend. Schrader praeeunte G. Fabricio; 16. 17 ad sent. cf. n. 471; Ev. Io. 14, 27; 20. *degen* | traditur a melioribus, retinuit editor Corporis; *degerent* Haupt Buecheler praeeunte Panvinio; v. v. 18—20 post. v. 11 esse reponendos iudicabat Schrader ad sensum recte sane, ad usitatam sepulcralium titulorum speciem minus recte: solent talia in fine addi.

**458.** VI 25808 Roma

v. Salvidiena Q. l. Hilara | Salvidienae Faustillae | deliciae suae, | eruditae omnibus artibus; |

reliquisti mammam tuam
gementem plangentem plorantem.
vix. an. XV | mensib. III dieb. XI hor. VII |
virginem eripuit fatus malus.
destituisti, vitilla mea,
miseram mammam tuam.

B 1570 v. v. 3—4 et 6—8 ad iambos tendunt nescio an consilio.—2. cf. n. 395 7. *vitilla* (deminut. a *vita*)—novum.

**459.** VI 25871 Roma

d m | C. Satellio Clementi | C. Satellius Asper et Glitia Man | sueta filio piissimo et sibi *etc.*

viginti duo erant anni, si fata dedissent,
cum me florentem rapuit sibi Ditis ad umbras,
abrupit dirae sortis iniqua dies.
heu, nimium cito rapte patri, cito reddite fatis,
et matri cito rapte tuae, cito redditus umbris!

B 1219 3. conferri iussit Buecheler Verg. Aen. XI, 112; Ov. Met. X. 163;

Digitized by Google

4. *Ditis* est hoc loco nominativus (cf. B. ad tit.), etsi magis solitus genetivus; suspicor poetam archetypa compluria compilasse ineptequae satis iunxisse; 7. *redditus* pro casu vocandi, metri gratia.

**460.** VI 26121 Roma

C. Seius Vitalis | vixit annis XIIII | mensibus VI | diebus XXII |
quem nón licuit plus aétatem suám frui,
infelicissimam | matrem suam fecit. | Cattia Fortunata | fecit filio suo | pientissimo. |

**461.** VI 26203 Roma

L. Senti L. l. | Cocceti | v. a. I m. VI |
nolíte dolere, paréntes: <hoc> faciundúm fuit.

**462.** VI 26623 Roma

Sophron vix. annum et m[ens . . . .]
Saturnina soror eius vix. [an . . . . . .]
Sophron hic situs est aetatis parvae, [animisque]
Saturnina soror, salve, carissima nostris!
Xanthus et Amilla filis.

B 1816 3. pro hendecasyllabo habet editor Corporis, cum tamen periisse non nulla in fine versus manifestum sit; *animisque* suppl. B.

**463.** VI 27060 Roma

Symphorusae | Vettia Megiste et | M. Vettius Onesimus | alumnae dulcissimae | fecerunt, | vixit ann. uno mensi(bus) XI dieb. XX |
nata, set in lachrimas solum, dolor omnibus, in[fans]
hic sita sum: vixi tempus inane me[is].
annus erat vitae primus, mox deinde secundi
liminibus rapuit me sibi Persephone.

B 1161 4. sic solet suppleri; minus quadrat *instat, instans;* haud abnorme et *in[gens]*; 7. h. e. *in exitu*; parum tamen congruere cum praescriptione vidit B.

**464.** VI 27383 Roma

. . . . . . vixit annis | duob. d. XXV | fecit | Threptus pater |
quis non volta riget lacrimis maerore coactus,

Digitized by Google

quis non tristitiam pectore concipiat,
tristia praeteriens haec] parvae busta puellae,
quam tristi rapuit mors scelerata die?
pro superum crimen, fatorum culpa nocentum!
condit eam quod humo, vae! sepelitque parens!
quae speciem voltus habuitq(ue) Cupidinis artus,
dulcis ad Elysios rapta repente lacus.
dilecta ante alios multum defletaque cunctis
Vestina infantum Clodia sola decus
hic p[o]sita, an superas convisit luminis auras
innocua aeternis condita sideribus?

B 1061 3. *volta* Ennianum Ann. 583 (p. 66 LXXIX L. Muell.); 5. *immatura videt si* Buech.; 9. enarravit *Schröder*, Stud. zu d. Grabd. p. 20+not. 3; 12. *decus* lapis; 13. suppl. *est*; cf. Verg. Georg. IV, 486: redditaque Eurydice superas veniebat ad auras; Ovid. Met. V, 641: grata mihi superas eduxit prima sub auras: cf. etiam clausulam Lucretianam *luminis oras* (I, 22. 179) et Vergilianam (Georg. 2, 47).—Ad v. 3 conferri iussit Buech. Lucr. IV, 1205 Bern.; ad v. 13 Lucr. I, 145, V, 776.

**465.** VI 27852 Roma

Caius Tutilius Rufinus nominor, ille
annos qui vitae linquo novem atque decem.
heu, scelus! heu crudele nefas facinusque tremendum!
cum fatiare vides, quam miser est genitor,
qui me conspexit moribundum, qui mea clausit
lumina diversis aetatis vicibus.
quos non ille prius, qua non ego voce rogavi
infelix superos? nec valuere preces:
sed vis maior agit mortis, iam iamque, parens, aut
mecum semper eris, aut dolor una obiet.
hoc sepulchrum T. Fl(avius) Eutychianus |
m[e]m(oriae) Rufini alumni sui fec(it). |

B 1225 4. [*p*]*atiare* emendavit Bormann; sed videtur iungendum esse *cum vides, fateare, quam m. e. g.*; vulgaris scriptura explicatione non indiget; 6. *diversis* inter sese oppositis, ego enim illi hoc praestare debueram.

**465a** VI 28337 Roma

Varinia | Successa, vixit | annos XIIII m. VII | diebus XVI, pia, rapta | matri et patri |

2. *rapta patri et matri* archetypum.

Digitized by Google

**466.** VI 28523 Roma

d m | Venustae |
tu, qui stas et spectas mortem monimenti mei,
aspice, quam indigne sit data (vita) mihi:
vixi annis sex, in septimum
escendens animam deposui meam.
noli dolere, mater: fatus hoc voluit me[us].
te, lapis, obtestor, ne puellae tenerae gravis esse velis.
Vlpia Irene | et Dorotheus fecerunt |

B 1540 trium epigrammatum sepulcralium frusta facile agnoscuntur: 2—5, 6, 7; et quidem ad v. 2—5 recte iubet Henzen conferri X, 4428. 5020; ad v. 6—7 cf. VI, 27728; cf. etiam B. 1539. 1541. 1542.—2. archet. *mortis monimentum* et iambicum *qui stas et spectas titulum monimenti mei*; 3. omisit *vita* quadratarius; 5. senarius uno pede mancus; de *escendens* cf. *Hartel*, Arch. f. l. L. III, p. 14; 6. senarios duos in unum septenarium coniunxit poeta, item 7 distichum; 8. *Ulpia* corr. M. Ihm; *Vitia* legebatur.

**467.** VI 28810 Roma

Vibia C. Ɔ. l. Latina f(ilia) | vixit an. XIX |
quae tibi cumque mei potuerunt pignora amoris,
nata, dari, populo sunt lacrumante data;
et volui maiora nimis, sed cura meorum
fida tuei prohibet me cinerem esse rogi.

B 972 5. iunge *tuei-rogi*; quae sequuntur disticha tria antiqua esse non credo; in syllogen suam dubitanter tamen recepit Buecheler; s. XV attribuuntur in Corpore s. n.; in addendis tamen n. 34185 antiquitati vindicantur.

**468.** VI 29426 Roma

di manes, manes sitis: iam morte misellis
praepropera senibus sero datum rapitis.
hic etenim puer est Umbri de sanguine cretus.
invida quem tenerum Parca tenax rapuit;
quo matri multos scribsit multos quoq(ue) patri
ingratis annos vota satis misera?
nam solos septem proles quos duxerit orbes,
septuaginta forent, ni miseros cuperet.
qui pro vinetis, fundis, terraq(ue) mariq(ue),
hoc solum proli, hoc peperere solum.
Iuliano filio | L. Umbrius Saturninus.

B 1164 doctum carmen, sermonis argutiis lusuque insigne, velut v. 1 *manes-*

Digitized by Google

*manes* (=propitii), 4. *tenerum-tenax*, 7—8 *septem-septuaginta*. 10. *sōlum-solum*; allitteratione homoeoteleutisque fere abusus est poeta.—2. *sero datum* h. e. filium; 4. Persii V. 48 iubet conferri Buecheler; 5—6. *multos annos* pertinet ad *scripsit*, hoc est *legavit*, ut nostratium «приказалъ долго жить»; 7. malim *duxerat* cum Schradero; tamen non urguendum; 8. miseros (parentes) cuperet (Parca).

**469.** VI 30108 Roma

. . . . . . . . . . . . . .

his pater ac mater maestum solantur amorem,
solventes nato triste ministerium.

B 1052 2. h. e. monimento tituloque; conferri Verg. Aen. VI, 223 iussit Buecheler.

**470.** VI 30122 Roma

[. . . . . . . . . . concidit . . . .]
magna virtus pueri victusque remisit animam;
volnus habet venis et celo carpitur ipse;
condidimus terreasque sacrabimus ipsum.
qui sonus auditur et vox imago Lyei
murmurant et chitari corde cum voce decores.
hos tibi versiculus cum lacrimis fecerunt ipsi parentes.

B 607 2. cf. Ovid. Met. II, 185: cui victa remisit | frena; *animam* abundare videtur; 3. viderunt editores detortum esse ex Verg. Aen. IV, 2: volnus alit venis et caeco carpitur igni; putat Buecheler *c(a)elo carpitur ipse* recte se habere, significarique corpus esse mortuum, animum caelo receptum, quae sententia passim occurrit, velut VI, 12087; IX, 2042; X, 8174; XII, 631 all.; de *caelo* dionysiaco cogitat *Schöder*, Stud. zu d. Grabd. p. 11; equidem cum editoribus faciam, qui emendant *et c(a)e[c]o carpitur i[gn]e*, quo significari voluit ineptus ille poeta puerum mortuum esse crematumque, vel etiam aegrotasse morboque urente esse consumptum; 4. manifeste corruptus sive ab incidente sive a describentibus; recte conferri iussit Buecheler Verg. Aen. V, 48: condidimus terra maestasque sacravimus aras; *condidimus terr(a)e a[ri]sque sacra[v]imus ipsum* emendant editores; voluit fort. poeta *condidimus terrae arasque sacravimus ipsu* (h. e. *ipso*=*ipsi*, v. Neue, Formenl. II² p. 203); de locat. *terrae* egit *Church*, Beitr. p. 97; 5. *qui*=cui; 5—6. «videtur intellegendum prope monumentum fuisse templum Bacchi aut odeum», Buech. ad tit.; hoc itaque voluit poeta: cui sonus auditur et vox, imago Lyaei, | murmurat et citharae cordae c. v. d.; 7. *versiculus* (acc. pl.) non mutandum; *cum lacrimis* abundat; *hos tibi v. maesti fecere parentes* emendat Buecheler.

**471.** VI 30132 Roma

. . . . . . . . . .

Digitized by Google

o, F]o[rt]una malis nuncqua[m non laeta rapinis],
qu]am brevis, heu, misero vitae pa[rs est data nato!]
accipe nunc cineres miseri s[aevumque dolorem]
    et praedata meis parce venena [locis].
u]ltima fatorum passurus per[tulit undas]
    et mortis requiem redditus [intrat humo].
non quoniam indigne tulimu[s periisse per undas],
cum multi ex undis rapti scopu[lisque necentur],
    nec mortem miseri, sed mala [nostra queror.]
nunc ego vos oro venturi a[evi meminisse]
tec]taque concordes habit[are paterna velitis].
    ha]ec tibi pro meritis po[sui, dulcissime nate,]
    securum ut] manes ha[bitent post fata sepulcrum]
            . . . u . . liio . . . .
    i]npensaque lev[i monumentum ex marmore factum]
    manibus ecce tu[is maestus cinerique sepultis]
    et meritis prae[sto quantum potuique resolvo].
    nulla fides m[ihi iam nec spes; causamque, viator,]
    si quaeris, leg[ito, tristis quamque orba maligno]
    reddita nost[ra domus casu fatoque nefando],
    et meditata m[ihi tristissima carmina disce.]
    haec est nostra [hominum vitae ratio: toleranda,]
    quae sōlent [etiam regibus accidere].

B 1171 periit versus unus; 2. 3. suppl. Buecheler; ad v. 2 conferri potest VI, 20128; 4. supplevi; *Styge perfruere atra* Buech.; 5. 6. 7. 8. suppl. Buecheler in Corpore; 5. *venena dare*, 8. *tul. crudelia fata* id. in Anth. s. n.; 9. *scopu[lisque supersint]* idem; solatio tamen aptius quod posui; *ex* pro *per* usurpari passim illa aetate notum, v. *Draeger* H. S. I$^2$ p. 637 sq.; 10—12 suppl. Buecheler in Corp.; 11. *venturi advertite signa*, 12. *habitate in luce parentum*, id. in Anth. s. n.; 13—24 alterum carmen esse potest per se, cum praecedente licet in lapide conexum sit; praeivit Buecheler haec: 13 *ha]ec* et *p[osui]*; RO traditur, R incerta; 17. *tu[is*; carminis restituendi periculum feci; cf. n. 457; 13. *posui de marmore busta* Hense; v. 14 suppletur ex VIII. 645. 682; 15. nihil certi datur: nimis fugientia litterarum vestigia; *leto* Buech.; 19. potest et *m[isero]*; *maris est,* B.; 23—24 informavi ex VI, 7872, 17—18; cf. VI, 10105; 24. *solentur*, B., de carminibus dolorem solantibus.

**472.** VI 30143 Roma

. . . rquaer . . .
. . . speram m . .

. . . et pietas . . .
. . ad]scenderat at . . .
. . . tila patrem . . .
. . . v. ann. . . . . .

B 1769 sepulcralem fuisse colligitur ex v. 6.

**473.** VI 30150 Roma

amissum mater cru[deli funere natum]
planctibus assidu[is luget: nam bimulus infans]
occidit ac saevo sic [Diti traditus hic est.]
nunc karo [f]ecit [tumulum hunc nato orba gemensque.]

B 1639 supplevi ego; 1. *cru[deli volnere natum]* Buecheler quaesitius; 3. *occ. ac s. sic mater corruit ictu*, 4. *n. k. f. titulum miseranda sepulcri*, idem.

**474.** VI 30155 Roma

condi[dit hic natum genitor miserandus, iniqua]
fortuna [ereptum, sed nimis ante diem]:
septenos aetas vix [ter compleverat annos,]
q[uom] fato peri(i)t c[ompositusque iacet].

sententiam adumbravi.

**475.** VI 30248 Roma

. . . . . . . s utilitati . . .
. . . . . . . vio habitas . . .
. . . . sap]ientiae sss . . .
. . . . per]ficit huius . . .
. . . . . . . ntarius arti . . .

superesse videntur ex titulo sepulcrali metro dactylico concepto; filios patri posuisse intellegitur ex altero fragmento eiusdem tabulae.

**476.** VI 30250 Roma

. . . . qu]ae me decepi[t
. . . . voluit tempus incer[tum
. . . . itare tui flevimus
. . . . . la]crimis sparsi

B 1778 pater vel mater filiae defunctae posuisse videntur; 1. 2. supersunt ex iambis; 3. 4 ex dactylis.

**477.** VI 30460 n. 2 Roma

d m

Digitized by Google

Fla[vius . . . . . . . . . . . . ace]rvo funer(e) ra[ptus]
. . . . . . . . . nondum ascend]erat annis
et . . . . . . . . . . . tus hic . . . . .
. . . . . . etrius
. . . . . . iiqu(e) patris
. . . . . . . . . . . . . . . . e videre
. . . . si fata f]uissent
. . . . par]ent[ibus posuisset

2. 3. 8. 9. sententiam qualis fuisse posset, ostendi.

**478.** VI 30601 n. 2 Roma

. . . . ala . . .
. . . . e trad[it . . .
. . . . ind]ustria t[anta]
. . . . sin]e fine dol[ent . . .
. . . . crudel]ia fata
. . . . esse super[stes . .
. . . . quaerit an. . .
. . . . cum coe[p . . .
. . . . ori f . . .
. . . . un . .

B 1672 4—6 parentes filio fort. fecerunt; ad v. 4. cf. VI, 26680, 2.

**479.** VI 30647 Roma

. . . . . . . . . et . . .
plorav . . . .
quodq[ue . . . .
m]ense vi[x . . . .

4. potest et *un*[*o*].

**480.** VII 250 Eburacum

[d] m | Corellia Optata an. XIII |
secreti manes, qui regna Acherusia Ditis
incolitis, quos parva petunt post lumina vit(a)e
exiguus cin(i)s et simulacrum corpo(r)is—umbra,
insontis gnatae genitor, spe captus iniqua,
supremum hunc natae miserandus defleo finem.

B 395 3. vite; 4. cins; corpois; 5. gnate; 6. nate.
3. fin. conferri iubet Hosius Lucret. I, 227; V, 987; Verg. Aen. VI, 828; 5. affert Buech. Verg. Aen. XI, 49.

Digitized by Google

**480a.** VIII 204 el Garra

d m s | moniment(um) | (I)ul(i) Saturni | ni, vixit an | nis XXXVII |
fili, levis sit tibi terra!

3. propter hyperbaton metricis adscribo.

**481.** VIII 251=11405 Sufetula. litt. s. fere III ineuntis.

Genitór Iunonem dédicat
Altéque Pompeiaé locat:
Levámen hoc dóloribus
Lacrimísque pausam crédidit.
At núnc videndo iúgiter
Et flétum et gemitus íntegrat.

B 220 Acrostichon est dimetrorum iambicorum sex, cf. *Seidel*, röm. Grabinschr. p. 10.—Cum lapidem supra fractum non tradatur, *Pompeiae* nomen in eandem formam redactum in altera tabula fuisse insculptum eamque periisse facile credo.—

fuit sacra Junonis effigies, defunctae Gallae vultum prae se ferens, de qua statuarum sepulcralium conficiendi ratione docte disputavit Lawrow noster in Eph. Min. P. Instr. 1895 m. Oct. sect. phil. class. p. 14 sq.; cf. *Schröder*, Stud. zu d. Grabd. p. 18 sqq.; de forma *iugiter* in titt. Afr. egit *Kübler*, Arch. f. l. L. VIII, p. 195.

**482.** VIII 389 Ammaedara

d m s | Licinius | Donatus | vix. annis | LX h. s. e. | Licinia | Tertiola | patri pro | pietate | posuit tu | mulum.

2. est archetypon:
(hunc) posuit tumulum pro pietate (sua).

**483.** VIII 440=11520 Ammaedara

titulus mausolei, qui olim 20 versibus constabat, quorum 16 hexametri erant dactylici; nunc nisi duo ultimi non leguntur, reliquorum vestigia tantum extant perquam incerta.

19. haec [te nunc mon]eo: pater h[unc] perfecit ho[norem];
h]oce si legisti, vade, vale, sisque be[atus].

B 1235 19. [*te nunc mon*]*eo* suppl. ego; *et amore meo* Buech.; *h*[*unc*] Schmidt, *ho*[*norem*] Renier; 20. *h*]*oce* Schmidt, *hoc* Buech.; *be*[*atus*] Renier; pentametrum putat subesse Buecheler talem: hoc si legisti, vade valeque pius; cf. II, 4315.

Digitized by Google

**484.** VIII 591 Saltus Massipianus

d m s | He]lvia Severa, sacerdos cas | [ti]ssima, annis LXXXV |
vixit iudicio, senuit merito, obit exemplo;
hic] pietatis honos, veteris stat gratia fact[i].
L. Fabricius Gemellus | Inpar matri
observantissimae

B 817 3. STAT GRATIAE ACT | lapis; emendavit Mommsen; *hic pietatis honos*, quae occurrunt et n. 590, Vergiliana esse (Aen. 1, 253) monuit idem; alterum hemistichium recte ad Aen. 4, 539 retulit Buecheler; cf. III, 1537.

**485.** VIII 726 El Chima

. . . . . . . . us Clarus Bonicianus, | iu[venis] inter omnia emendatus, | verecundia incomparabili, mo | ribus et ingenio clarus, om | ni simplicitate iucundus, sem | per parentibus carus. is cum | summo eorum dilectu | [p.] v. a. XXI m. I h. s. e. |

VIII 12190 ibidem

[d m] s | . . . . . . . . To]rquatus | [C]rescens | [iuvenis inter omnia em]e(u)datus, vere | [cundia incompa]rabili, mori | [bus et ingenio clarus, o]mni sim | [plicitate iucundus, s]emper pare | [ntibus carus, is cum] summo | [eorum dilectu p.] v. annis . . . . . . .

tituli duo se invicem explentes, prosa oratione compositi, metricis frustulis passim insertis.

**486.** VIII 1359=14883 Bisica c. a. 260 p. C.

[hoc tumulo tegitur, raptus qui flore iuventae,
dum patrios hostes sectatur dumque pericli
impavidus] s[imul infestis] pro[cedit in] armis,
occidit [in] bello Num[id]um, vēri[tatis] amator.
hos pat[e]r inscripsi versus dictante dolore,
fortuna imă satus, quod non mihi ta[lia] natus
composuit o[bito, ex]sequ[iis] n[ost]ris[que] dicavit.

B 521 titulus superne totus fere evanidus est, ut v. v. 1—3 non nisi ex. gr. suppleantur; quod feci; 2. possis etiam *patriae hostes* secundum *Birtium* restituere (Rh. Mus. 1899 (54, 1); 3. *pro[batus in] armis* Buecheler; 4. suppl. Wilmanns. qui mavolt *vir[tutis] amator*, perperam: cf. VIII, 4703; 5. PATRI apogr., corr. Wilmanns; cf. VIII, 910; 6. *fortuna(m) incusans* mavolt Studemund; possit temptari etiam *fortunae iratus*, sed nihil necesse; *ta[lia]*

Digitized by Google

expl. Wilmanns; 7. supplevi ego; *composuit* [*post ex*]*sequ*[*ias nost*]*ris*[*que*] *d.* Buech.

**487.** VIII 2185 Aquae Caesaris

. . . . . . cuius exi] | miam bonitatem | et prudentiam non |
solum parentes, | verum etiam fini | timi doluerunt; quam |
ob rem fili dulcissi | mi patri rarissim | o hs. num. eiusdem |
memoriae posue | re sepulchrum. in | columes parentes | ma-
nes, estote boni, | ut martis in pace | bona quiescat, | qui vix.
an. LIII. |

3. h. e. HS N V M; 5.=parentis; *martis* corruptum; exspectes nomen proprium, ut *Martinus* vel *Martini* vel simile quid; nollem *mortis.*—frustula metri dactylici passim dinoscuntur.

**488.** VIII 2207 Hr. Metkides

d m s | Octavius Fazai[r], | v. a. XXXVI
subito ra[pt]us sine crimine si[ne] dolore;
et tu, qui legis, rogat ut dicas: «terra [t]ibi lev(i)s sit!»
Octavius Felix Iu[li] | a Urbana filio suo
fecer(unt).

2. 3. possunt redigi in dactylicum numerum fere hoc modo:
(at) subito raptus sine crimine sine dolore;
(quisque) legis, rogat, ut dicas: «tibi terra levis sit!»
ad v. 2. cf. VIII, 5001.

**489.** VIII 2952 Lambaesis

A. Nonius Longinus | > leg. III Aug. | Gallicanae filiae, |
quae sibi morte acerba erepta est, fecit.

3. colorem quendam poeticum inesse non nego, in numeros cogere non audeo.

**490.** VIII 2982 Lambaesis

d m s | C. Terentio | Cereali, veter(ano) | ex armorum | cu-
stode leg(ionis) |
bis quater ad denos pertulit illu dies.
C. Terentius Faus | tus et C. Teren | tius Satur-
ninus | fili patri pio bono | merit(o) fecerunt | *etc.*

B 1501 3. *bis quater ad denos* (h. e. ad LXXX) *annos pertulit illu*(*m*) (h. e. defunctum) *dies* (scil. vita), contorte sane.

Digitized by Google

**491.** VIII 4504 prope Zarai

d m s | Caecilius Cretic | (us) sa(cerdos) Sat(urni) patri car(is-si)mo, *etc.*
et tu, praeteriens, [di]c, prec(or): «sit tibi terra levis!»

3. archet.: dic, rogo, praeteriens: «s. t. t. l.».

**492.** VIII 4551 Zarai

d m s
C. digno, innocenti viro, qui impleta tempora cessit;
Iulius pater erat, qui vixit annis LXXX
Rufulus cognomine (dictus), cuius ut na . . . .

B 626 2—4 acroëpion, quo nomen C. Julii Rufuli efficitur.

«qui titulum concepit, hexametrorum aliquam speciem assequi passim parum feliciter conatus est»; ceterum titulus a quadratario ad finem perductus non est; *na[tus monumentum faceret* etc. supplet Buecheler.

2. accusativi absoluti exempla aliquot attulit Buecheler; cf. *Sittl*, Arch. f. l. L. II, 565; *Kübler*, ib. VIII, p. 176.

**493.** VIII 5001 Thubursicum Numidarum

dis manib. sac. | Hymetiano, | iuveni pio, | acerbissimo, | flore iuven | tutis er[ep]to; | scriptor ca | sui dole. vix. | an. XX m. VIII | dies V sine | crimine vi | tae; Postumi | us Victori | cus pater | posuit. | h. s. e. |

formulae aliquot metricae passim noscuntur, ut *sine crimine vitae* hexametri clausula saepe obvia; 3. *scriptor casui dole(t)* Mommsen, de tituli scriptore cogitans; cf. *Hartel*, Arch. f. l. L. III, p. 19; *Kübler*, ib. VIII, p. 175; cf. C. VIII, 7271; sed fort. est solitum *parce opus hoc scriptor etc.*, ita ut *casui* ablativi vice fungatur.

**494.** VIII 5418 Calama

. . . . . . . . Helvia Fortunata mater
a(e)dé(m) pietatis cónsummata(m) dédic(at)

B 1601 2. *ade* traditur; senarium adgnovit Studemund, probavit B.

**495.** VIII 6360=19338 Mastae

d m | L. Propertius Mustacus
solus qui matri relictus
hic tenet aeternam sedem,
qui v(ixit) XXV per annos.

B 1605 dimetros anapaesticos hos dubitanter constituit Studemund:



Digitized by Google

solús qui mátrĭ relíctus
hic ténet aetérnam sédem,
qui víxit <viginti> quínque per ánnos;
hexametros duos effecit Schmídt:
-⏑⏑-⏑⏑-solus qui matrĭ relictus,
hic tenet aeternam sedem, qui vixit per annos . . . .
heroicum metrum et B-o placuit.

**496.** VIII 7219 = 19453*a* Cirta

d m | Asclepae matri carissimai Zaplutius posuit
vixsit annis quod potuit

2. initium noti archetypi:
vixi quoad potui . . . . . .
nomen ad Petronianum *saplutus*, c. 37.

**497.** VIII 7855 Cirta

quisquis carpis iter, dum perleg]is [ista, viator,]
siste gradum ac simul haec conside]rà munera leti,
inspice item titulos ac tristia ca]rmina disce.
amisi natum factis fatisque] paratum;
iamque loqui poterat, iam dulcia iun]gere verba:
tres annos tulit hic aevo volve]nte baeato,—
abstulit atra dies miserum alma luce o]rbatum!
iam licet hinc abeas: manet et fortuna] legente(m).

B 1677 3. *ca]rmina* expl. Mommsen; totum carmen ego.—5 fin. cf. B 787, 8; 8. pro *fortuna* potest reponi *mors atra* sim.

**498.** VIII 8234 = 19978 Mileu

[d] m s
esse]t si, genìtor, nobi[s sub]stantia larga,
in]sita iam pietas redd[eret] obsequium,
et t]ibi magnifica struer[et, ve]nerande, sepulcrha
ex auro fulvo et solid[o] ex ebore.
nunc re]q[ui]esque tibist a[edesque structa perennis]
[ex vili saxo: stat lapis exiguus].

B 1246 2—5 expleverunt Wilmanns et Studemund; 6. *q[ui]esque* Schmidt; reliqua ego; *sublimesque tibi statuas* . . . . Buecheler; 4—7 cf. Verg. Ecl. VII, 35 sq.

**499.** VIII 8491 Sitifis 337 p. C.

Victoris Biarci patris pietas et dolor

Digitized by Google

Victori filio dul | cissimo, qui vixit an. | IIIII m.
IIIII d. XIII et d. k. Oct. an. p. | CCXCVIII |

B 1602 1. iamborum speciem prae se fert, casu fortasse.

**500.** VIII 8567 Sitifis

Gaudia, quae dederat, rapuit Fortuna repente,
[Inq(ue) acr]es luctus convertit vota parentum;
Nam puer hoc parvus vitaeq(ue) e limine raptus
Ginga situs tumulo est, indigni vulnera patris.
A! dolor et gemitus inlusaq(ue) vota tuorum!
non tamen ad manes, sed caeli ad sidera pergis.

B 569 *Gingan* potuisse defuncto esse nomen putat Buecheler; 4. de formula *situs tumulo* cf. *Church*, Beitr. p. 79.

**501.** VIII 9048 Auzia

atró dolore pércussus <ab> iniquíssima
(ego) fórtuna ereptó mihi horum solácio,
cohibui lacrimas, quas tempus [d]etu[l]it, cives,
et [t]i[t]ulos fixi:
nam duos una dies (fatis) et pestis acerba
abstulit hos pueros (coepto vix flore iuventae).
hi, Clemen | s et Vincentia su | nt coepto nobis | flore subrepti | ; his Geminius | Clemens [a] mil(itiis) | col. pat. cum | Placentina con | iuge filis fecit | dd. Clemens | vix. an. VI me. VI die. | XXIII, Vincentia [vix. an. . . . . . . . .]

B 1610 1. 2. iambi sunt male compositi, neque hexametri (3—6) meliores; 1. *ab* abundat; 2. 5. 6. supplevi ego; nullae lacunae in apographo; 3. 4. corr. Mommsen; 7. hoc versu ex parte usus sum ad supplendum v. 6.

**502.** VIII 9077 Auzia 246 p. C.

Ulpianus b. m. v. | [o]mnib. honorib. perfunc | tus
hoc tegitur post fata sepulcro;
filius <hunc> iuxta <Castrensianus> iacet <a dextro> iuvenis miserabili fato
patris die quadragesimo mortis ereptus luci.
Ulpiano Siddina dulcis | simo coniugi fecit ddq., | vix. ann. LVI; curante Sulpi | ciano genero; (a.) pr. CCVII |



Digitized by Google

B 1611 2. nota hexametri clausula; 3. archetypon a tituli auctore interpolatum facile agnoscitur; 4. iamborum speciem prae se fert.

**503.** VIII 9142 Auzia

hic situs est iuvenis, primo qui flore iuventae
impavidus Martis, dum cantans iret in hostis,
invida Parcarum semper sic prona voluntas
oppressit; memorande iaces, Ianuari, sepulcro,
sic felix, quod humo te mater miseranda recondit.

B 472 2. «*canius* Causs(ade), CA/TVS Ren(ier), emendans *incautus;* Wilmanns adnotavit TV non esse in lapide, quid pro iis litteris cerneretur, enotare oblitus», Mommsen ad tit.; fuit fortasse CA/AIS=cantans; *dumq. au[den]s* proposuit Buecheler; *dum gau[den]s* Mommsen; *Martis gaudens* iungit *Kübler* Arch. f. l. L. VIII, p. 174; 5. *quot*, lapis; *sic felix, quod humo te mater condit amica.* emendat Buecheler.

1. *flore iuventae* exitus Statianus Silv. V, 5. 18.

**504.** VIII 9158 Auzia 247 p. C.

havé, Secunde, paréntibus ‹tùis› dulcíssime;
flos iuventu | tis, an(norum) L | a barbaris interemp |
tus; Mucia . . . . . a mari(ta).

2. interpungit post *iuventutis* Mommsen; 3. excidit vel cognomen vel epitheton ut [*kar*]*a*; item *mari* potest suppleri *mari*(*to*).—Cf. VIII, 9164.

**505.** VIII 9164 Auzia

havé mihi, Tertúl(l)e!
flore iu | ventutis e | reptus, v. a. | XX; Aur(elius) Fel-
(ix) | et Iulia Eme | rita filio dulcissi | mo fec(erunt).

cf. praecedentem.

**506.** VIII 9170+9159 Auzia p. C. 315

Vel vos, quos pietas duxit munerare parentes,
Iam requiem sumimus, ubi nos fortuna remisit.
Talia quis faciat, nisi vos, quos amor adegit,—
Accipiant cuncti—vestros ornasse parentes.
Laetit(ia)m sumimus, eod(em) matrisquae senectus.
Iter agens salve: versus cum leger(is) istos,
Si ‹a› capita explores, ingenium nomenque probabis.

B 515. 570. 1830 emendatius, quam in Corpore, prodiit in ephemeride *Mél. d'archéol.* XI (1891) p. 434; reposuit B. inter addenda; nomen *Vitalis* patris defuncti titulo subscriptum est.

Digitized by Google

1. *veivos* emendabat B. olim; sed cum totus titulus sententiis admodum contortis consutus esse videatur, praestat non attingere, etsi perisse aliqua ante v. 1. non in lapide sane, sed in exemplo archetypo, probabile est.—

1. *duxit* = adduxit, cf. *Kübler*, Arch. f. l. L. VIII, p. 177;—5. *sumimus* h. v. et v. 2 referendum videtur ad defunctos, patrem scilicet aviamque, quorum nomina in tituli subscriptione leguntur; *eodem* suppl. *veniet*; 7. *capita* (fem.) pro *capite* accipit B.; videtur tamen *a* perperam additum, cum *si capita explores* per se recte procedat.

**507.** VIII 9192 ager Auziensis

manibus sacrum certa pietate resolvimus•
oc Q . . . . S. Lo[n]gaen[i] fratres L. Longaenio Victori
patri | sepu[l]tus.
nomen tuum viget in [titu]lo clarum tibi dign[o];
donu]m [naturae m]er[itis de] c[armine signamus].

B 594 suppletur aliquatenus ex n. n. 714. 715.

2. OCQVIS (*vi* contignatis) apographon non bonum; *quis* pro *quibus* accipit Mommsen; *quis?* interrogative intellegit Buecheler; puto praenomina aliquot subesse non bene lecta; in fine requiritur *sepulto*; absolute positum intellegunt Mommsen Buecheler; 3 fin. vix est *dignandi* verbum, ut placet *Küblero*, l. c. p. 174; cf. n. n. 714. 715; 4. supplevi ex titulis s. s.

**508.** VIII 9350 Caesarea

Laetus, Accepti, regis Iubae l(iberti), f(ilius) | iniquitate
fatorum raptus anno I dies | VIII h. s. e. praeterie(n)s,
tuum est dicere: | «ossa tibi bene adquiescant!» |

potest fuisse archetypon fere tale:
hic situs est iuvenis, fatis abreptus iniquis:
dic, rogo, praeteriens: «sit tibi terra levis!»
vel: dicere, praeteriens, qui legis ista, tuum est:.
«o. t. b. q.».

**509.** VIII 9473 Caesarea

hoc tumulo positum est Ingenui fi(lia) Flora,
anno quae vixsit, mensibus atq(ue novem);
et quas exsequias debebat nata parenti,
has pater adversis casibus ipse dedit.
Terra, precor, fecunda, levis super ossa residas,
aestuet infantis ne gravitate cinis!

B 1153 1. fuit in archetypo:
hoc tumulo positum est corpus ⏑⏑⏑⏑ puellae,
vel ut mavolt Buecheler:

Digitized by Google

hoc t. positum est infantis corpus Amatae;
2. VIIII lapis.

**510.** VIII 9508 Caesarea

Philo, L. Vibi Secundi vern(a), | Vibius Gemellus filio suo f(ecit)
hic lapis ossa tegit miseri collecta Philonis,
quem [par]va sedes hic t[enet exanimem]:
cum miser in quintum [n]u[p]er [per]venerat ann[um],
h]o[c v]inclo [fr]ac[to] su[stinuit Lachesin];
quem parvom im[pia f]at[a parentibu]s eripuere
exa]nim[em e] gremio m[atris itemque patris].
perlege versuculos [mo]nitus [quicumque viator],
et lecto dica]s: «s[it tibi terra levis!»]

B 1234 «tota detrita est, neque auxilium est in ectypo»; carminis ipsius litterae sunt moduli perexigui, nempe c. 1/2; supplevi ego. sensum carminis, quatenus potui, praeeunte Buechelero secutus, non scripturae incertissima vestigia.—Cf. *Church*, Beitr. p. 28.

**511.** VIII 9519 Caesarea

Sergius ut pubes excedere coeperat annos
<Sulpicius>, et laetante patre meliori secte parebat,
amans, Festus nomen, bone indolis, magna patris spes,
praeditus opsequiis, pulchra probitate, parentes
diligere <omnib(us)> et iussis miro cum honore parere,
<patri> si licuisset adhuc frui longius hac pietate: heu!
set crudum indignumq(ue) nefas et triste per omnis,
quod nondum·frunitus (sedecim) annos deperit,
et perdit <orbatque> patrem: baculo destituta senecta.
hunc flevit populus <pius, hunc> miseri ingemuere parentes,
perculsi longo luctu tristitiaque perenni,
cum patre misero reddentes testimonia <probe> vitae,
qui sacro tumulo locavit membra dilecti
pignoris, lamentator aetatis adultae,
infelix Sulpicius.

B 526 v. v. 3. 8. 11. 12 metrum prorsus pessum dedit poeta; 8. fuit archetypon fere tale:
quod nondum ⏑⏑⏑ frunitus deperit annos;
*deperit* ad v. 9 retulit Buecheler; idem *vitae* collocavit in f. v. 12, ad v. 13 refert Mommsen.—1. *pubēs* genetivus (ut *Küblero* placet, Arch. f. l. L.

VIII, p. 172) tali poetae vix notus: est fort. nominativus; 7. adlegavit Buecheler Vergilianum (Aen. II, 184):

effigiem statuere, nefas quae triste piaret,

monuitque clausulam *per omnis* item Vergilio usurpari, velut II, 498:

fertur in arva furens cumulo camposque per omnis;

8. *frunitus* sensu passivo intellegit Buecheler; sed verbi participium cum accusativo, (veluti n. 1138, 2 fruitus) verbum ipsum cum ablativo in titulis haud rarum, cf. de Vit s. v.; 9. *destituta senecta* Buechelero est abl. absol., Mommseno mihique nominativi; 15. potest etiam adclamandi esse formula, sive ad patrem referetur, sive ad puerum defunctum.

**512.** VIII 9642 Oppidum Novum

«transgrediens paulumper, qua[e] | so, resiste, viator, atque lege, | quae sine fletu reticere nequi | bis: hic enim positus loculo ia | ceo infelicissimus ipse, patre | duoviro questor(e), cui non licuit, nisi una die kalendarum | Ianuariarum praetextatum patre(m) videre: exinde lecto | receptus post diem vigesimum funeri redditus, trans | gressus vitae annos XVI m. X d. X. Lugentem matrem pia | cum sorore, fratrem patremque cum luce reliqui». Haec maerens | C. Caelius Donatus C. Caelio Sedato pater filio fecit. |

B 1603 eliciuntur metrica haec:

1. transgrediens paulum, quaeso, resiste, viator;
2—3. hic positus loculo iaceo infelicissimus ipse,
cui non licuit ⏑⏑–⏑⏑ patre videre;
5—6. exin rĕceptus lecto ⏑⏑ funere raptus,
transgressus vitae ⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑ annos;
6—8. lugentem matrem ⏑⏑– cum luce reliqui;
8—9. haec maerens pater–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑ fecit.

1. *resisiste* lapis; 2. *reticere* lapis, corruptum putamus B. ego ex *religere*, de quo scripturae genere vide Huebneri Exx. Scr. Ep. p. LXXXII n. XVI, et p. 428 III; cf. syll. h. n. n. 124. 161; C. V. 6295 all.; de usu abl. *loculo* cf. *Church*, Beitr. p. 77—82.

**513.** VIII 9691 Cartenna

mi fíli, mater rógat, ut me ad te récipias.

B 151 senarium constituit Studemund nec non et Buecheler, Mus. Rh. XXVII p. 132.

**514.** VIII 11597 Ammaedara

Iulio Gallonio
post septuagesimo numero tempus,

Digitized by Google

postque totidem transactos autumnos,
tres nati tibi iam figimus probo parenti,
quod gratum tumulum videtur esse.
mater kara nobis tibique nuper
ho[r]tatur fieri mortis honorem.
iam vale, pater,—nobis relictis!
iam te non T[ar]tara crudelem teneb[u]nt,
set Elysius campus occupavit,
und[e nu]nc [in eu]m tibi revert[i]
fas est, ut [pi]o et probo pare(n)ti.

B 1515 2. postquae; 11. *pareti* lapis ut videtur.—hendecasyllabi sunt male facti, quos ad archetypum revocare studuit Schmidt (ad tit.) vv. 1 et 2 exceptis.—7. nil periit in lapide; *pater* [*heu*] Schmidt; malim *genitor*; 8. disputavit de h. v. etiam *Kübler*, Arch. f. l. L. VIII, p. 177; 10. [*nu*]*nc* [*etia*]*m* Schmidt olim; [*nu*]*nc* [*iteru*]*m* Mommsen dubitans, quorum neutrum litterarum vestigiis INIVM (*in eum* B. dubitans) respondet. Disputavit de hoc titulo Krascheninnikow in Eph. Min. publ. instr. 1893 m. Jul. sect. class. philol. p. 41 sqq., qui adnotavit *gratum tumulum* (v. 4) esse neutrum. *crudelem* (v. 8) esse patrem, quia filios deseruit (Schmidt mavolt *crudelia* perperam sane), de qua locutione praeter id, quod attulit exemplum, iubeo conferri super. n. 423: (nati) crudelis quia deseruere patrem; *occupavit* v. 9 putat idem posse esse futurum, sed non urguendum.

**515.** VIII 14632 Simitthus

Cn. Domitius Cn. f. | Quir. Optatus, pius | parentibus raptus ab | ingeniost, vix. ann. XIIX | h. s. e. |

B 1577 2. *raptus ab ingeniost* esse frustulum carminis (iambelegum B.) monuit Mommsen ad tit. significarique puerum a studiis esse raptum, in quibus ingenium splenderet.

**516.** VIII 15361 Ksar ben-Talha

d. m. [s.] | Mallius M. fil. | Arn. Viator Opta | tianus p(ius) v. a. LXX | h. s. e. |

pió parenti státuit aram fílius
meritúmq(ue) honorem, séro quamvis, réddidit.

B 157 1. fort. *M. Aelius*, (*M. Allius* B.) quod et Schmidt in ectypo deprehendisse sibi visus est.

**517.** VIII 16572 Theveste

d m s |

A]emilia Donativa | v. a. I m. IIII d. XIII h. s. e. |

Digitized by Google

quae dúlcior vixít rosa
Turbo pat(er) et Designata | mat(er) fil(iae) fec(erunt).

B ad n. 1607

**518.** VIII 16674 vicinia Theveste

d m s | . . . . . . . . . ia . . . . . . | Paulina, v. a. | XXIIII h. s. e. | . . . . . . . . . . . . . . . . . [pater filiae] ka | rissimae fec(it) |

(haec) sóla in terris ómnibus
uno eódemq(ue) in die vítam adepta fúnctaqu(e) est.

B 160 2—4. *karissima et eo* | *sola in t. o.* emendat iungitque Buecheler, ut plenus fiat senarius v 3; 5. die natali suo defunctam esse Paulinam recte vidit Buecheler.

**519.** VIII 19606 Cirta

memoriae | Navigi, v. a. XIIII. | ut dulcis flos, filius | breviter frunitus a | nima, ut rosa, ut nar | cissus. parentes | Decem | ber pa | ter et | Peculia | ris ma | ter filio | pio digno fecerunt | fle(n)tes. | vultus | tuos in | tuendo | solacio | prestas. | habe | bis me | moriam | tra . . . . .

B 1607 4. 5.=solacium; *memoriam ultra* vel *m. eterna* B.—est carmen solutum.

**520.** IX 175 Brundisium

(dum vixi), Romanus nomin(e) sum vocitatus,
quem <di> manes properarunt eripere inmaturum,
quoius mortem acer[bum] dolorem tulit [pater].
laetus vixi [dum licuit; vivite,] nam [mors venit].

B 1572 1. 2. sunt hexametri male facti; 1 init. supplevi, nulla lacuna in lapide; 2. potest effici hexameter et alio modo, ut *quem eripere inmaturum di manes properarunt*; 3. 4. redolent sane iambos, sed praestat non attingere; 3.=morte.

**521.** IX 374 Canusium

Dasimia A. l. Syri[lla] | sibi et A. Dasimio A. l. | Primigenio f(ilio) *etc.*

quod fílios decuít <facer[e],> mater fecít filis.

voluit poeta senarium.

Digitized by Google

**522.** IX 510 Venusia

Eugamo | Pompeiae | Festae ser(vo) | Pompeia | Pelagia mater |

quod debuit filius matri.

**523.** IX 546 Venusia

. . . . . . . Octavi Nigri | servo |

sepulcrum ho]c infelices n . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . C]ommunis et | . . . . . Nice piissimo |

filio] et sibi pos(uerunt).

2. videtur fragmentum esse metro dactylico compositum, velut

sepulcrum ho]c infelices n[ato posuere];

traduntur in fine versus N || DIOVILL | , quibus quomodo utar, non perspicio; post v. 2 perierunt versus tres.

**524.** IX 678 Ausculum

Sex. Tussidio Felici | Tussidia Fortunata | et P. Cerrinius Felix | miserrimi parent(es). |

debuit hic ante miseros sepelire [p]arentes.

B 819 *hic pro se* requirit metrum.

**525.** IX 695 Herdoniae

C. Vergilius Maximus | et Anicia Apra C. Vergilio | Maximo f(ilio) pientissimo, | vixit ann. XVIII |

cui pópulus téstimónium réddidít

**526.** IX 700 Hyria

d m s

hic pater et mater posuerunt ossua nati.

B 824

**527.** IX 903 Luceria

. . . . . . . . . . . . . . . . [pergere qui]
properas, rog[o paulum re]
quiesce ante me[um tumulum: Caeliu]
s. Q. f. Firmus sit[us est hic; b]
is denos anno[s nondum ado]
levit, et mater sper[abat ab eo sepeliri c]

Digitized by Google

ondique: eń su[bito puerum de gremio]
matris erip[uerunt Par]
cae cru[deles]

B 1591 potest sane auctor tituli etiam ad hexametros adspirasse, sed male descriptum temptare nolui explevique non nisi exempli causa; iustum carmen restituere B. conatus est; cuius supplementa cum nostris passim congruere video.

**528.** IX 955 Aecac

Pierini, Gaviani | servae, vixit | ann. XXIIII, infelic(i). |
qu]od decuit filiam [f]acere, fecere parent[es].

**529.** IX 994 Ager Compsinus

. . . . . . . . . . . .

quod fili facere debuerunt, pater fecit filis.

restituit Mommsen pessimo apographo usus.

**530.** 1064 Ager Compsinus litt. antiquioribus.

N. Seppius A. f. Secun(dus) | Cr[i]tia P. f. Polla | Seppia N. f. Posilla |
quod décuit facere filiam paréntibus,
maestí parentes suaé fecerunt filiae.

B 169 3. 4. similes titulos aliquot comparat Buecheler ad n., apteque laudat Cic. Cat. M. 84.

**531.** IX 1446 Aequum Tuticum litt. elegantibus.

P. Salluvius P. f. Rufus et | M. Salluvius P. f. Cogitatus |
P. Salluvio P. f. Rufo patri et | Salluviai P. l. Italiai matri |
memorés pietatis filii paréntibus

B 159

**532.** IX 1730 Beneventum

A]eliae T. f. Proculae | vixit ann. XVI |

. . . . . . . . . . . .

misérrimi paréntes filiaé

**533.** IX 1757 Beneventum

d m | M. Aurelio | Herculano | . . . . . . . . filio dulcis | sim(o) |
cui mors acerva cessit

Digitized by Google

2.=acerba; suppletur senarius sic fere *cessit, hoc tumulo iacet.*

**534.** IX 1817 Beneventum

M. Ennius M. l. Macedo sibi | et Polliae Syntycheni | Enniae Iucundillae |
quicumque Albana tendis prope[rasque viator],
paulisper celeres siste rogate pedes,
neu grave sit tenerae cognoscere fata puellae
neu grave sit nostra morte dolere sini:
bis mihi iam senos aetas impleverat annos
spemque dabat thalami [munere posse frui],
cum mors festinans crescentis [abstulit annos]
flevit et adsidue maestus uterque parens.
nunc ita in aeterna requiesco se[de sepulta]
et finem fati conqueror ipsa mei.

B 1055 1. *properare* de Vita; *properasque* Garrucci adprobante Buechelero; ad sent. cf. n. 1269; Mart. XI, 13; 4. SINI traditur; *tibi* Mommsen, *simul* Buecheler; est fort. genet. sg. ut *senati*, constructus sicut *dolere animi* simm.; 6. *coniugiumque viri* Verusius, Nicastro; sic vel *progenieque novae* exempli causa supplevit Buecheler; *florida virginei* Garr.; 7. 9. «sic fere Nic(astro) explevit»; Ov. Met. X, 24 *crescentesque abstulit annos* iubet conferri Buech.; 8 fin. cf. VI, 6819. 10097; 9—10. de sensu cf. *Church*, Beitr. p. 54.

**534a.** IX 2045 Beneventum

infelix fatum: prior | debui mori mater.

metrum italicum adgnovit *Zander* VIA. p. 76.

**535.** IX 2425 Allifae

si non fatorum praepostera iura fuissent,
mater in hoc titulo debuit ante legi.

B 1479 cf. X, 461, et B. ad tit., de formulis *in hoc t., hoc t.* simm. egit *Church*, Beitr. p. 84.

**536.** IX 2616 Terventum

C. Po]mpo[nio M]arcel[lo, ela]tus est [an]nis duo[bus, *etc.*
quo]d ni[si] fatorum praeposte[ra] iura fuissent,
[h]ic pa[ter] et mater debu[it] ante legi.

B 1481 2. *quo]d ni[si]* proposuit Bormann; reliqua facile supplentur collatis titulis IX, 2425, X, 461, simm.

Digitized by Google

**537.** IX 2825 Trebula

. . . . . . . . . . .

fuit ómni]bus suvís dulcissimús,
iucúndius] hoc pueró nihil fuít:
mors átr]a eripuit á parentibús.

B 75 1. *fuit* et 3. *mors atr]a* supplevi ego; carmen concinnavit Buecheler hoc modo:

dum vixit, omni]bus s. d.
formaque egregium magis] h. p. nil f.
quem mors acerb]a er. a p.

**538.** IX 3058 Interpromium

Iuniae M. f. | Iucundae . . . . . infelicissimi parentes | pientissimae filiae | *etc.* vix. an. XVI me. VIIII d. du(obus) |
cot fata propostera fuerun[t],
debuit in ho(c) titulo mater ante legi.

B ad n. 1479 3. litterarum NT usitatissimam contignationem tam male incidit quadratarius, ut N simplicis speciem prae se ferat; 4. *ho* lapis.—3. 4. archet.: quod nisi fatorum praepostera iura fuissent,
mater in h. t. debuit a. l.

**539.** 3071 Interpromium

siste gradum, quaeso: sine, te levet umbra tenacem,
hospes; iter durum est: quid teris usque via[m]?
audi pauca: moram faciunt mea dicta laboris,
sed memor haec imo pectore conde tuo.
crudeles divi, Stygias quicunque paludes
incolitis, nulli qua datur ire retro,
quid vos immatura iuvat, quae vestra futura est
post modo consumpto tempore turba [s]uo?
fletibus adsiduis luget m(a)estissima mater,
quae prior occidere, quam naiamira dari
igni debuit, ut superi pia fata tulissent,
et pater hoc titulo debuit ante legi.
his ergo mea dicta refer: desista(n)t humatam
ulterius lachrumis sollicitasse suis;
sum defleta satis; finem decet esse dolori:
qui semel occubuit, nulla querella iuvat!

B 1212 1. *viae* traditur, emend. Lachmann; *quod-viae* corr. Buech.; 3. *labores* traditur, emend. Lach.; 8. *tuo* traditur; corr. idem; 9. *mestissima* traditur;

Digitized by Google

10. *occideri quam naiamira dari eigni* traditur; *quae prior occidere et quam sua nata dari* | *igni debuit* Lachmann; *quae pr. occidere et quam modo nata* vel *inmatura dari* | *i. d.* Buecheler, vel etiam *quae pr. occidere et quam mea membra dari* | *i. d.* idem.; 13. *desistat* traditur, corr. Buecheler: *dic sit sat* vel *dic sat sit* idem cum Lachmanno; ceterum pessime interpolatam esse multis locis inscriptionem opinio est Mommseni probante Buechelero.

1. *tenacem* non *gradum*, sed *te eundi*, *viae*, cf. v. 2 fin.; 7. 8. *turba* est Vocat. Buechelero pro *vita*, qui censet *tuo* recte se habere; 10. fort. *quam natae membra*; 11. *ut*=si; 9—11 alio archetypo usus tenorem conturbavit poeta; 14. *sollicitare* archet.—Ad v. 5 Tibull. I, 4, 35; ad v. 9 epl. Sapph. 153 iussit conferri Buecheler.

**540.** IX 3184 Corfinium

Q. Caecilio | Q. f. Pal. Optato | vixit an. II me. VI | *etc.*
parentes piissimi posuer(unt) | *etc.*
hic iacet Optatus, pietatis nobilis infas,
cui, precor, ut cineres sint ia sintq(ue) rosae.
terraq(ue), quae mater nunc est, sibi sit levis, oro,
namque gravis nulli vita fuit pueri.
ergo, quod miseri possunt praestare parentes,
hunc titulum nato constituere suo.

B 1313 3. vitavit *pietate*; redit eadem formula IX, 6409 *a*; 4. *ia* redeunt super. n. 78.

**541.** IX 3280 Corfinium

si [non fatorum] p[raeposte]ra iu[ra] fui[sse]nt,
mater [i]n [h]oc titul[o deb]uit ante legi.
vixit a. II m. II d. VIII
attulit hunc n[obis luctum] mors [sa]e[v]a [puel]lae.

B ad n. 1479 1. 2. solitam formulam restituit Mommsen; idem v. 4 proposuit *attulit hunc*; reliqua explevi ego; titulus non tantum aetate, quantum describentis incuria damnum passus est.

**542.** IX 3321 Superaequum

L. Aufidio L. f. | Plauto |
quot pár parenti fúe[r]at faceret filius,
mors inmatura féc[it] mater fáceret filio.

B 167

Digitized by Google

**543.** IX 3488 Peltuinum

d m s | T. Sextio [I]uvenali . . . . . . filio dulc[is]simo . . . .
qui [vi]xit annis XXIII p. m.
fe]cimus hunc tit[u]lum myseri dul[ci]ssimo nato,
ut [d]oleat plus [lux], donec mors [fi]niat una.

B 605 4. sic Buecheler; minus placet *nos*.

**544.** IX 3845 Antinum

d m | Variae Montan | ae
quod pár parenti fúit facere filiam
mors ínmatura fécit, ut facerét <infelix> parens.

B 165 2. exspectes *fuerat*.

**545.** IX 3881 Supinum

Victori, qui vix. an. XVII mens. VI | Victor pater filio caris-
sim(o) | b. m. p. et sibi,
cui reliq(uit) lacrimas.

3. ex metricis.

**546.** IX 4437 Scoppito

d m s | L. Aegnatio Felici | qui vixit annis | XXVII P. Atrius
Terti | us discenti bene de | se merenti,
cuius si tam properantia fata non fuissent,
mater in hoc titulo debuit ante legi.

B 1488 3. cf. add.; corrige *cuius si non tam pr. fata f.*

**547.** IX 4744 Reate

. . . . . . . . . l. Chila |
aetatis decimus vix me suscep]erat annus,
et cinis en tumulo hoc conteg]or exanimis!
infantis viguit mens tunc mea mo]re virili,
sed placuit miserum destituisse] deis!
quod nisi fatorum properasset pergere] cursus,
fecissem tumulum hunc dulcibus] ante meis.
nunc pater et mater nato fecere sepulchrum,
ossaque funestis fletibus adluerunt.
sed quoniam multi talem sensere dolorem,
nec quisquam leti vincere vim potuit,—

Digitized by Google

desinite extinctum, dulces, me flere, parentes,
desinite et fati tristia iura queri!

B 1211 1. I. CHILA traditur: «requiritur F vel L», Mommsen; 2—7 explevi ad sententiam, et quidem v. 2 collato titulo IX, 5566; v. 5 usus titulo IX, 4810; *osa* traditur.—Ad v. 10 Tibull. II, 4, 7; ad v. 12 Catull. 64, 400 (Muell.) iubet conferri Buecheler.

**548.** IX 4756 Stroncone = XI 4188 Interamna

L. Licinius Priscus et Fabia Euplia | L. Licinio Severo
filio pientissimo | parentes |
de genitore mihi domus Umbria, de genetrice
Ostia: Tybris ibi vitrius, Nar hic fluit albus.
ille ego, qui vixi bis deno circite solis,
flore genas tenero vernans et robore pollens,
miles eram, sum deinde cinis de milite factus;
nec solum hoc, quia me rapuit, fatum male fecit,
quod pater ac mater plangunt, hoc plus male fecit.
factum est: excessi, spes et fortuna valete;
nil amplius in me vobis per secla licebit;
quod fuerat vestrum, amisi; quod erat meum, hic est.

B 409; corr. p. 855 3. *genitrice* traditur; 4. *vitrius* lapis videtur habuisse, non *vitreus; cluit* exemplum alterum; 5. *circile* trad.; corr. Metellus, Burmann; 10. *actum est* (*actum est. hac lucst* exempla ambo) probatur B-o; cf. n. 1297; *factum est* corr. Bormann; 21. *amplius* trad.; *iam plus* Lilius, Reinesius, B.; idem ex. alter.; 12. cf. XIV, 3945.

**549.** IX 4933 Trebula Mutuesca aet. Sullanae

Posilla Senenia Quart(ae) f., Quarta Senenia C. l. |
hospés, resiste et pá[rite]r scriptum pérlig[e]
matrém non licitum ess[e úni]ca gnatá fruei,
quam nei ésset, credo, nésci[o qui] inveidít deus;
eam quóniam haud licitum [est v]eívam a matre ornárie[r],
post mórtem hoc fecit aéq[uo]m extremo témpore,
decorávit eam monuménto, quam deiléxserat.

B 54 4. *nesci[us i]nveidit* Garrucci; 6. *aeq[uo]m* Garrucci, *aeq[um]* Ritschl.

**550.** IX 4941 Trebula Mutuesca

praeteriens, mone]oque pet[oque, resiste, viator]:
iste lapis non magn]us en Marii [tegit ossa].
iam dulcis genetrix] o, desine f[lere sepultum]:

Digitized by Google

casus enim ille mis]er quoc[irca contigit uni]
non tibi: torquentu]r [reges quoque funere nati].

supplevi quatenus sensum adsequor.

**551.** IX 5012 Cures 359 p. C.

eheu, quos fletus retinet crudele sepulcrum!
da, lector, lacrumas et duro flectere casu:
hic est Simplicius nam funere mersus acerbo,
indole sublimis, morum gravitate colendus,
praeclarus studiis, primis deceptus in annis,
qui cum ter q[uinos nondum compleverat annos],
ultra annos sapiens, praeceps fata invida raptum . . . .
de cuius spe promittens sibi plurima mater
immeritos potius suscepit casta dolores,
nec valuere preces, quas fuderat anxia caras.

B 649 3. fin. clausula Vergiliana Aen. XI, 27; 6. suppl. de-Rossi; *cum te pu[ro concepit pectore, Christe*]. *ultra a. s. pr. f. invida obibat* Buecheler; ego post v. 7 intercidisse puto versum integrum talem fere: *de gremio matris puerum abripuere maligne*; 10. *anxia curis* vel. *a. cura* reponi mavolt Buecheler; cf. tamen *Weyman*, l. c. p. 545.

**552.** IX 5038 Hadria

Terminiae | Q. f. Sabinae | Brittia Sabina | mater p(osuit) vix. a. XXVI |
quod pár parenti fácere fuerat fíliam,
mors ímmatura fécit, ut facerét mater filiae.

B 166 4. fin. *ut faceret parens* vel *pater* recte reponit Buecheler; cf. n. 542.

**553.** IX 5041 Hadria

. . . . . . . . . . . . . .
Anteroti [vir]o et C. Vicirio Epafro | dito filio et Celeri nepoti viva fecit |
quid tua commemorem nimium crudelis iniqua
fletus et casus quid facis inmeriteis?
hic puer infirmeis etiamnunc viribus ut quoi
octavom ingrediens sidera conficerent.
hoc viduis munus—mors invida, fallere cogis!
ne[pos] ut faceret, aequius hoc fuerat.

B 984 disputavit de carmine Krascheninnikow in Eph. Min. P. I. 1892 m. Nov. et Dec. sect. phil. class. p. 73 sqq.—1. deesse versum vidit Mommsen;



Digitized by Google

*vir*]*o* Kraschen., *su*]*o* Sorrichius; 4. 5 iunctura satis confusa; construendum videtur sic fere: quid commemorem, crudelis, tua nimium iniqua. quid facis immeritis fletus et casus? 6—7.=*ut quoi oct. ingredienti* (annum) *sidera conficerent* (vitam), explicat Buecheler; mihi videtur supplendum *octavom ver* vel simile quid; ceterum apte confert Krasch. C. I. L. Suppl. Ital. 1305: *octavo ingredie*(*n*)*s animam deposui*; 8. 9. *hoc viduis munus* (*m. i. f. cogis* | *neimis!*) *ut f. aeq. h. f.* Kraschen.; *hoc vibus — nobeis ut f.* Buecheler; fuit fort. NEPOS VT in lapide; *neptis uti* corr. Sorrichius, quod si ita esset, nepotis uxor esset intellegenda; *nepos* tamen pro *neptis* usurpari in Africa adnotavit *Kübler*, Arch. f. l. L. VIII, p. 173; *hoc viduaest munus m. i. f. c.* | *hei mihi uti f.* Leo nimis quaesite.

**553a.** IX 5167 Truentum

d m | Pub[l]ici Augusta | lis fili, cuius pie | tatem et dulcitu[d]inem memores pa | [rent]es quamdiu | [vivent ad] supraem[um] | [tempus] . . . iulii |

metri iambici passim vestigia.

**554.** IX 5328 Cupra Maritima

[quod pár parenti fúerat facere fílium,
mors ímmatura fécit], ut facerét p[ater].

suppletur ex n. 5407 eiusdem vol.

**555.** IX 5401 Firmum Picenum s. II p. C.

L.] Marcio Frugi | . . . . Marciae L. f. Cypare |
n]on te, qui properas viator ire,
tr]istes endecasyllabi tenebunt.
quit credas, homo, tempori futur(o),
p]aucis hic tibi casus indicabit.
d]ulci pondere cum gravata [m]ater
incluso utero decem k(alendas)
ga]udebat pueri ededisse partus,
vo]tis iamque pater deos rogabat,
ut [p]rimos pueri videret annos,
mox cas[t]ris iuvenem daret legendum,
for[t]una dum magna studet aemulare
[spem fatum subito diremit omnem].

B 1514 2. *n*]*on te* Mecchi. *sp*]*onte* Thilo; 7. *decem k.* lapis; 8. *partum* mavolt Buecheler; 12. ‹debebat scribi: *dum magnam studet aemulare famam*› Buecheler in Corp.; *facta dum magna* id. in Anth. s. n.; *fortuna magna* sunt accusativi; 13. exempli gratia supplevit Buecheler; lapis infra integer

Digitized by Google

**est; mortis autem imaginem hac parte sculptam deficientis versus locum tenere putat idem.**

**556.** IX 5407 Firmum Picenum

d m ¦ Sp. Saufeius Sp. filius | vixit ann. VI mensem I dies quinq(ue) |

quod pár parenti fúerat facere filium,
mors ímmatura fécit, ut facerét pater.

B 164

**557.** IX 5557 Urbs Salvia

C. Tu]rpidius C. f. Severus f(ilius) v. a. XVI |

par]éntibus praesídium, amiceis gaúdium
po]llícita pueri vírtus indigne óccidit;
quoiús fatum acerbum pópulus indigné tulit
magnóque fletu fúnus prosecútus est.

B 69 4. 5. est solita *turba* vel *pompa comitans.*

**558.** IX 5629 Septempeda

. . . . . vixit a . . . .

monuméntum maerens máter fecit feíliae,
quae nunquam laesit matre[m].

B 153 3. post *matrem* nihil videtur fuisse in lapide; *dum in vivis fuit* supplet Buecheler ad metrum.

**559.** IX 5771 Ricina

d m | Geneiae | Successe ¦ filiae dulcis | simae, quae | vix. ann. XI die. | XXX |

hoc pat(er) infelix posuit pie nate merent(i),
et mater similem <lachrimis> titulum sue pellici iunxit.
quod fília patri fácere debuer(át),
mors ínmatur(a) féc(it), ut facerét pat(er).

B 1546 cento ex archetypis duobus concinnatus v. v. 3. 4. et 5. 6; 3.=piae natae; 4. abundat *lachrimis*; *pellici* hoc loco videtur miro sane modo a *pelliciendo* esse dictum idemque fere valere atque *deceptrix*, quod passim occurrit, velut X, 2601.

**560.** IX 6281 Beneventum

hic sit[us est Hermas . . . . . v. a. XX]I m. V[IIII] . . . .
prima iuventa fuit [forma specieque decora].



Digitized by Google

dum varias cupit spec[ies] museo figere in alto,
decidit et Hermas: hoc nunc est pondere clausus,
aeternasq(ue) lacrimas reliquit Carpo parenti.
qui vixit ann. XXI m. VIIII | dieb. XX; Carpus
coloniae (s.) | pater infelicissimus fec(it).

B 462 1. quadratarii fortasse sive eius qui titulum composuerat culpa hoc etiam loco aetas defuncti inserta est; *cu]i mu[searia ars et]* suppl. Buecheler; 2. non capit lacuna supplementum quod proposui: puto tamen versum unum post v. 2 excidisse, quod hexametri 3. 4. 5 binos in titulo versus capiunt; 3. *spec[ies]* suppl. Mommsen, qui et defuncti nomen v. 1 restituit; *cupiit* legendum monet Buecheler; 5. reponit idem *aeternum volnus liquit lacrimasq. parenti.*—fuit musivarius qui de suggestu decidit; cf. Stat. Silv. I, 5, 42: effulgent camerae, vario fastigia vitro in species animata nitent.

**561.** IX 6306 Allifae

lil
matri n
fecit ut fac
uit facere
mors efifc
pat

B ad n. 171 sunt disiecta membra (1. 2. 4. 5. 3. 6) noti archetypi:
quod filius matri (vel patri) debuit facere,
mors (immatura) effecit, ut faceret mater (vel pater),
sed sine dubio falsa est.

**562.** IX 6315 Ortona

Sex. Ninnius M. f. | Buticus, aus | [*periit nomen puellae*]
ereptam e gremio qum ia[m sibi posceret Hymen]
finissetque] diem nuptis, faxs altera morti[s]
[inluxit prior et sponso matrique puella est]
erepta atque patri: namqe infan[dum procul absens]
hic quoque in auditu sentiet ips[e malum].
patris amore locum] desiderioque tenentes
conceleb[raverunt funus cum matre propinqui]
[muneribusque] ipsi certant titulum hunc celeb[rare].
[at vos, scriptores, huic] parcite: [ni] parcites,
credite mi: ne[mo titulis vos concelebrabit!].

B 383 lapis integer est: recte vidit Mommsen carmen in altero lapide iuxta posito continuari; supplendi periculum fecit Buecheler, egregie ut solet: minus tamen placuit id quod vv. 10. 11 proposuit: [at vos, o Manes, his]

Digitized by Google

parcite: n. p., cr. mi, ne[mo referet sollemnia vobis]; praestat enim de scriptoribus otiosis intellegere extremam carminis partem, qui vetantur. ne nugas suas monumento inscribant; quare supplevi ut supra: cf. tamen *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 7.

1. nomen defunctae fuit fortasse *Nimia Sex*. (vel *M.*) *f* . . . . . .; 3. nuptis=nuptiis; 6. *inauditu* retinet B., quasi *indauditu*; 10. parcites=parcetis.

5—8 mutavit in Anth. Buecheler hoc modo:

erepta a. p. n. infan[dum heu cito volnus
hic q. in a. s. ips[e procul;
sed luctu raptam] d. que t.
conceleb[raverunt funus pro patre propinqui.

**563.** IX 6318 Teate Marrucinorum

. . . . . . . . . . . . . . . .

ipse pa[ter maestus titulum] sculpsi puero [isti|,
qui miser in piscina p[eriit]; | vixit annis
III mens. VI |

B 1643 1. *pa[ter infelicissimus]* supplet Mommsen; videtur tamen heroicus esse versus, ad quam formam restitui; *i. pater lacrimans sc. p. monumentum.* B.; 2. *p[eriit]* supplevit Mommsen; *interiit calidā*, B., ut fiat distichon.

**564.** IX 6409a Corfinium

d m s | C. Lucceio | Vetedino | qui vixit annis | quinque dies XVIII |
hic iacet Vetedinus pietatis nobilis infas,
cui tanta [ob merita hunc titulum fecere parentes].

B 508 3. IIETATIS lapis; 4. editur lapis ut integer; non igitur a quadratario perscriptum esse videtur carmen, quod supplevi ad sententiam.—3. redit nomine mutato IX, 3184.

**565.** X 126 Tricarico

[d] m | M. Annio, vixit annis XVII m. VII | M. Annius Hilarus filio pientissimo,
cuius si fata fuissent,
hic titulus debuit esse ante legi patris.

B ad n. 1483 «videtur titulus caecis hiatibus laborare, et in iis cognomen defuncti intercidisse: praeterea sic fere restituendum esse: *cuius, si fata [aequa] fuissent, hic titulus debuit esse [nec] ante legi patris*», Mommsen ad tit.; est titulus sine dubio corruptus ex archetypo fere tali:

. . . . . cuius si fata fuissent, (scil. *magis aequa*)
hic titulus patris debuit ante legi; cf. n. 567.

Digitized by Google

**566.** X 391 Ager Atinas

d m | M. Manilio Fortu | nato, filio dulcissi | mo incomparabili et
omni pietate repleto,
v. a. XXI m. V; Fortunatus | et [Ma]ni[l]ia par(entes)
po(suerunt).

3. est clausula hexametri.

**567.** X 461 Buxentum

d m | L. Sempronio | L. f. Pom(ptina) Prisco | aed(ili) duovir(o) | des. v. a. XXV | men. VII |
si non ante diem crudelia fata fuissent,
hic pater et mater debuit ante legi.

B 1484 cf. n. 565.

**568.** X 1206 Abella

Pompeiae C. f. Rufae, | matri Tironis; | proba et sancta,
cara su[i]s vixit.

2. solitum exordium; n. 734. 1122.

**569.** X 1275 Nola

. . . . . . Fisio Sereno | Rutilio Caesiano | II viro, auguri,
vixit ann. XXXI | mensib. XI diebus XVIII |
iuenis Sereni triste cernitis marmor,
pater supremis quod sacravit et frater,
pietate mira perditum dolens fratrem,
quem flevit omnis planctibus novis turba,
quod interisset forma, flos, pudor simplex.
dole, meator quisquis hoc legis carmen,
et, ut meretur anima, lacrimam accomoda.

B 213 9. *lacrimam adsperge* mavolt Buecheler ad metrum, nil tamen mutandum esse monet.—lusum verborum passim attende: v. 3. 4. 7. 9.

**570.** X 1303 Nola

dis m | Florae, vix. | ann. XX mens. VIII | dieb. XXV, privignae Silvani, mater filiae spei bonae.

3. metrum iamb. casu fortasse.

Digitized by Google

**571.** X 1315=4684 Nola

d m s | L. Naevio . . . . . . . . . .
conditus] hic [iaceo], deceptus [flore iu]vent[ae]:
Naevius ante obitum fueram, dum] vita m[a]neba[t];
casus] nec ullos [nisi mort]em pertu[l]i: tantum
liqui dolore malum lacrimasque parentibus aevo.

B 821 sub n. 4684 editus est titulus e Zonae apographo manco graviterque corrupto; est tamen ubi paulo plus legerit, quam Brunn, cuius apographon et ipsum non omni ex parte perfectum editum est sub n. 1315; versum unum vel duos etiam Brunnio excidisse prae tituli scilicet valde evanidi natura non mirabor; extrema verba (v. 5) hexametrum efficere iam Mommsen vidit; cetera restitui ad sensum; 5. *aevo*, cf. V, 4445; VI, 18149. 23083; XII, 942.

**572.** X 1760 Puteoli

d m | Q. Valerio Felici | . . . . . . pater fecit b. m.
sed is mihi debuit facere,
quam senectae meae dolum relinquere.

2. 3. nota formula pedestri fere sermone posita; *dolus*=dolor, cf. Georges. Lex. d. lat. Wortf. col. 226, et III, 1903 *dolum habere*=dolorem habere, dolere.

**573.** X 2496 Puteoli

non sufecerat uno dolore miseros bibere parentes,
quod iam unam natam omiserant ante:
ecce nunc et aliam saepelitam uno dolorem,
quod iam prope nupptum myserae defunctae sunt ambae.
set qui dolor abs te nobis, Harmonia Rufina, relictum est,
ut annis XIII m. VI d. XXVI nobiscum advixeris una!
et nos optamus ad vos properare parentes:
ego, pater Harmonius Ianuarius cum bestra matrem,
que gemuit, vibet et dolet, Clodia Trophime;
nec dubitamur enim vita carere m[ox nostra].

B 613 qui titulum composuit homo plebeius, carmen heroicum sibi visus est composuisse, quod vel inde perspicitur, quod singuli versus foliolis hederaceis distinguuntur, tum quod vv. 6. 7. taliter qualiter in hexametri formam coguntur. v. autem 10 si legas:

nec dubitamus enim vita concedere nostra.

3.=alia sepelita uno dolore; 8.=cum vestra matre; 9.=quae gemit (*gemuit* a *gemuo*=*gemo*) vivit et dolet; 10. fin. MC legit Janssen, M ceteri; supplevi ego; elegantius quam verisimilius *m*[*orique*] Buecheler.

Digitized by Google

**574.** X 2712 Puteoli

d m | M. Mario Proculo, | vix. ann. III mens. IIII d. VIIII | *etc.*
si non fatorum praeceps hic mortis obisset,
    mater in hoc titulo debuit ante vehi;
<et tu,> praeteriens, dicas: «<Procule,> sit tibi terra levis!»

B 1482 2. suppl. *diem*; 3. fuit in archetypo *legi,* ut vidit Burmann.

**575.** X 2752 Puteoli

heic sita est Ni[m]isis,
    quae castum corpus ditulit ad cinerim;
quam pater ac mater cupide servare studebant:
tertius ac decumus invidit lumina vesper.
        «dulcis, vale!»—«mater, peri!» dicit filia.—
            «dulcis, vale!»—«ave!»—«et tu!»

B 1053 1. nihil deest in lapide; requiritur solitum *primis defuncta sub annis*, vel *in flore iuventae*, simm.; 5. 6. *dulcis vale* iteratum a matre; *peri*=perii; *ave, et tu* solitum diverbium sepulti et legentis; *dulcis vale mater—peri(i) dicit—filia dulcis vale* disposuit Buecheler. qui putat archet. fuisse fere tale: *cara vale mater, filia cara vale!*—Ad v. 4 confert idem Verg. Georg. I, 251: *accendit lumina vesper*, aegrotandi diem letiferum recte intellegens.

**576.** X 2872 Puteoli

d m | Pomponis: | Crescenti, | Rheno, Danuvio | nepotibus | et Euphrate, patri | eorum *etc.*
    qui me non merentem procupavĕrunt.

4.=praeoccupaverunt.

**577.** X 3050 Puteoli

di(s) m | M. Valeri M. f. | Cl. Lupi | qui vixit annis | XVII m. XI d. XI | M. Valerius | Beryllus p(ater) | filio piissimo |
hoc natum tumulo pi[etas] p[a]up[errim]a texit,
    dignum maiori quem coleret titulo.

B 1172 2. M. F. CL. Mommsen; MECI apographon; 3. *Beryllus* idem, BERYLIVS apographon; 4. PIIINPAVPIMLILA legit Mommsen in apographo; restituit Buecheler, qui olim dederat *paupercula*; ib. *texit* et v. 5. *maiore* reposuit Mommsen pro apographi corruptelis; *maiori* legit Buecheler in lapidis exemplis.

Digitized by Google

**578.** X 3142 Puteoli

d m | Umbriciae Afiliae | Iustae . . . . . . . pa | rentes filiae incomparab(ili) |
quod fi(li)a parentibus facere debuit,
mors intercessit: filiae fecerunt parentes.

B ad n. 177 3. *fia* lapis; transpon. *quod filia* (melius *nata*) *facere d. p.* | *mors int. filiae fecit pater.*

**579.** X 3148 Puteoli

annos] dece menses sep[te dies]que sedece
plenos [tu]lit; mater <cabo> fecit [fil]iu minserino,
Urbica C[es?]tia cum suo piente mar[ito].

B 1826 2. recte interpretatur Mommsen: mater cavum (*cabo*=caro, B.) fecit filio miserrimo; titulum explevit idem; *annos* v. 1. addidi ego; congruit B.; possunt esse septenarii iambici male confecti; hexametris inseruit B.

**580.** X 3232 Puteoli

carpis iter gressu, rog]o, qui properante, [viator]
perlege pro]genitis haec [posuisse patrem].

B 1773 supplevi ego.

**581.** X 4183 add. p. 976 Capua

parbí sepulcrum córporis
paréntum non botís datu(m),
quod fáta properis cúrsibus
rapuére lucis úsibus.
si nómen queres quí leges,
mensém priorem cógita;
si, quí fecerunt, quéritas,
paréntes. dixi: súfficit.

B 222 2. *datu* lapis; *dat[i]* proposuit Buecheler de vera lapidis lectione certior nondum factus; 8. *parentes* lapis, *parentum* apographon Duhnii in Corpore editum (n. c.).—5. 6. *Ianuario* nomen fuisse puero dudum viderunt editores.

**582.** X 4362 Capua s. I in. a. C.

Cn. Taracius Cn. f. | vixit a. XX; ossa eius hic sita sunt |
eheu heu, Taracei! ut acerbo es deditus fato:
non aevo exsacto vitai es traditus morti;

Digitized by Google

sed cum te decuit florere aetate iuenta,
interieisti et liquisti in maeroribus matrem.

B 362 4. *floreri* lapis; 5. cf. X, 310: mater quem miseram reliquisti.

**583.** X 4486 Capua a. f. 366 p. C.

[hic est positus i]nnocens [O]nensimus;
iam etenim parvulus ipse humanus omnibus erat;
qui cum ingentib(us) luxuriis laetaret, repente
raptus est mihi.
qui vixit ann(um) | men. X d. XVIIII |

B ad n. 211 1. 4. clausulae iambicae; 3. *laetare* cf. *Georges* Lex. d. lat. Wortf. col. 377.

**584.** X 4692 Cales

d m s | Tuppuriae Sex. f. | Priscae, vix. ann. | XXVIII m. VI d. XXIII |
si non fatorum praepostera fata fuissent,
parentium hoc titulum debuit ante legi.

B ad n. 1479 3. requiritur *pr. iura;* cf. n. 588; 4. init. *pătris, mātris*; *titulum* generis neutri, ut passim.

**585.** X 4728 Ager Falernus

d m | M. Cocceio Nepoti | Cocceia Celerina | mater filio | rarissimi exempli | pietatis erga se fecit, | qui hospitio lucis | fruitus est | annis XXXVIII m. IIII |
quem non virtutis egentem
abstulit <a luce> atra dies et funere mersit acervo.

B 813 5.=acerbo; Verg. Aen. XI, 27; VI, 429; cf. XI, 1800; XII, 2175b; XIV, 3333 simm.; exempla congessit *de Rossi* Inscr. Chr. Rom. II p. IX.

**586.** X 4993 Venafrum

Servilia C. l. Hilara | viva sibi et suis fecit |
hunc [R]ufum [su]avem amisit lectissima mater,
ut vita insontem, sic pietate bonum;
amissum luxit, lugebit et usque sepultum,
nec nisi [cu]m fuerit, desinet esse dolor.

B 1230 2. confert Buech. Verg. Aen. IX, 272: *lectissima matrum corpora*; sed videtur dictum esse pro *dilectissima, amatissima* solitis; 5. *cum fuerit* h. e. cum *esse desierit*, ut saepe *fui=esse desii.*

Digitized by Google

**587.** X 5020 Venafrum

tu, qui praeteriens legis hoc mortis monimentum,
aspice, quam indigne sit data vita mihi:
(quindecim) annorum Quint[o] dulcissima vixsi,
in sexto <et decem> ascendes deposui hanc anima.
nuc [mor]or in tenebris deserta luce [per]acta:
hoc omnes veniunt; [vi]vere disce. vale!

B 1084 cf. X, 4428, sylloges huius n. 1155 qui huc aliquatenus pertinet. et n. 1126; 3. XV lapis; *Quintus* erit pater puellae; annum intellegit Buech.; 4. (post *decem*) «potest deesse V littera vel O parva», Mommsen ad tit.; equidem puto nihil posse deesse.—4. *ascendes. anima*=ascendens, animam; 5.=nunc; lacunae expletae in Corpore, ut dedimus; *coacta* Buech.; 6.=huc.

**588.** X 5099 Atina

si non fatorum praepostera iura fuissent,
mater in hoc titulo debuit ante legi;
quae rogat, ut dicas motus fatalibus annis:
«terra sit haec Petali non onerosa, precor!»

B 1480 1. 2. cf. X, 2712. 4692; 4. cf. Ovid. amor. III, 9, 68: et sit humus cineri non onerosa tuo.

**589.** X 5153 Alvito

L. Seppi L. l. Principis, | vixit annos XXII |
nolí dolere, máter, factuí meo:
hoc témpus voluit, hóc fuit fatús meus.

B 148 2 fin. h. e. *quod feci*, cf. super. n. n. 405. 430; non tamen recte comparat Buecheler mulionis exclamationem *iste mulus me ad factum dabit*, de qua dixi in sylloge «στέφανος» in honorem Theodori Sokolowii, p. 58: confundi putat *factum* et *fatum Hartel*. Arch. f. l. L. III, 21; cf. *Huemer*, ibid. p. 548.

**590.** X 5495 Aquinum

Manlius hic situs est Montanus, raptus iniqua
femineaque manu; insperans incidit aetas.
fas erat, ut potius natus pia funera nobis
penderet et dignos coleret manesque patresque,
si Fortuna pie servasset vota parentum.

B 376 1. 2. de Parca non cogito; est fort. *saga manus*. cf. Petron. c. 63 (42, 22 B[3]); 2. mavolt Haupt *concidit*; 4. *patres* parentes seu potius deos eorundem; 5 fin. cf. *Weyman*. l. c. p. 585.

Digitized by Google

**591.** X 5631 Fabrateria Nova

quem cernis, titulo ho]c de[corat maestus monimentum]
heu! natae mise]rae g[enitor, pro tempore raptae].
concessa est non l]onga s[atis mihi vita puellae],
cuius vix aet]as ter den[os contigit annos],
nec merita]e invitae d[ata sors lacrimanda per aevum];
votaque vix fuerant] kari complet[a mariti],
cum me Par]ca potens mise[ram demisit ad Orcum].
finis done]c adest rebus lu[xque alma recedit],
conlacrimabitur usq]ue meis miserab[ile fatum!]
nunc genitor]que mater<que> miseri [luctuque soluti]
maestus avusque] bonus flent pign[us morte peremptum],
inrigant fletuqu]e genas sine fine [madentes].
a, male! amant]i fata obstant, n[e kara revivat]:
num pietate move]bis Tartara nigr[a querendo],—
sit licet hoc lacrimis] dign(um)—de coniuge a[missa?]
exornet funct]am cum gloria, qua[e mihi parta est],
kare, dolor]em mulcendo rogi[tare remitte],
post fatum deus ut me aliqui]s redducat ad aur[as].

B 1631 10. | Q. MATERQ. MISERI | traditur; pessum datum est omnino metrum; 11. ELENT traditur; item v. 14 | . BIS et v. 15 | DICN.; supplevi carmen mediocre exempli gratia; 11. *pign[ora adempta]*; 12. *sine fine [madentes]*, 14. *nigr[a]* et 18 *aur[as]* supplevit Nohl; 11. *pignora cara*, 12. *dolentes*, 17. *dolor quem mulcendo rogitamus*, 18. *ut deus hanc animam superas redducat ad auras*, B.—

Iam cum repertus esse dicatur titulus prope mausoleum, unde venit n. 5605: d. m. s. | Apidiae Iustinae, filiae dulcissi | mae, Fronto pater pos. | si ad eandem quis puellam referat, non dissentio.

**592.** X 5662 Frusino

d m | N. Clodi N. f. Pal. Proculini | decurioni coloniae Frusinatium |

ter de]nos annos Proculino fata dedere,
p]ro quibus hoc illi [perfe]cit vita parentum.

B 377 4 fin. confert Hosius VI, 17985 *a*, v. 3; Verg. Aen. III, 337; Hor. Od. IV, 13, 23; cf. etiam *Weyman*, l. c. p. 535.

**593.** X 5665 Frusino

N. Clodio N. f. An. Sabiniano | filio piissimo, N. Clodius Sabinus | et Flavia Hesperis parentes |

Digitized by Google

omine susceptus primo votisq(ue) parentum,
cum iam bis senos explesset floridus annos,
quinque etiam menses numero superante dierum
viveret innocuus, blanda pietate colendus,
occidit. heu, nimium celeres in funere Parcae,
vitali trepidos nato privare parentes
audetis, maestosq(ue) gravi circumdare luctu!

B 378 9. *mestosq.* vel *moestosq.* traditur.—4. 5. vixit igitur an. XII m. V d. aliquot.

**594.** X 5745 Sora

Oppia Caesiane mater féci filiaé meae
quod aéquom fuerat, filia hoc facerét mihi.

B 176 1. CALSIANE traditur, emend. Mommsen.—archet tale fere constituit Buecheler:
quod aequom fuerat, filia ut faceret mihi,
hoc inmature mater feci filiae.

**595.** X 5784 Cereatae Marianae

. . . . . . . . . . .]i Cassi . . . . . . .
nolí d]olere, g[énitor, eventúm meum]:
moriéndum]st, quan[do síc voluit fatúm meum].

B 1721 supplevi ego.—3. | SSTQVAN (*n* non tota) traditur; potest suppleri et hoc modo:
moriendum]st, quan[do sic dedit fatum mihi];
in hexametros redegit B. minus certos.

**596.** X 5798 Verulae

Q. Blaesio Q. f. Cor. Rufo | Q. Blaesius Q. l. Grupus pater | Vettia M. l. Salvia mater | filio
quod fácere fuerat gnátum par paréntibus,
genitóres eius acérba mors facere ímpulit.

B 168 antiquius ceteris eiusdem archetypi carminibus esse colligit Buecheler ex formis *gnatum* et *eius* monosyllabo.

**597.** X 5979 Signia

Basilius . . . . . . . | vixsit ann . . . . .
hic óbitus a[rca clúditur iuvenís miser]:
infélix feci, quí car[ui nató, pater].

B 1760 «lapis integer est; deest alter, quo versus continuabantur», Mommsen ad tit.

Digitized by Google

hic obitus a[nte patrem cubat, pater]
infelix feci, qui car[ui optimo filio], supplevit Mommsen;
hic ob. matri luctum patrique reliquit,
*vel:* hic ob. annis adiit florentibus Orcum:
infelix feci. qui carui genito.—Buecheler.

**598.** X 7527 Sulci

quem cernis, titulum maesti posuere] parentes,
amplexi postquam fixeru]nt oscula natae.
ex qua solamen dulce exs]pectare solebant,
erepta est miseris, atque] est sub terris imago.

B 648 supplevi ego.—2. *dederu*]*nt* Mommsen; NATNE traditur, corr. idem; 3. | PEHARE traditur: correxi ego; cf. n. 759; 4. IERRIS IMACO traditur, corr. Mommsen; in quinto pessimi apographi versu: | OFSPOTMIIPOCPΓNT (*ut* contignatis) non nisi POSVERVNT in fine perspicio, reliqua non intelleguntur.

**599.** X 8131 Stabiae aevi Hadriani

a, male! Parcarum dura de lege sororum
raptus, in his iaceo Telluris sedibus atrae,
bis septem minus ante dies, quam quinque per orbes
Solis Eoigenae complerem parvolus annos.
nomine Longinius, praenomine Gaius olim,
cui Proculus cognomen erat, nunc umbra nec umbra
subter humum positus mortis tegor ecce sepulchro.
nec .minus et contra genetricis fratre creatus
quattuor hic annis exs quadraginta diebus
maior in aeternam mersit sua lumina noctem.
hic, meus ut frater, Stabiano litore mecum
conditur in tenebris, Acherontis labitur undis.
nunc tibi ne grave sit, felix quicumque viator,
dicere: «si sapiunt aliquid post funera Manes,
Antoni et Proculi molliter ossa cubent».

C. Longinius Priscus pater | trierarc(hus) cl(assis) pr(aetoriae) Mis(enensis) et | Licinia Procilla mater | filio dulcissimo |

B 428 3. 4. h. e. diebus XIV minus quam annos V; 4. *Eoigena* ἅπ. εἰρ.; 6. *nec umbra*, h. e. *cineres ossaque*; 7. *mortis sepulchrum* ut alibi *mortis monumentum*; X, 4428. 5020. vel *mortis tumulus*, II, 4315; 8. *contra* est positus; 9. h. e. propter dies XL; vixit igitur hic diebus LIV minus quam a. IX; 10. eandem clausulam redire monet Hosius Verg. Aen. X, 746; XII, 310;

Digitized by Google

Val. Fl. VIII. 65; cf. *Weyman*, l. c. p. 537; 12. *conditus* corr. Buecheler; fin. cf. *Weyman*, l. c. p. 538; 14. confert idem VI, 6250; 11357; 15. confert Hosius Ov. Her. VII, 160; Amor. I, 8, 108; Trist. III, 3, 76.

**600.** XI 207 Ravenna

C. Publici C. f. Ampliati, qui vix. an. VI d. XXVII |
C. Publicius Proculeianus alumno suo posuit | curantib(us)
Publicio Dionysio et Aurelia Tyche parentibus |
tempera iam, genitor, lacrimis, tuque, optima mater,
desine iam flere: poenam non sentio mortis:
poena fuit vitā, requies mihi morte parata est!

B 507 4. clausulam Vergilianam esse monuit Buech. Aen. X, 557; 6. quamquam potuit poeta noster *vitā* et Nominativum proferre, melius tamen multo procedit sententiarum nexus, si pro sexto casu habebimus; *in morte* schedae Puteani; an habuit lapis MI?

**601.** XI 382 Ariminum s. VI p. C.

humano generi legem natura creatrix
hanc dedit, ut tumuli membra sepulta tegant.
Liberii soboles patri matriq(ue) sepulchrum
triste ministerium mente dedere pia.
hic sunt membra quidem, sed famam non tenet urna:
nam durat titulis nescia vita mori.
rexit Rumuleos fasces currentibus annis,
successu parili Gallica iura tenens.
hos non imbelli pretio mercatus honores,
sed pretio maius detulit alma fides.
Ausoniae populis gentiles rite cohortes
disposuit, sanxit, foedera, iura dedit.
cunctis mente pater, toto venerabilis aevo,
ter [s]enis l(ust)ris proximus occubuit.
o quantum bene gesta valent, cum membra recedunt:
nescit fama mori, lucida vita manet.

B 1376 1. fin. cf. Lucret. I, 629; II, 1117; V, 1360; 4 init. passim occurrunt, cf. Verg. Aen. VI, 223; 7. *Rumuleos* cod. Io. Ant. Rigazzii probante Bormanno, *Romuleos* ceteri; 13. *memorabilis* apographa minoris fidei; 14. *teredenis tris* vel *ter denis et lris* mss.; emend. Tonini, Bormann; *ter denis* tuetur B., quod pro *tredecim* poetice usurpatum esse putat, collato III. 2628 (n. 339), 3, ubi tamen R literae vestigia ante *denos* prioribus apparebant.

Digitized by Google

**602.** XI 466 Ariminum

hic ego sum posita Irene, quae vixi XVIII kal(endis);
hanc mei mi miser(a)e posuer(unt) arka(m) parentes
Felicissimus Aug. lib. et Furfulana Irene |

B 505 1. *Irene decem octo kalendis* reponit Buech.; numerus, ut adsolet, abundat; vixisse Irenen annum et semissem significatur.

**603.** XI 531 Ariminum

funere non aequo puer immaturus obivi
marmoreisque meis his iaceo tumulis.
non potui parvus puerilem implere iuventam
nec vestire meam flore novo faciem,
nec senior capiti niveos mutare capillos:
at fati victus sorte puer perii.
heu, crudele nefas! quae me generaverat hora,
haec eadem vitae terminus hora fuit.
non ego, quod perii, doleo, set parvulus infans
quod, cum plus saperem, spem merui dubiam:
si vita incolumis potuisset vincere fata,
crevisset generis [gloria mag]na mei.
fortuna invisa est, spes est frustrata parentes:
mors cuncta eripuit—dira quies hominum'

B 1170 titulum non qua debuerat diligentia incidit quadratarius.
2. malim *hic*; 4. *novo flore* lapis; 10. malim *indubiam*, sed non urgueo; 12. recte iam in lapide ipso sed recentiore aetate expletum: [gloria mag]; 13. quare fort. spem se meruisse *dubiam* dixit v. 10; de sensu cf. *Church*, Beitr. p. 55.

**604.** XI 1209 Veleia s. II p. C.

dis manibus | Atiliae Severillae, filiae piissimae | Atilia | Onesime mater

hunc titulum natae genetrix decepta paravi
post t[en]er[o]s [ma]nes et acerbae funera mortis.
illa bis octonos vixit miseranda per annos,
elegit[que sub hac non tristes lege] tenebras,
ut plenos lacrimis oculos manus altera cludat.
illa prior moriens fatis melioribus] usa est,
namque mori levior poena est, quam quaerere mor[tem].
perpetuo stimulis et tristitiae cruciar]i.
infelix natae cineres custodio mater,

Digitized by Google

debuit illa meos, melius si fata dedissen]t.
‹Ante bis octonos quam lux mihi verteret a[nnos]
Tale nefas matri mors properata [tulit].
Illa meis semper tum[uli]s m[iserabilis haeret],
Luget et in nostr[a sola relicta domo].
Infelix Stygio v[olt vitam dedere regi],
Adiacet et tu[mulis talia saepe querens]:
«‹Saeve, precor, ne [fata neges; quin me quoque sede]
Excipis Elysia? max[ima poena placet]?
Viximus; Hennaeae si te docuere rapinae,
Erubuit nostras Atropos ipsa colus.
Raptast: te species formoso co]rpore sac[ra]
Inlexitque aetas inviolata] toro.
Linquor at indigne, quam frangunt marco]r et ann[i],
Linquor adire tuas sponte parat]a domos»».
Amplexu dum verba refert, tenet il]la sepulc[rum],
admovet ad manes mollia la]bra meos.
sic anima exoritur tumulo visur]a penates,
et quos morte mea fuge]rat ipsa rogos›.
vivite, vi[vi]te sic animae manesq(ue) piorum,
dum venio matris funere tarda comes.

B 1550 v. v. 10. 12. 31 supplevi ego; cetera Buecheler maiorem partem exempli certe gratia; 3—12 et 31. 32 loquitur mater superstes; 13—30 filia defuncta. —

3. decipiuntur parentes a liberis inmature mortuis, X, 2601; 5. 13. vixisse puellam annos XVI non plenos significatur; 20. Buecheleri supplementa cum litterarum vestigiis non satis congruunt; in fine videtur fuisse *rapitur*; 21. *decuere* reponit B.; 23—26 supplementa hoc loco maxime sunt incerta; 31. *vivit, f[as sit sic]*, B.; de anaphora cf. n. 761, 5.

**604a.** 1362 Luna a. circ. 767 u. c.

Appuleio Sex f. | Gal. | Sex. n. Sex. pron. |
Fabia Numantina | nato ultimo gentis | suae

2. *n. ult. g. s.* clausula senarii, cf. I, 1051.

**605.** XI 1767 Volaterrae

A. Caecinae | A. f. Superstiti |
orbatus nato [fecit pater] hoc monumentum,
cui] sua mandaret [post obitum] ossa senis.



Digitized by Google

un[um et] viginti primum cum [contigit annos],
plangit[u]r ere[ptus] vit(a)e in flore iuventa(e).

B 510 2. suppl. Buecheler; 3. dedit idem *quoi*] *s. m.* [*post mortem*] *ossa senis una*; 4. 5. suppl. ego; *annis viginti pr. c. vidit honorem, fata hunc eripuere suis* (aut *obiit*) *in f. i.* proposuit idem; 5 init. IIANCII traditur; *plangit* praeivit Leo.

**606.** XI 1791 Volaterrae

d m | Q. Spuri Firmini |

hic positus iuvenis quondam virtute beatus,
aetate genere in primis et honoribus auctus;
qu(e)m pietas matris servat, dea protegit ipsa,
fratris amor fecit socium matrisque dolore(m)
sustulit, ut maneat genus et par gloria semper.

B 414 4. qum; 5. matrisque dolore.—3 fin. confert Hosius Ovid. Trist. II, 45 *et honoribus auctos*; cf. *Weyman*, l. c. p. 537; Buecheler laudavit Horat. Sat. I, 6, 11, quem locum comparavit Hense; 5. fratrem esse uterinum recte intellegit Buecheler.

**607.** XI 2329 Clusium s. fere III p. C.

d m s | L. Fonteio Victorino | vixit ann. XXII | m. VIII
d. VIIII | Fonteius Dionysius | fil(io) kar(issimo) |
hic erat, hic primus, genitor ut glorius essem,
si fortuna quidem fatis non laeva fuisset.

B 506 mancam in fine esse indicatur, quod facile credam.—3. *glorius* novum ex *inglorius*, ut *munis* Plautinum ex *immunis*; 4. confert Buecheler Verg. Aen. II, 54.

**608.** XI 3163 Falerii

hic Aquilae cineres miserabilis urna sepultos
contegit et fatis exproperata nimis.
occidit infelix c[oe]pto modo flore iuventae,
quem finiit annus septimus et decimus.
formonsus, frugi, doctus, pius a patre maesto
accepit tumulos, quos dare debuerat.

B 1151 1. *sepultus* videtur fuisse in lapide; emendatur iam in vetustis apographis *sepultos* vel *sepulti;* nec non veri simile est v. 4. exaratum fuisse *quaem*, cf. apparat. crit. ad titul.; 2. cave corrigas *est properata*; 4. *finit* cum *i* longa restituit Buecheler.

Digitized by Google

**609.** XI 3209 Nepet

diis m[an.] | Q. Albio Q. f. Hor. Felici | qui v[i]xit annis XIX
et mensibus VIII piissimus erga parentes | suos
quem subito iniq(ua) fata rapuere parenti

3. pessumdedit qui scripsit archetypum puto hoc:
quem subito fata iniqua eripuere parenti.

**610.** XI 3273 Sutrium

d m | Salasiae L. f. Merulae | ann. XIII d. V |
proh, dolor et lachrymae!
Merula mater infeliciss(ima) | sibi ipsa et suis o. v. f. |
nascentes morimur finisque ab origine pendet.

B ad n. 1489 suspecta est Orellio et Mommseno, recte fortasse.—4. sumptus ex Manil. Astr. IV, 16; redit II, 4426.

**610a.** XI 4154 Narnia

d]ulcis nimis prole[s, o s]pes, solacia nostr[a],
q]ui tantum miseris tr[ibuit p]arentibus ignem,
hic Pr[. . . . . . . ia]cet, fatis ereptus nefa[ndis].
. . . . . . . . . mens(es) dec[em . . . . .

B 1821 1. *tu spes* Bormann; *o spes* B.; 2. *tribuisti* Bormann; *tribuit* B.; 3. periit nomen; *praeceps* fecit B.; 4. carminis esse partem recte putat B., nam MENS quod in lapide est *menses* solvendum erit. non *mensibus*, ut Bormann solvit.

**611.** XI 4311 Interamna

d m | L. Valerio | Magno | L. Valerius | Evaristus et |
Murr[i]a Ampli | ata [fili]o piissimo |
tu quicumq(ue) legi[s ti]tulum <nostrum> nomenq(ue) requiris,
aspice, quo fato raptus mih[i] spiritus or[e] est.
nonus ab incepto currebat <mihi> tem[po]ris annus,
dum subito incautus fratri succurrere tendo,
me rota sublapsum pressit pi[eta]s q[ue iuv]andi.
et m[ana]t [linqu]e[ns a]rtus mihi vit[a] sub auras.

B 457 3. abundat *nostrum*; NOMEMQ lapis; 5. metro consulitur, si *currit* reponis; 6. non fratri qui plaustro vehebatur, ut olim putaveram, sed fratri minori perituro; in aetate defuncti non offendo, ad eamque sententiam v. 7 supplevi; *pietas iuvandi* erit *pium officium*, ut Ovid. Met. VI, 250. 291. 295; PII | | S | D | | INDI dedit Bormann addens litteras in parte inferiore neglegenter esse incisas (veluti <=S); post *pressit* legit B. *prius* vel *par-*



Digitized by Google

*tes* dubitans; 8. ITAA | | I | | | RE | | | AIVS legit Bormann in lapide ectypisque suis; supplevi ego; *et parvi* legit B. in ectypis Bormanni, supplevitque *et sparsast fugiens artus* (vel *corpus*) *m. vita s. au.*; v. v. 7. 8. excogitavit Leo haec: *pressit pectusque repandit* | *et per hians fugit corpus m. v. s. au.*—4 fin., 5 fin. cf. *Weyman* l. c. p. 539.

**611a.** XI 4872 Spoletium

. . . . . . ulis [f]rat[r]i[b]us germani l[oc]o relicto parente,
quibus ut meritis pietate repletis
cum lacrimis posuit aeternalē duobus
L. Herenneno | L. f. Maximo, qui vixit | annos XXV
et L. Heren | neno L. f. Servando, | [qui] vixit ann[os . . . . .

B 1824 ante v. 1 periisse unum saltem versum significatur ab editoribus; 1. VLISTRATIVS traditur a vetustioribus, nunc nisi S extrema non extat; *ex]ulis fratris* proposuit Bormann; equidem crediderim litteras aliquot contignatas fuisse, *ulis* remansisse ex epitheto; *parvulis* ad aetatem v. 4 non quadrat; 2. *(patris) pietate* versum aliquatenus expleret; usitatius *ut meruit*, *ut meruere*; 3. *aeternale* neutri generis, etsi saepius occurrit *domus aeternalis*, *sedes aet.*; *(sedem) posuit* eiusmodi heroicum cumulat, videturque poeta archetypa nota aliquot infeliciter admodum compilasse.

**611b.** XI 4991 Ferentillum litt. optimis.

[grati animi testem, parvum sed munus, alumni]
Chreste nutric[i fecimus] hunc tum[ulum].
occidit haec Liby[cis comitans] nos grandis a[b oris]
per freta, per terr[as sedula] dum sequ[itur].
corpus habet tellu[s et condita] membra, sed illinc
[exiit aethereus spiritus astra petens].

B 1845 1. supplevi ego; 2. 4. 5. suppleruntBormann et Hartel; 3. ut supra B.; *Libyae terrae—ab ora* Borm. Hart.; 5. *et pallida m.* B.; 6. suppl. idem.—4. Tib. I, 3, 56 (poetae titulum sepulcralem) attulit Leo.

**611c.** XI 5358 Hispellum

. . . . . . . . . . .
quoius desid[erio]
luget consu[laris filius]

suppl. Bormann; metrum apparet vix casu.

**611d.** XI 5667 Tadinum aetatis infimae.

dis man. s. |
hic Severa sita est, Virusi nepotula cara,

Digitized by Google

quae iam vix vitae tres inpleverat annos,
quos inmaturos abstulit hora gravis,
rapta patri et matri, raptaque dulcis aviae.
«hic circum me positi soror et frater, quorum flevere parentes».
f. c. Vir(usius) Ver(us) |

B 1314 3. pessumdatus propter numerum; quadrat *bis sex*, *tres tantum*. simm.; 5. errore fortasse quadratarii pro *dulci aviae*; superpositum est enim in lapide *gravis* vocabulum, cuius exitus huc aberravit; cf. XI, 6078: acerbis—dulcis; *raptaque dulcis avo* subesse putat B. minus recte; 6. loquitur defuncta; *et circum positi fratres*, *fl. par.* emendavit B.; hexametros duos conglutinavit poeta h. m.: *hic c. p.* (vel *circ. me p. sor. hic*) *soror en fraterque misellus*, *quorum decessus anthac (dec. anth.* addit Schmidt) *fl. parentes.*

**611e.** XI 5784 Sentinum

. . . . . . . io Pisenae f(il.) |
prae]t(eriens) vitae nostrae [hoc m]on(umentum) aspice,
nati mei signum miserandum [p]erspice.
quot decu(it) parent(i) face(ret) filius,
it mors acerb(a) fecit, ut face(ret) mater filio.

B 1794 titulus male scriptus et abbreviationibus aliquot deformis.—1. nomen defuncti velut *Miccio*, simm.; *Pisenus* occurrit XI, 5790; 2. *fui]t vitae nostrae [h]on(or)* prop. Bormann; sed cum ante T et ante ON litterae plus minus quaternae perierint, ut ex Bormanni editione in Corpore s. n. apparet, supplevi ut supra; *hoc spes e]t v. n. [m]on(umentum)* dedit B., quod spatiis corruptis non satis respondet; 3. TERSPICE lapis errore manifesto incidentis; tuentur Bormann Buecheler; 4. DECV. lapis; *decus* Bormann, ut in titulo Teatino B. n. 170, 1: *quot par parenti dequs facer(et) filius*; sed cum et illud corruptum sit ex archet. *quod fas p. decuit f. f.* (B. n. 171; V, 117; h. s. n. 345), longeque usitatius sit illud *quod—decuit*, supplevimus B. (decuit ut) ego: 5. *faceret parens* vel *faceret pater* versui satisfaceret.

**611f.** XI 5796 Sentinum

d m |
hic Maxima iacet nunc Vidia, funeri acerbo
rapta patri et matri raptamque serori.
duo et quaternos vite conpleverat annos.
hec iacet in tenebras,
quae vixit annis VI mensibus IIII | dies VII ora secunda,
hunc titulum posuerunt parentes karissimi.

Digitized by Google

B 1822 titulus male scriptus peius traditus.—2. corruptum ex *hic Sperata* simm.; 4.=*duos et quatuor*; usitatam formulam secutus est auctor non adsecutus; debuerat *bis ternos v. nondum c. a.*; 5. traditur et *hic*. sed ex emendatione fortasse; 6. 7. prosa oratio; ante *(h)ora* supplendum *decessit*; crediderim tamen errasse quadratarium *ORA(S) II* in scheda sua male intellectis; 8. *kari* vel *maesti posuere parentes* in clausula usitatius.

**611g.** XI 5918 Iguvium

Casus Batisi | enectus ab ao. |
hunc titulum | nutritores alumno | suo
sine voto dica | verunt.

1. AC descriptum est, sed dicitur O vel Q potius fuisse, quam C vel G; erit itaque *a(v)o*; 3.=*contra votum*, ut legitur in titulo XI, 5971.

**611h.** XI 5944 Tifernum Tiberinum

Arruntiae | Eutychidi | Certus f(ilius) |
Eutychis, ut par est, st[a]tuit tibi natus honores,
iuxta quem dulcem r[e]ddunt tibi fata maritum.
s. t. t. l.

B 380 edidit B. ex H. Nisseni schedis supplevitque v. 2 *tribuit tibi* et v. 3 *dederant tibi*; lectionem priorum recensuit Bormann ad lapidem, ut supra.

2. i. e. *sepulta es prope maritum tuum, quem iuxta filium dulcem habueras*; hoc sensu *iuxta* a scriptoribus aevi argentei praecipue usurpari constat. v. lexica.

**611i.** 6091 Urvinum Mataurense

d m
. . . . . aturae posuit erepta
. . . . . legem
. . . . . ana Maria Digata S. f. . . . .
. . . . . . . dina Metrodo[r. . . .
. . . m]aesto . .
. . . p . . . .

carminis dactylici reliquiae.

**611k.** XI 6151 Forum Semproni

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
et manes precor, ut] faciant me quiescere tecum.
Onesime mater | piissimo filio |

B 828 supplevit B.; sententia trita, cf. n. 513. 604, 20 sqq. ceterum non *me*

Digitized by Google

«male correptum» est, ut Bormanno videtur, sed *quiescere* potius tamquam *quescere* enuntiandum, quae scribendi ratio in volgaribus saepe occurrit.

**611l.** XI 6180 Suasa

. . . Anneo Sp. f. Maxsim[o] |
C.] Viseno C. l. Demiphoni viro |
C. Viseno C. f. Deliberato filio |
vix. a. XII |
hoc] m[onumento, in quo deb]uit [mat]er legi,
fervens funeri [of]ficiu[m filio tribuit] m[a]te[r] suo.
qu[o]iu[s] pietas filii [ten]u[it locum].
na[m q]uot par[ent]ibus [d]ecuit facere filium,
it mor]s acerba fe[ci]t, faceret filio m[a]ter suo.
in f. p. XII in a. p. XXIII |

B 1795 carmen et vetustate corruptum et, ut B. vidit, male compositum supplevi quantum potui e similibus titulis, veluti n. n. 314. 380. 382. 453. 454. 521. 528. 530. 535. 606; XI, 5784 all.—

6. *fervens funeri* (pro *f. funere*) est *recens a funere*; 7. *qu[o]iu[s]* legit B. in ectypis a Bormanno sibi missis; IV tantum Bormann; 8. LOVII edidit Bormann; *aeq]ui[us* legit ipse dubitans, | | OVIT B. negans D]EQVIT lapidem admittere; fuit fortasse non Q aut O, sed C corrupta; 9. S. ACEREALI | | I edidit Bormann; *acerba le[g]e* B. ex ectypis.

**611m.** XI 6281 Fanum Fortunae aet. lib. reipubl.

d m | Salene Pauline |
posuit Sueto Ius | tus matri piissim | (ae)
univire astrose | quei fato ex filis quin |
que superavi. vixit an | nis LXXVIII dies LVI |

1. SALFNE PAVLINF, 3. VNIVIRF ASTROSF, FX lapis. 3. *astrosus* volgare pro *malo astro natus*; cf. C. III. 8800; XII, 2039; *quei=qui*, ut passim *quem* pro *quam*; 3—4. metricus color nescio an casu.

**611n.** XI 6413 Pisaurum aet. lib. reip.

Calpurnia C. f. | Maxima mater |
dolens et maerens filieis fecit sueis

B 154

**611o.** XI 6433 Pisaurum

d [m]
. . P]etronio f[ilio dulcissimo]
qui vixit a[nnis . . . .

Digitized by Google

. . . P]etronius . . . . . . [pater]
. . . aplasia R[estituta mater]
filio] desider[atissimo]
. . . . vit hoc i[n]dign . .
. . . gaudet . . .

7. 8. carminis reliquiae; queruntur parentes de facinore indigno a Fortuna accepto, quae hominibus gaudet inludere.

**611p.** XI 6524 Sassina

florentem speciem rapuere novissima fata,
formā rudi puerum Priscum agnomine quondam,
quem genitor, cives, cuncti flevere propinqui.
L. Destimus Epigonus pater

B 379 1. *florentem* iuventa speciem, *forma* tamen nondum perfecta; 3. *cognomine* emendabat Burmann in Anth.

**612.** XII 213 Antipolis aetatis Diocletiani

d m | C. Iovio Iulio Ligu[ri | I]ovia Santippe fili[o p]i | [en]tissimo, qui annis vixit [XX|VI meses IIII |
tu q]uoque communi [man]surus sede, viator,
paul[um] siste, precor, sperans [tibi] talia ferri,
et lege, [qua]m nimium crud[eli fune]r[e] n[atus]
[occiderit . . . . . . .

B 580 cf. addit. p. 806; suppleruut Mommsen Desjardins Hignard Allmer Buecheler; 5. *quam* ego. cf. XII, 218; *nam* Hignard. *cum* Allmer; *crudeli sorte peremptus* Hignard; ut supra Buecheler.

**613.** XII 218 Antipolis

respice, praeteriens, oro, titulumq(ue): dolebis,
quam praemature nimium sim mortis adeptus:
triginta annorum rapta est mihi lux gratissima vitae,
et de gente mea solus sine parvolo vixi,
quem mater miserum flevit, quod pietatis honore relicta est
Q. Luccunio Vero | Raielia Secundina mater | filio piissimo fecit |

B 466 1. 2. 4. hexametri; 3. 5. heptametri.—1. *praeteriens tumulum titulumque* debuerat legi; 2. fin. *adeptus* cum *mortis* recte iungit Buecheler; 3. *inpubi rapta est* reponit idem; 5. *relicta* novum pro *destituta*.

Digitized by Google

**614.** XII 578 Aquae Sextiae

monumentum accepit exim]ium a parentibus,
virenti exornatum hortul]o adque arbusculis,
secura quam posterit]as perpetuet domum.

B 202 1. 2. supplevi praeeunte Buechelero; 3. suppl. idem.

**615.** XII 712 Arelate

[Veratio] . . p. co. flamini c(oloniae) Ar(elatensis) | [quaest. II] vir(o) [col. Iul.] Pat. Arelate | . . . Verat(ia) patri carissi(mo) | . . .

. . . . . d]uobus a . . . n dum vita m[anebat]
. . . . . . . . . . . . . . . . cruciatur . . . .
quid quere]ris . . . . . mortal(em t)e [esse memento]
. . . . pate]rn[a fune]ra, quem ar . . .
. . . . in up . . . . . . . . . [vig]oremque anim[i . . . .
. . . . . oq . . . . . . . [s]ine crimine [vita . . .
. . . . t . r . . . . . io marmor . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . r]equiesco sep[ultus
vivite feli]ce[s, quibus est fortuna] supers[t]e[s]
. . . . is. vot . . . . . . . . . s . . . . . . con
. . . . . . . tri[buente . . . . . . . summa po[testas
. . . . . . . . . . rea . . . . us . . . o . . usque ani[m . . . .

B 1633 1—3 suppl. Herzog; 4—15 quae proposui incerta esse non negabo, excepta nota formula v. 12; 7. *terraque marique*, 10. 11. *marmoreo requiesco sepulcro*, 12—14. *quod superest . . . cum votis tribuente deo, sic summa potestas*, B. ex. gr.

**616.** XII 729 Arelate

d m | Iulius Eumenes | vixit an. n. XXII | Iulia Agrippina | patron(a) alumno . . . .
quot tu nobis debuisti facere,
et mater in | felicissimae | posuerunt.

3. truncata sollemnis formula.

**617.** XII 743 Arelate litt. s. II p. C.

Aeliae Aelia[nae]
littera(m) qui nosti, lege casum et d[ole puellae].
multi sarcophagum dicunt, quod cons[umit artus],
set conclusa decens apibus domus ista [vocanda est].

Digitized by Google

o nefas indignum! iacet hic praecla[ra puella];
hoc plus quam dolor est: rapta est specios[a puella].
pervixit virgo; ubi iam matura placebat,
nuptias indixit, gaudebant vota parentes.
vixit enim ann. XVII, et menses VII diesque XVIII
o felice(m) patrem, qui non vidit tale(m) dolorem:
h(a)eret et infixo pectore volnus Dionysiadi matri,
et iunctam secum Geron pater tenet ipse puellam.

B 454 2. *d[isce p.]* Egger, *d[ole p.]* Mommsen probante Buechelero; 3—5. suppl. Egger; 3. *quod conspicis hospes*, B.; 6. suppl. Hirschfeld; 9. fort. est prosa oratio; metrum tuetur Buecheler; 11. turbavit poeta illa Vergili Aen. IV, 4 et IV, 689; debuit facere certe *infixum*; *nunc matri p. v.* et v. 12 *genitor tenet* reponit Buecheler.
3. cf. n. 860, 2; 7. 8. ad sent. cf. IX, 6315; 12. cf. VI. 10226. 10971.

**618.** XII 825 Arelate litt. s. III p. C

o, dolor! quantae lachrimae fecere sepulchrum
Iul(iae) Lucinae, quae vixit karissima matri!
flos aetatis hic iacet intus condita saxo.
o, utinam possit reparari spiritus ille,
ut sciret, quantus dolor est -------
quae vixit ann. XXVII m. X die(s) XIII | Iul.
Parthenope posuit infelix mater |

B 565 2. *vicxit* lapis; 5. supplendum fere *superesse parenti*; in lapide nulla lacuna.

**618a.** XII 874 Arelate

iacet sub hoc signino dulcissima Secundilla,
qu(a)e rapta parentibus reliquit dolorem;
ut tan dulcis erat, tanquam aromata,
desiderando semper mellea, vita.
qu(a)e vixit annis III men. VI die(s) XVI.

B ad n. 1851 2. *parentibus* dat.; 3. *ut* noli in *et* mutare; luditur in signo Ἀρωμάτιον.—heroicos imitatur.

**619.** XII 879 Arelate aet. Aug.

Severo | Romula ma | ter
hoc pietatis opus fecit tibi, nate, sepulcrum
lectaque sollicitā condidit ossa manu.

B 1201 3. *lecteque* lapis.

Digitized by Google

**619a.** XII 1381 Vasio

d m | Aurelio Max | simo, q(ui) fatum | suum funxit, | civitatis Vas., |

quem pater et mater sepultur(a)e tradiderunt.

4. hexameter non bonus.

**620.** XII 1686 Dea Augusta litt. s. I incip. p. C.

. . . . . . . . s pater |

donavit genitor magno te, p]arve, sepulcro,

ut post fata duos iungeret] una domus.

B 1072 suppl. Buecheler: graeca interpretatio simul insculpta legitur.

**620a.** XII 1939 Vienna

. . . . . i paucum per tempus filia,

cuius supprema

. . . . ti composui dolose

. . . . . tius [B]ellator pater.

1. 4. clausulae senariorum; 3.=*dolenter*, cf. *dolus*=dolor, III, 1903; XI, 3054; XII, 2033.

**620b.** XII 2175b Vienna

. . . . . . infantis a . . .

. . . . abstulit atr[a dies et funere mersit acerbo]

B ad n. 813 2. Vergilianum passim obvium.

**621.** XII 2301 Gratianopolis

. . . . . . . . . . . . . .

ad matris casum filius indoluit

B 1503 distichi elegiaci fragmentum.

**621a.** XII 2314 Gratianopolis

. . . . . s noce i . . . i de simul i

. . . . is generare dolorem

. . . . . vixit olimpiadas

. . . . . li]quit suspiria tanta

B 1199 2. 3. elegantias Buechelerianas adscribo:

qui tantum potuit nob]is g. d.,

namque duas non plus] v. ol.

5. periit pentameter.

Digitized by Google

**621b.** XII 3559 Nemausus litt. s. III

perpetuae quieti. | Domitio Tatiano imfa | nti dulcissimo, quem p | rima aetate florent | em mors dira subrip | uit; vixit ann. III m. VI d. XX | . . . . pater et . . . . mater | filio carissimo | [p]osuerunt. |

2. color poeticus.

**622.** XII 4938 Narbo

Lagge, fili, | bene quiescas; | mater tua rogat | te, ut me ad te | recipias: vale. |

B ad n. 151 *mater—vale* eliminato *tua* fecit senarium B.; cf. *Zander*, VIA. p. 72; ad sent. cf. V, 5279; VIII, 9691.

**623.** XII 5750 La Gayolle

insegnem genetum, cruces munimene septum,
i]nsontem, nulla peccati sorde fucatum
The]udosium parvum, quem pura mente parentes
op]tabant sacro fontes baptesmate tingui,
imp]roba mors rapuet; set summi rector Olimpi
prae]stabet requiem membris, ubi nobele signum
prae]fixum est cruces xpique vocavetor eres.

B 770 supplevit Le Blant.—h. e. 1. genitum; crucis; 4. fontis; 5. rapuit; 7. Christique vocabitur heres.—5. desumptus e paganis; cf. Ovid. Met. II, 60: vasti quoque rector Olympi; IX, 499: Iunonem (duxit) rector Olympi; all.—Ad sent. cf. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 92.

**624.** XII 5813 Arelate

Titús Flavius Glycón posit natís suis

sequuntur nomina; *flabius*, lapis.

**624a.** XIII 2073 Lugudunum litt. s. III ineuntis

d m | et memoriae aeternae | M. Aureli Faustini infantis dulcis | simi et incomparabili(s), qui | vixit annis VIIII m. II d. XIII | , qui sibi ante mortem ro | gavit, quam parentibus | suis; C. Iul(ius) Maximus filias | tro et Aurelia Faustina | mater unico filio deso | lat(i) p. c. et sub ascia dedi | caverunt. multis annis | vivat, qui dixerit: Arpagi | , tibi terram levem! |

3. et 5. 6. metri frustula apparent.—5. *desolatus* vocabulum redit XIII, 2221. 2280. 2299.

Digitized by Google

**624b.** XIII 1655 Ansa a. 498 p. C..

germine sublimi Proba nomine, mente provata,
quae subito rapta est, hic tumulata iacet.
in qua q(ui)dquit habent cunctorum vota parentum,
contulerat tribuens omnia pulchra Deus.
hinc mestus pater est, aviae matriq(u)e perennis
tris]titia—heu facinus causa—perit pietas!
accipe qui lacr(i)mis perfundis iugeter ora:
mors nihil est, vitam respice perpetuam.
quae vixit annus V et minsis VIIII s. |
obiit s. d. III id(us) octubris Paulino v. k. | cos.

B 1361 1. luditur, ut solet fieri, in nomine defunctae; 6. *maes]titia* proposuit Greppo; *causa* scil. *est*; archetypis aliquot paganis usum esse carminis auctorem apparet.

**624c.** XIII 2402 Lugudunum s. V vel VI p. C.

hic gemini fratres iunctis dant membra sepulcris:
quos iunxit meritum, conso[c]iavit humus.
germine barbarico nati, sed fonte renati
dant animas c[a]elo, dant sua membra solo.
advenit fragile patri cum coniuge luctus,
defungi haud dubie qui voluere prius.
sed dolor est nimius Christo moderante ferendus:
orbati non sunt: dona dedere Deo.

3. *fonte* nempe baptismatis; 5. *fragile* corruptum; *fragile. fagile (sagile)* traditur; *fragili* reponit Hirschfeld quaesitius; latet fort. nomen patris, quod iam Rossi et Leblant suspicati sunt.

**624d.** XIII 1602 Ager Vellavorum

ha]ec Sereni [membra in tumulo] devotus a[manti]
iam pa]ter orbatus [nato m]ale sa[nu]s [lo]cavi;
invida [Par]carum [m]andat mihi dira of[fi]cium p[ie]t[atis],
annos cum d[at] a me m[i]sero tristi ore [s]uc[endos],
funus [nunc cele]brare nov(um) [honori]busq(ue) q(uos) maxi-
m[o]s possunt [prae]stare pare[nte]s
ossa col[enda dare et verbis mem]orare sec[un]dis . . . . .

a restitutione tituli pessime habiti prorsus abstinendum; Buecheleri quae nonnisi ex. gr. adscripsit supplementa proponimus; potest et *ducendos*.

Digitized by Google

**625.** XIV 508. 509. 510 Ostia

T. Aelius Aug. lib. Demetrius | et Claudia Marina fecerunt T. Aelio Demetrio filio pientis | simo, qui vix. ann. XIIII m. VIIII d. VII *etc.*

ille ego Demetrius, vero libratus abunde,
ingressus vitam non longi temporis ictu
infernis numinibus dedi et post imagine(m) mortis
haec mihi templa placent merito et praemia lucis.
pubertas nitida studiaque abundantia vitae,
 et reverens plene morte(m) gravatus obi.
multa quidem bonitate gerens et vernula vernis
nec nimie comvivia rapuit; dum gloria(m) vitae
sperabam, rate infernas <subito> delatus ad umbras,
bis septem placidos ann(os) et adhuc formatus in unum.
autumnus medius Octobri mense refertus
laesit animam dulcem et spem certissima(m) fregit.
 illa tamen sancta et formata verecundia saepe
 amittit Tantali aspectu(m) et timorem Sisyphi;
 abest Ixion umbraeq(ue) et Furiae metus,
 set in secessu<m> numinis infernae domus
 of(f)iciosus tandem ministerio laetatur suo.

B 1186 4—15 hexametros imitantur, 16—20 iambicos senarios, quamquam v. 16 dactylicum colorem prae se fert; 4. *vero libratus* videtur dictum ut *pietatis onustus* VIII, 15569; 5. 6. *ictu* iunge c. *temporis*; brevitate aevi se esse percussum dicit defunctus; confert Buecheler Gell. XIV, 1, 27 H: eodem genere mortis eodemque ictu temporis universi simul interirent; *dedi* h. e. *eam*, nisi mavis *de(ci)di*; 7. fin. *lucis* pro *vitae* scilicet apud superos peractae; 9. est pentameter; *obivi* si scandas, habebis hexametrum sicut ceteri vitiosum; 10. 11. quid dicere velit poeta haud ita facile perspicitur; crediderim versum totum excidisse velut *temporibus rapior, vitaeque et gaudia fatum*; *multa bonitate* tunc erit accus.; *nec nimie* corruptum fort. pro *nec non et*; interpungit B. ita, ut sensus fiat talis fere: «(ego), rate infernas subito delatus ad umbras, multa quidem sperabam, bonitate(m) gerens et vernis nec (=non) nimie vernula (=licenter audax et male dicax), dum gloria vitae rapuit convivia»; 14 *m. October* pro vindemia usurpatur; 16—20 Tartari domos effugere pios solere narratur docto sermone; 18. h. e. Furiarum; 19. *secessum* est ablativus; suppleri tamen posse *abiit* monet Buecheler.

**626.** XIV 1731 Ostia

d m | Varenes Blastenis, coniugi<s> bene merenti et sibi |

Digitized by Google

fecit Antius Successus, itenque Antiae Successe | filiae dulcissimae, quae super matrem suam vixit | an(num) m(inus) di(ebus) XXXX, quae fuit at diem mortis suae annorum VIII, me. VIII, di. XV ag(ens).

acervam Ditis rapuit infantem domus,
nondum repletam v[i]te dulci lumine.
pulcram, decoram, quasi delicium celitu(m).
flet pater et rogat tituli fidem,
ut omnis aetas optet aei terram levem.

B 80 1. repone *coniugi*; 3. 4. *an(num) m(ensem) di(es)* interpretatur Dessau; rectius Buecheler; 6. *acerba infans* parentibus, morte inmatura erepta, ut passim; cf. VIII, 5001: Hymetiano, iuveni pio, acerbissimo, flore iuventutis erepto; 7 fin. confert Hosius Lucret. II, 806: larga cum luce repleta est; 8 fin. *divomque voluptas* id. I, 1; 9 fin. *fidem* est *fide*; *rogat(que per) tituli fidem* Buech. olim; «tituli pater fidem tamquam deorum Manium implorat» id. s. n.; excidit *et mater*, sim.; 10. h. e. *ei*.

**627.** XIV 1808 Ostia s. I ex. p. C.

dis manibus | Q. Volusi Sp. f. Lem. Anthi
parvolus in gremio comunis forte parentis
dum ludit, fati conruit invidia:
nam trucibus iunctis bubus tunc forte noveli(s)
ignarum rector propulit orbe rota.
maestus uterque parens, postquam miserabile funus
fecit, inferi(i)s munera suma dedit,
hunc Antho tumulum male deflorentibus annis
pro pietate pari composuere suo.

B 1059 3. *ingremio*; 5. *noveli*, lapis; *novel(l)i* (indomiti iumenti) *ignarum* iungit Buech.; 6. *rotae* non est in lapide; *rector rota* eadem est opinor atque *currus imi* apud Verg. Georg. I, 174; 7 init. cf. VI, 6319. 10097; IX, 1817; 8. repone *fecerat* vel insere *et*; 9. nota lusum in nomine pueri; 10. *pari* = debita; *pari suo* iungit B.; *composuere* parentes cum ceteris liberis, quorum nomina subscribuntur.

**628.** XIV 1821 Ostia

ille e]go, cui pater addiderat nomenqu[e . . m]erebat
hic viridis gemmae praetiosae nomen habebat;
sed cito me rapuit matrique dolore(m) reliquit.
vita fuit bis ternos menses et insuper unus,
et totidem anni, nec plus fuit horā supprema
fers animo sortem [placi]de: [sic· fa]ta ferebant.

Digitized by Google

B 563 1. *vulgo, Lingo* Buecheler; *erebat* nunc in lapide non extant; *puer m]erebat* Buecheler; h. e. et qui tali nomine dignus erat; 2. *Smaragdo* nomen fuisse puero monuit Visconti; 3. supple *mors;* 4. an fuerat in schedula *bis III menses?;* 5. *hora suppremа* ad sequentia refert Buecheler; 6. FERST lapis; *fers* pro *fer* vel *feras* usurpatum puto, ut passim; DE descr. Dessau, DO Visconti; *placido* vel *Smaragde* Buecheler; exitus Vergilianus Aen. II, 34.

**629.** XIV 1822 Ostia

staminibu]s spatia Parcaru[m clusa iuventae]
. . . . flor]egena cingebat rite cor[ona]
ingenium in]gens sancto comitante [pudore]
. . . . . sua]ve cunctis dabat ore loc[utus]
. . . . . . . lens cordis cui summa i . . . .
primi dant i]uveni praenomen cogno[scere ductus].

B 571 1. 2 init. 3. 6 fin. temptavi ego; 2 fin. 3 fin. 4 fin. 6 init. Buecheler Leo; 2 init. *omnegena* Buech.; 4 fin. poterat esse et *loq[uellas]*; 6. an fuit acrostichis?

**630.** XIV 2765 Tusculum

. . . . . . . . . . . . . . pater ipse suis iam
composu]it manibus tumuli, dulcissim[e nate],
quae pr]etiosa tuos busta tegunt cin[eres].
quo]d si sacratus lacrimis rogus hau[sit et ossa],
nun]quam fama tamen cum titulis mo[ritur].
. . . . . . . . . . iiii . . iiam . . . moritu . . .

suppl. de Rossi qui christianam putat.—2. 3. iunge *tumuli busta*; 5. ad sent. cf. VI, 33865.

**631.** XIV 3333 Praeneste

Cl(o)di Noviani, quem
---bis quinos ducentem luminis annos
pius parentibus
apstulit atra dies et acervo funere mersit.

B 608 1. *cl. dinoviani* traditur; corr. Dessau; 2. excidit vel pes unus integer. quem potes cum Dessauio supplere in hunc fere modum:

bis quinos ducentem luminis (plus minus) annos,

vel potius thesis dactyli:

quem (vix) bis quinos ducentem luminis annos;

*lumen* pro *vita* passim; 3. *pius parentibus* extra metrum posita; 4. Vergilianum Aen. XI, 28; VI, 429; cf. de Rossi Inscr. chr. Rom. II p. IX.

Digitized by Google

**632.** XIV 3723 Tibur

hic situs Amphion, ereptus primă iuventā:
nondum ter denos numerabat temporis annos.
heus, immaturā mors properata tibi!
C. Marcius Paulus g | nato pientissimo |

B 1260 3. melius *immaturo*; 4. *G(aio) nato* interpretatur Buecheler.

**633.** XIV 3860 Tibur

d m | C. Vecilio Florino | vix. ann. . . m. XI d. XV | C. Vecilius Florus et | Vecilia Primitiva par.
quodsi iam sup]erum (mens) non (aliena) fuisset,
m]ater (in hoc titulo) ante legi de[bu]it.

3. 4. notam sententiam redintegravi.—4. *debuit ante legi* archet.

**633a.** XIV 3865 Tibur

d m | Urbano, qui vix. | ann. LXXIII men. V | Ursulus pater | mater Primilla | . . . . . . . . . . . . bene merenti,
qui erepta luce mortuus est.

3. clausula senarii: *er. l. mortuust.*

**634.** XIV 3940 Monte Rotondo

praeteriens, tendis] quocumque ex urbe, sepulcrum
fleto: parva mor]ast, tu quoque flendus eris.
heu, puerum, ingressust qui v]ixdum limina vitae.
infelix mater p]ertulit ante mori.
inmaturus abit pri]maevo flore sub umbras,
non dilecta magis qu]o mihi vita fuit.
carus qui fuerat cu]nctis, bonus indole, dignus,
in vita mirum] ni renobasset abos.
sed tibi praeripuit cas]us tot praemia laudum,
et semper miserae iam m]ihi flendus eris.
ultima donavi tamen h]aec pia munera mater,
aeternum placida ut sit tibi], nate, quies.

B 1214 v. v. 1. 2. 5. 6. 8. 9. 10. 11 suppl. Buecheler; cetera ego.—3. *hic iacet ingr. q. v.*, 4. *dum superest m. p.*, 7. *patre bonisque puer c.*, 12. *aeterna et iunget me tibi* Buecheler.—1. ante *quocumque* hasta superest V litterae similis; potest fuisse TV; 8. *renobassit abos* traditur, h. e. *renovasset avos*; ad sent. cf. *Lier*, Philol. LXII, 3 p. 469.



Digitized by Google

**635.** XIV 3990 Nomentum

e[g]o . . . .
hic [situs sum . . . .
fata [eripuere . . . .
titu[lum posuit . . . .
et ips[a . . . .
mater . . . .
ide[m . . .

1. *eco* traditur.

# III.

# FRATRES ET SORORES.

---

**636.** II 3479 + 5928 Carthago Nova

Q. Lu[sius] L. f. Seni[ca]
florid]a robusteis nondum formata iuent[a]
ae]tatem Lusi viribus induerat;
qui] carae exoptans complexum saepe soror[is]
mul]ta viae dum volt millia conficere,
caesus a]b infesto concursu forte latronum [est]:
illa a]etas credo hoc tribuit pro tempore m[ortis],
ut b]ona non meminit, seic mala ne timeat.

B 979 2 init. IA apogr., *moll]em* Haupt probante Huebnero Buecheleroque, *florid]a* ego; *iuent[us]* Haupt, Huebner; usitatiorem formam restitui; 4. *cum] carae* Haupt, Huebner, Buecheler; *qui* ego; 6. | B. INFESTO apogr.; *caeditu]r* Haupt, Huebner, Buecheler. *caesus a]b* ego; v. v. 7 et 8 in alio fragmento inscriptos, ibidem invento, ad idem carmen pertinere posse vidit Guerra, probante Huebnero qui explevit in Supplemento; videtur tamen pentameter unus periisse post v. 6, velut:

vespere a]b infesto concursu forte latronum
[o indignum facinus! caeditur ipse miser];

quae sequuntur in apographo priore post v. 6 spatio intermisso: | ᴐITHOC |||¦|. DIS. CORPVS TRA . . . . . . . . . . possunt in metricam formam redigi, non tamen dactylicam: sunt in lapide maioribus litteris insculpta; temptavi hoc modo:

maéstus] rit[e] hoc mánibus dis córpus tra[didít pater];

sic ra]pit hoc [cla]des corpus [acerba nimis], proposuit B.; 7. quoi pi]etas— m[unus]. B.



Digitized by Google

**637.** II 5839 Boletum s. 1 ex. vel incip. II p. C.

(perierunt multa)

qui Tiberina colunt et qui sept]em ostia Nil[i],
fulsit et in Grais ars tu]a clara viris,
dum cithara loqueris septe]m discrimina vocum
mollibus et dulces d]as fidibus numeros:
at nunc luctifico tu]a consona pectine Sexto
fraternos planctus con]cinit icta chelys.
Paul]lini Materni

B 1113 carmen elegans supplevit Buecheler exempli causa.

1. conferri potest Verg. Aen. VI, 800: et septemgemini turbant trepida ostia Nili; eadem hexametri clausula recurrit etiam, ut vidit Huebner, apud Prudentium (contra Symmachum, II 607:) tepidique lavant septem ostia Nili; 3. iussit conferri Buecheler Verg. VI, 645 sqq: nec non Threicius l. c. v.: sacerdos | obloquitur numeris septem discrimina vocum, | iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno; 5. *funereo* B. in Anth.; *Sextus* videtur fuisse Huebnero vel defunctus ipse, vel carminis auctor; potest etiam res ita sese habere, ut poeta cum Sexto fratre sive amico suo lugeat fratrem defunctum eundemque poetam haud incelebrem, legendumque sit v. 5 *me*]*a*; 6. *incinit* B. in Anth.

De *Materno* (v. 7) vide Huebnerum ad tit.; Martial. I, 96; II, 74; X, 37; cf. Buech. in adnotat.

**638.** III 2835 Burnum ante Claudium.

T. Cominius | C. f. R[o]milia | Ateste, miles | leg. XI anno |
rum XL stip. XVI | h. s. e. frater | fratri posuit |
vixsi quad potui semper bene, pauper—honeste:
fr]audavi nullum: nunc iuvat [os]sa mea!

B 929 3. *quad* est *qua ad*, *quoad;* occurrit et *quod*: 3. 4. cf. VI, 2489.

**638a.** III 12552 Mikhása

immatur]a quidem iu[venes mors u]na peremit,
et fratrem fr]atris con[dit iniq]ua rogis.
Aur . . . . . . .] et Aur. Juli | [anus frater] h. s. vix. ann. |
. . . Aur . . . . . . . . pater et . . . .] Jula mater.

B 1780 supplevi, paulo aliter B.

**638b.** III 14354[18] Dacia

sede sub h]ac [requ]i[escun]t pi[i frat]res:
necdum [unus satis deflet]us, rapt[us alter super]stes;
illis vita [tamen Christi propagatur in aula].

Digitized by Google

Marce]llinus vix. an. III; Jo[han]nes vix. an. V . . . |
men]s. VIIII, d. XX; Marinus pater et Ursa m[ater
me]moriam fecerunt pii parente[s].

suppletur ad sensum.

**639.** V 923 Aquileia s. II (Hübn.) s. III—IV p. C.

hic situs est iusti iu[dex], laudator et aeq[ui],
Sassina quem genuit, nunc Aquileia tenet
s]eptimae qui cohortis centuriam reguit,
praetoriae fidus, non barbaricae legioni[s]
C. Manlius hic Valerianus nomine dictus.
Sentilius fratri, quia meritus, posuit.

B 1320 1. cf. VI, 1372; X, 1194; clausula redit Horat. Sat. I, 3, 98: iusti prope mater et aequi; cf. etiam Verg. Aen. II, 426 sq.; 2. eadem fere locutio redit in illo Vergili epitaphio *Mantua me genuit* . . .; 3. scandendum *chortis*; 6. requirit archetypon *pro meritis*; scandendum *quia*, una longa.

**640.** V 1027 Aquileia = VI 34000 Roma

Cn. Coponius Felicio |
ereptus fato est Aquileiae, Tiburi natus:
frater defunctum voluit venerare sepulchro.

B 406 1 init. conferri iussit Hosius VI, 23036; Verg. Aen. II, 738: *fato mi erepta Creusa;* Ovid. Met. I, 358: *si sine me fatis erepta fuisses*; *Tiburi* est locativus antiquitatem prae se ferens, ut v. 2 *venerare*.

**641.** V 4376 Brixia

accipe nunc, frater, supremi munus honoris.
(sequuntur nomina)

B 830 1. *acipe*, lapis.

**642.** V 7917 et p. 931 s. n. Cemenelum

memoriae sanctissimae | C. Subri Secundini, | flaminis et patroni provinciae, | pietatis, eloquentiae, morum | magistri, | C. Subrius Severianus frater | inmatura eius morte deceptus |
(quadraginta) annis vixit [sine crimine vitae],
his duo iunguntur, quos menses quat(t)uor augent
v]igintique dies; felix, si longior aetas
mansisset, quam dura sibi Fortuna negavit.
o, miseros homines! vivont, qui vivere nolunt,
vivere qui debent, fato moriuntur acerbo.

Digitized by Google

B 404 4. *XXXX annis* lapis; post vixit leguntur litterarum umbrae velut . . . *a* . . . *ll* . . .; *ne carmina fallant* Buecheler dubitans; 6 fin. cf. *Weyman*, l. c. p. 537; 7. *sibi* defuncto; 9. usitatius *rapiuntur*, sed propter antithesin non mutandum; fin. cf. *Weyman*, l. c.; ad sent. cf. Plaut. Bacch. 816 sqq.: adolescens moritur, terrae odium ambulat; et h. s. n. 701.

**643.** VI 2945 Roma

d m | Bolusi . . . . [f.] | Severi[ani] | milex co[h . . .] | urb. Emer[iti] | qui vix. [ann] | is XL, fecit Au[relia] | Iuliane sor[or] | [fr]atri dul[cis | si]mo fec[it].

3. exitus tamquam hexametri.

**644.** VI 4825 Roma

. . . . .] tio . Timostrato.
hoc [ti]tulum ornavit frater Rufus [soci]ale:
qui fueras carus vivos, et ille tibi;
sit tibi] terra quies, parcito et ipse tuos.

B 1020 2. supplevit Buecheler; *have, v]ale* Mommsen; 3. *qui* est *cui, quoi*; 4. suppl. Mommsen.

**645.** VI 5167*a* Roma

Statio Marullo fratri Stercoria sepulchrum,
qui per triginta septem devixit in annos,
hanc dedit in se[pe e]meriti pro munere iusto.
. . . . . . . . . . .

B 729*a*. licet Christiana sit, recepi.—3. post SE fuisse R vel P vel B monent editores; *se[de]* dedit Buecheler; v. 4 fuit prosa oratione conceptus desinebatque in numeros, unde superest XI.

**646.** VI 5953 Roma

d m | Successi, Primigenia sor(or) | fecit fratri bene merenti | et piissimo
iter (septem) annis ego iam fatale peregi:
nunc rapior tenebris, et tegit ossa lap(is).
desine, soror, me iam flere sepulcro:
hoc etiam multis regibus (h)ora tulit.

B 1068 3. VII; 4. lap. 6. ora.—3. cf. Verg. Aen. IV, 654; *vitae septem annis ego iter f. p.* reponit Buecheler; 5. archetypon huiusmodi fere fuisse putat Buecheler (graecum archet. attulit *Kaibel*, Hermes, 35, 570):
desine iam mater tumulatam flere sepulcro,
cf. VI, 7872, 10105 sim.; alia etiam adscripsit s. n.

Digitized by Google

**647.** VI 7426 Roma

Zetes et Calais, | duo fratres | gemelli, obierunt | amantes |

metri speciem aliquam praebent.

similia fratrum paria habes VI, 9199. 10104. 10124. 10819. 11569. 11570. 11571. 29633; IX, 6112 (Amphion—Zethus); VI, 15160 (Niciates—Nice); X, 2872 (Rhenus—Danuvius); VI, 10545 (Acontius—Sagitta); VI. 19012 (Geminus—Gemellus), all.; cf. quae dixi ea de re in sylloge «Comment. Philol.» in honorem prof. *Pomialowskii* p. 144.

**648.** VI 9199 Roma s. I p. C.

Zethus T. Vini | atriens. v. a. XX |
ossa sub hoc tumulo pia sunt, sed acerba parenti:
Amphio mi frater hoc titulum posuit.
parcite, fata, meis! valeant fratresque sorores!
sit tamen in vestro pectore cura mei!

B 1080 2. ex alio archetypo inlatus; 3. *titulum* neutrum, cf. *Georges*, Lex. d. lat. Wortf. col. 692 s. v.—T. Vinium consulem esse a. 69 recte suspicatur Buecheler.

**649.** VI 10493 Roma aet. Antonin.

d m | C. Acili Erotis et | Aciliae Romanae |
quamvis inscriptum ferali carmine saxs[um]
saepe legas, nostro nil puto flebilius.
siste gradum parvamque moram concede, viat[or]:
aspicies, quantas liquerimus lacrimas.
una forte die duplici nos pondere mater
edidit, heu similes, heu male dissimiles!
in]vida bis denos Lachesis concesserat annos,
nondum alio pleno, quod dederat, rapuit.
no]mine Acilianus, quo nomine nunc soror, op[to],
v]ivat et a fatis sit procul usque meis.
non mihi] aduc misero, quod erit mis[erum magis, ante]
[contigit, ut premeret lumina cara soror].

B 1122 supplerunt Henzen Bormann.

5. *liquarimus* Henzen in carmine emendato, errore typothetae opinor; *liquerimus* lapis; 8—9. vixit itaque Acilianus annis XXI et menses aliquot; 10—11. quamvis fratris et sororis nomina monumento inscripta sint, mortuum esse fratrem, vivere sororem apparet. cf. VI, 11669; *op*[*tat*] Henzen, *opto*, B.; 12—13. supplevi; *aduc* esse *ad huc* viderunt priores, mihi est *ad hoc*;—ad v. 2 confert B. Verg. Aen. IV, 462; ad sent. cf. *Lier*, Philol. LXII, 3 p. 475.

Digitized by Google

**650.** VI 13481 Roma

hic situs ille ego sum merulator Publius ipse,
quod vocitatus eram Baebius cognomine patris;
Roma mihi patria, nomen meu Primus in aevom.
hos versus fraterque soror tumuloque dicarunt,
qui pietate sua merito laudem posuere.
P. Baebius P. f. Pal. Myrtilus | et Pomponia Spica
unico | fratri dignissimo et pio | fecerunt.

*supra carmen*: q(ui) vix. ann. | XXXX |

B 463 1. *merulator* sive signum est, ut Henzeno videtur, sive artificium, ut Buecheler rectius statuit, non a *mero* pendet, sed a *merula*, quod hydraulorum genus esse monuit idem; nominatur etiam *merla*, VI, 30134; 2. 3. transponendos censet Henzen nulla legitima causa; *quod* (v. 2) non est *qui*; 3.=*meum;* supple *mansurum*; 4. *hos tumulo versus fraterque sororque d.* reponit Burmann.

**651.** VI 15265 Roma

d man. | Ti. Claudi | Similis, vix. | an. LIX mens. | IV dieb. XXIII h. X | Claudia Irene | fratri caris | simo et piissimo | posuit

vel aúreum tit[ulúm merenti pónerem],
[essét mihi tanta sí rerum substántia].

4. TLI | lapis ut videtur; *ti[tulum merenti]* praeierunt editores Corporis; reliqua supplevi ego.

**652.** VI 23730 Roma

diis man. | Palinuro | L. Aponi v. a. LII | posuit Tiphus frat(ri) carissi(mo) |
<otiose,> parce piae manes: ita te tua vota sequantur.

B 837 3. *piae* est *pie* (adverb.) Mommseno; *(nam) piae m. (sunt)* interpr. Buecheler; sed legendum fort. *pias*, nam usurpari *manes* genere fem. monuit idem ad n. 192. Redit eadem clausula IX, 3331; VI, 11529.

**653.** VI 23864 Roma

inn]ocuis fratruum dibus [manibus] | [S]imilis Paulinae s[ervus]

egregios iuvenes ra]puit mors ultima [rerum],
qui vinclo semper iuncti] vixere t[enaci].

B 1702 3. *ra]puit* Henzen; carmen restitui ego; ceterum cum et v. 1 metri aliqua species appareat, redegit B. in hexametros hosce:

Digitized by Google

**Manibus inn]ocuis fr. dibus [sacer Anthi]**
**et fato s]imilis Paulinae s[tat lapis iste]; v. 3 et 4 supplet idem h. m.: *quos inmaturos rap. m. u. r., iamque brevi mersit postquam v. tenebris*, quaesitius.**

**654.** VI 27728 Roma

bene ádquiescas, fráter Aucte Túlli.
sei quícquam sapiunt ínferi.
te, lapis, optestor, leviter super ossa residas,
ni nostro doleat condita ab officio.
«dolére noli, fráter: faciundúm fuit;
properávit aetas, vóluit hoc fatús meus».
vixit annos XII

**B 1538 ex tribus archetypis carmen coaptatum, cf. Cagnat, «les manuels», Revue de phil. XIII, 1889 p. 61; 4. ex archetypo mulieris temere huc translatum; ad *ossa* refert B.; similes locutiones attulit idem. 5--6. respondet defunctus fratri adloquenti.—cf. *Church*, Beitr. p. 60.**

**655.** VI 30106 Roma

. . . . . . . . . . . ssei . . . vixit an. XIX |
flore sui est—noscas Par]carum crimina—functus:
Dis iuvenem eripere hunc a]cer enim statuit!
inscripsit titulum] frater doliturus in aevum,
quod nequeat fratri] munera digna dare.
cessisset sibi res] melius, monumenta dedisset
aurea; nunc tris]ti fungitur officio.
id curae est, ut Do]nati vivax sit imago,
adsidue quam ornent] atque colant superi.

**B 1768 sententiam carminis informavi.**
**1. latet fort. *dulci*]*ssi*[*mo*, *cari*]*ssi*[*mo* sim.: titulus ab Huelseno ex ectypo tantum descriptus est nec litterarum modulus indicatur; 2. *Par*]*carum* et 7. *tris*]*ti* praeivit Corpus; 3. *c* incerta: exspectes *ater*; 6. 7. cf. VIII, 8234; VI, 15265 8. *cog*]*nati*, B.; 9. *quam Manes visant a. c. s.*, idem.**

**655a.** VI 32000 Roma s. IV p. C.

consul [e]n egregiis bis senis fascibus auctus
magnus ab Insteiis, gens inclyta, Pompeianus
istic terrenos terrenis sedibus artus
reddidit, inque sinus Summi Genitoris, apertum
aethera pervolitans, levibus se sustulit alis,

Digitized by Google

caeloq(ue) et terris placida sic pace repostus
felix luce nova saeclorum in saecula gaudet.
femineo sed victa animo et—miserabile—dulci
germano divulsa dolens fratremq(ue) requirens
Paula soror tumulum dedit et sola[c]ia magni
parva tulit luctus, tristiq(ue) heu pectore: «salve
perpetuumq(ue) vale, frater karissime», dixit.

B 734 archetypa pagana poetasque aevi Augustei inspexit auctor.—1. *in* traditur, *en* ego; minus placet *in—fascibus* vel *in egregiis*; 5. cf. Verg. Aen. V, 657; IX, 14; 10. 11. sententia trita; cf. h. s. n. 166. 469. 481 all.; cf. etiam B. ad tit.

**655b.** VI 32031 Roma a. 525 p. C.

post mortem si vivit amor, si gratia prisca
 durat in arcanum mentis adacta bonum,
quamvis luctificum fratris tamen accipe carmen,
 ne mala sit tumulis extera lingua tuis.
te natura parens omni depincxerat arte,
 moribus, ingenio, corpore, mente, fide.
purus amicitiae cultor, servator honesti,
 eloquio miseros vel pietate iuvans.
hinc est quod toto semper te flebimus aevo,
 quod fuerit iuveni vis tibi multa senis.
te genetrix fratresque simul, te compare luctu
 perpetuis lacrimis plangit amata domus.

B 1370 christiana ad instar paganarum.—4. h. e. ne hominis alieni sermone merita tua prave laudentur; 7. Lucani II, 389 saepe obvius: cf. n. 639; C. V, 6724; B. 736. 1371. 1375, all.—metrum correctum.

**655c.** VI 32808 Roma s. II ex. p. C.

respice, praeteriens viator, consobrini pietate parata:
cum lacrimis statui, quanto in munere posto videtis.
Pannonia terra creat, tumulat Italia tellus.
ann(is) XXVI ut sibi castris honorem atquireret ipse.
dolori ma[g]no substentavit tempore longo.
postea cum sperans dolorem effugisse nefandam,
ante diem meritum hunc demersit at Styga Pluton.
quotsi fata eo sinuissent luce videre,
ista prius triste munus posui dolori repletus,
munus inane quidem; terra nunc dividit ista

Digitized by Google

ossua sub titulo potius; tu opta, viator,
cum pietate tua ipso terra leve, nobis fortuna beata,
ex qua tu possis obitus bene linquere nato(s).

B 474 cento barbarus admodum ex notis archetypis conglutinatus.—1. abundat *viator*; pro *consobrini* exspectes *fratrum* (*matris*, sim.); cf. n. 613. 908. 376 all.; 2.=*quantum in munere postum*, vel adeo *quanto in m. postum*. cf. n. 376, 3; 3. sententia passim obvia, velut n. 60; malim *Itala tellus*; 4. h. e. emeritis stipendiis XXVI; 5.=dolorem magnum; 6. h. e. *cum speraret*: *nefandam* in eiusmodi carmine fort. ad *dolorem* referendum, non ad ea quae sequuntur; Verg. Aen. III, 653 attulit B.; 8—10 redeunt supra n. 376, 3—6; 8.=*eum sivissent lucem videre*; 9. cf. n. 376, 5; sententiam turbavit barbarus; *dolori*=dolore; 12.=ipsi terram levem, n. fortunam beatam; 11—13. cf. n. 376, 8—11; 60. 10—13.

**655d.** VI 34866 Roma s. I p. C.

Ti. Claudius | Corinthus |
abrepti fratris cognato sanguine iunctus
reliquias Fuscus condidit in tumulum.

**656.** VIII 8333 Cuicul

concórditer] cum ví[verent geminí duo],
in únum co]nsoluéru[nt ex animó pari]
(ille) cum] Aegil. fratre [. . . . . . . suo],
unáque etiam p]otuérunt vi[ta excédere]:
gemellus] maior ánnos p[lus ⏑ ⏑́ agens],
simúl vita]m potuít conclud[ere ét minor];
et córpora], quae simúl com[busta súnt, loco]
[hoc núnc placide quiéscunt aevo condita].

lapis supra et infra fractus traditur.—6. *conclud[ere vitam]* et 7. *com[busta]* praeivit iam Wilmanns; totum carmen explevi ego; in v. 3 metrum fort. non fuit servatum.

**657.** VIII 9526 Caesarea

fratris amor [quantus fuerit, iam nosce, viator:]
raptus hic repe[ntino est in funere fratris,—]
oscula dum [figit dilecto corpori,—et ipse.]

B 1656 supplevi ego; elegantias Buechelerianas adscribo:
fratris amor periit tristi mihi funere raptus:
hic repetens matrem pius oscula dum petit . . . .

**658.** VIII 13110 Carthago

eximia specie iacet hic Priscilla puella.

Digitized by Google

sex et viginti secum quae pertulit annos;
hanc fratres pietate pari maestique sororem
sedibus Elysiis condiderunt tumulo.

B 1188

**659.** VIII 15220 Thignica

[Iulius hic positus Victor, cui tristia frater]
m]uner[a] exequ[ii] infelix fraterna replevit,
qui statuit tumulum titulis et fata notavit.
C. Iulius Victor, vixit annis XLVI *etc.* . . . .
fratri fecit.

B 531 1. temptavi ego; 2. suppl. Schmidt; *f]uner(is) exequ(ia)* Buecheler.

**660.** VIII 15969 Sicca

d m s | P. Clodius | Fausti | nus pius [1] frater opt | imus homo | infelicissi | mus,
quí vitam vixít iucundam ét quietam, amáns sui,
h. s. e.

2. «*homo infelicissimus* vocatur, quia ex vita iucunda morte ereptus est», Schmidt ad tit.

**661.** IX 384 Canusium

d m s | Ias Ianuariae sorori dulcis | sime b. m. f., quae vixit an | nis XVII mes. III dies XI
aego mi aps te speraba, nunc tibi feci.

B ad n. 178 3. potest vel in senarii iambici formam cogi, exempli gratia hoc modo:
ego mi áps te sperabám. nunc tibi fecí (titulum),
sed nescio an praestet non attingere.

**662.** IX 2078 Beneventum

nunc demu]m adsequitur fratrum felix mo[nimentum],
Tartareos qui mos vidit et ips[e domos].

B 1386 refertur ad annum fere p. C. 566; cum tamen paganorum formam satis integram habeat, recepi supplevique. —1. | \ADSEQVITVR lapis; *hoc merit]a ads. fr. F. mo[numento*, B.; 2. *mos* est *mox*; videtur frater fuisse. qui mox post alios fratres vita concessit; fin. *locos* suppl. B.; cf. tamen Ovid. Fast. III, 620. *Tartareas* ausus adire *domos*; idem *Tartareas domos* inventum nuper in defixione quadam Carthaginiensi, Acad. des inscr. 1897, XXV. p. 318; *domus* masc. occurrit VI, 12055 (domum quem), cf. *il duomo, der Dom*; ex analogia usurpatur etiam *sedes aeternos*, n. 711 *a*; item *mos*,

Digitized by Google

non *mox* homoeoteleuti causa ex pronuntiatione s. VI p. C. conservatur, cf. n. 727 (s. VI p. C.); quae cum ita sint, haud facile *domos* in fine versus reiciam, in *deos* sive *locos* mutando.

**663.** IX 3473 Peltuinum litt. aevi sequioris.

Maximus et Lasci(v)us, duo fratres convenientes in uno,
hunc titulum nobis posuimus vivis,
ut possemus at superos securius vitam bonam ger(e)re,
qua fini fata volebant.
qui, qua vita viximus una,
numquam inter nos fecimus verbum amarum.
voluptates secuti sumus omnes,
vitae nostre a nobis numquam quitquam negatum est.
i[t]a tu. qui legis, bona vita vive, sodalis,
quare post obitum [n]ec risus, nec lusus, [n]ec ulla voluptas erit.
«have, Maximae!»—menten habae, quod legeris,
quare vita morti propior fit cottidiae.—«vale!»

B 186 insigne rusticitatis monimentum, ad elogium vincta oratione compositum adspirans: dactylici metri frustula passim adgnoscuntur, ut v. 2 *hunc titulum nobis*, v. 4 (nota clausula), item v. 5, v. 9 fin., v. 10 init.; item iambicus numerus apparere videtur v. 3 *at superos securius vitam bonam*, v. 7, v. 11 fin., praecipue vero v. 12, ubi Buecheler adgnovit Phaedri versum III epilog. v. 10: *nam vita morti propior est* (sic edi solet; *fit* restitui iubet Buecheler ex titulo nostro) *cotidie*, iussitque conferri eiusdem IV prol. v. 17—19, et Senecae epl. 120, 17: *quotidie enim propius ab ultimo stamus.*

5. *qua vita* item v. 9 *bona vita* sunt accusativi; 7. *simus* lapis; 10. 12. *quare* pro interrogatione solet accipi edique sic: «*quare?*»—«*post obitum* . . . . et «*quare*»?—«*vita morti* cett.; potuit tamen rusticus ille *quare* his locis pro *quia* posuisse, ut apud Petronium 44, 27 ([3]Buech.): *sed quare nos habemus aedilem trium cauniarum*: «aber warum haben wir einen Aedilen, der keinen Pfifferling werth ist» (Friedlaender, cena Tr. p. 111); minus quadrat et hoc loco interrogatio in universam sermonis sententiam, dicuntque saepius nostrates etiam rustici *почему что* pro eo quod esse debet *потому что*; idem video placere et Buechelero, s. n.; de *quare*=*car*, cf. etiam Arch. f. l. L V, p. 127; Lucil. (Baehr. fr. p. l. n. 394); uberius disputavi de re in Sylloge «στέφανος», p. 56 sq.; 11. *menten habae*=mentem habe.

**664.** X 6054 Minturnae

. . . . . . . . i N. l. Zotici
. . . . . . . . Se]x l. Asclepia

. . . . . . . . o Sex. l. Liccaeo
fratrum trium sunt] hic sepulta corpora.

B 71 supplevi ego.—4. *haec tria quiescant*] *h. s. c.* Buecheler.

**665.** XI 188 Ravenna

duo(rum) Iuvan(iorum): Lupi et Apri |
una Iuvaniae domus hos produxit alumnos,
libertatis opus contulit una dies;
naufraga mors pariter rapuit, quos iunxerat ante,
et duplices luctus sic periniqua dedit.

B 1210 fratres esse ex nominibus facile collegitur; Iuvan(iensium) supplet Buecheler, ad oppidumque refert cui solitum nomen est *Juvavum*.

**666.** XII 5807 Arelate

. . . . . . . . . mater amando
vix.] an. XX
. . . . huic frater titulo . . . .
. . . . no[m]en lapis vanus . . . .
. . . . e . . . quo superin . . . .

B 532 4. *iam geminum*] *nomen lapis* [*u*]*nus* [*habebit*], 5. *funere deinde novo superingemuere parentes* fecit Buecheler ex. gr., litterarum vestigiis adversantibus.

# IV.

# FAMILIA PROMISCUA.

**667.** II 1088 Baetica litt. s. circ. III ineuntis p. C.

d m s | M. Calp(urnius) Lucius | decurio |
flere cupis quicumque meos in marmore casus,
siste paru(m) lacrima(n)s, sorte(m) miserandus iniqua(m):
amisisse pium patre(m), dedi[sse] sepulcro,
quam pene ia[m] esse(m) ann. XXVI m. VI d(ierum) que VIII.
conditus ego iaceo misero genitore relicto;
iam mater misera palmisque ubera tundens
et soror infelix comitantur luctibus amb(a)e;
coniux cara mea relicta cum parvolŏ filio,
casta mater, vidua, no mihi vita supe(r)stat;
qui nostrum tumulum onora[b]it, corpus e[iu]s a(n)ima(m)que
[a]t s(e recipiant) pihi parentes regnaque mundi tene(n)tes!
hic ego sepultus iaceo placidusque quiesco.
h. s. s. t. t. l.

B 541 3. *lacrimas* lapis, correxi ego; retinet Buech. collato Ovid. Fast. I, 367; *miseratus*, archet; 4. *deditq.* lapis, corr. ego; supplendum est *me* vel *natum*; 5. *quam* rustice dictum pro *quom*; 7. pro *ego* exspectes *hic*; 10. *filio* est spondeus; 11. *no* mihi est *nunc* potius, quam *no(n)*, requiritur *nunc mihi viva sup.;* 12. *onoravit* lapis, est potius *honŏrabit* quam *onerabit*; CORPVS FOSAIMAQIIETS | PIHI cett. lapis, litteris *aqiiets* minus certis; emendavi ego; *fos(s)a ima ciete* vel *postrema ciete* Buech.; *tenetes* esse *tenentes* vidit Huebner; dedit tamen in transscriptione *tenetis; regna qui tenetis*, Buech.—

Digitized by Google

Potest sane rusticum carmen facile ad iusta metra revocari, sed praestat non attingere; 3—5 dedit Buecheler hoc modo:

siste parum lacrimas. sorte miserandus iniqua (est)
amisisse pium pa[ter] deditque sepulcro
qum bene im[pl]esse(m) cett.

ad v. 3 contulit Hosius Ovid. Amor. III, 6, 2; II, 7, 15; Verg. Aen. XII, 243; cf. *Weyman*, l. c. p. 543; ad v. 8: Aen. I, 481; Ecl. III, 99; ad v. 14: Verg. Aen. I, 249; Tibull. II, 4, 49; ad v. 13. 14 cf. II, 1399 fin.

**668.** II 3501 Carthago Nova — litteris parvis sed antiquis.

filiola[m] amisit pa[ter heu!] materque sequtast
ipsa: huius nomen Salviol[ae] fuerat.
M. Maestri | Lucrionis verna | annorum XXI |

B 1070 supplevit Huebner; 1. potuit esse et *pa[rvam]*; 2. interpungendum post *huius* putat Leo.

**669.** II 4137 Tarraco — c. a. 215 p. C.

d m | L. Alfidio Urbano trib. mil. | leg. VII G. P. F. Antoninianae | homini in vita sua optimo | ex testamento eiusdem, | arbiterio Corneli Rustici soceri

víve laetus, quí(s)que vivis: víta parvo(m) múnus est:
móx exorta est, sénsim vigescit, deínde sensim déficit.

B 245 5. *quique; parvo munus,* lapis; *quique* retinet Buecheler. sunt tetrametri trochaici catalectici, quorum in altero pro *sensim vigescit dein vigescit* proposuit Haupt, *orta mox s. v.* Finestres probante Ritschelio, *mox ut exorta est vigescit* Leo.—cf. II, 4122, unde aetas tituli aliquatenus definitur; ad sent. cf. II, 391; XI, 2547 *a*.

**670.** III 124 Busr el Hariri

sede sub hac recubat clarus praetorique praefectus
Maiorinos, virtute caelebratus magna per orbem.
haec illi nu(n)c requies fati, haec sedis aeter(n)a,
Filippi extructa studiis gratique nepotis.

B 622 propter litterarum formam unciales quae dicuntur imitantium in V saeculum removeri titulum posse censet Buecheler; typis tamen veram scripturae imaginem minime repraesentari in add. adnotatur. —4. *grati* non esse nomen monuit Buecheler eiusdem hominis epigrammate graeco collato.

**671.** III 2197a Salonae

M. Attius M. l. F[a]ustus | v(ivus) f(ecit) sibi e[t] Attiae M. l. | Secundae coniugi sanc(tissimae) | et M. Attio M. f. Crispo | et M. Attio M. f. Secundo |

Digitized by Google

coniugis amissae lacrumas satis esse putavi
me fudisse meae vimqu[e] tulis[s]e deum,
et tuleram graviter: sed nunc et so[lus et] orbus
amissis natis maxima damna fleo;
et testor superos, patr[i] qu[a]e ponere nati
debuerant, natis ponere dona patrem.

B 1534a apographi corrupti menda adscribere supervacuum; cf. «Dalmatici auctores» p. 277 n. XL. XLI; 4. cf. Ov. Met. VII, 689.

**672.** • III 2490 Salonae

dulcis Proserii coniux Vincentia quondam
sarcofago hoc tegitur, caro condente marito;
hanc post bis quinos sequitur Piruntia mater
annos, et aeterno iungit pia membra cubili.

B 638 4. *aeterno cubili* erit ablativus; cf. *Weyman*, l. c. p. 545.

**673.** III 2722=9729 Delminium

C. Laberius (C.) f. | [Vita]lis ann. VII | h. s. e. |
hunc titulum posuit tibi fidus amicus:
ultuma quae potui, debita pers[o]lui.
no[li] dolere, mater, faciundum fuit:
properavit aetas, voluit hoc astrum meum.
vale, et priores aetate n[a]t[i] tollant hunc luctum tibi.

B 1536; ad n. 145 2. excidit *mortis* vel nomen amici; 4. NON traditur; 6. *aetate* | | | *n* | *te tollant* traditur; *nati* reposui; *aetate te* Mommsen; versus omnino vitiosus.

**674.** III 4262 Scarbantia

L. Semproni | us Catuma | rus an. L [L.] Sem | pronius Iustus | an. XX h. s. s. Sem | pronia Catta v(iva) | sibi et coniugi [et] | filio posit

hís opto terrám levem.

4. casu evasisse versum vix credibile

**675.** III 4487=11095 Carnuntum aet. Traiani.

Veiania Hospita | ann. XLV h. s. e. et | L. Fabricius | Clemens, mil(es) coh. I praetor(iae) | L. Fabrici evoc(ati) f(ilius), qui decessit im praet(orio) | ann. XXIIX stip(endiorum) VIII. Fabricia | L. f. Marcella matri suae et fratri | posuit |



Digitized by Google

felix terra, precor, leviter super ossa residas
matris et et fratris: comprecor ecce soror.
pars iacet ipsa mei maior, geminatque dolorem
filia matri simul fratre iacen[s] filio.
co]mprecor, ut vobis sit pia terra levis!

B 1121 3. *impraet.* lapis: non mutavi; 8. *matri* est ablativus; *iacent* lapis: correxi; *filia* ad Marcellam ipsam dolorem suum poetice augentem rettulit Haupt, quocum facit et Buecheler, qui archet. constituit hoc fere:
matri cum nato nata quoque ipsa iacet;
putat idem totam (v. v. 7. 8.) sententiam ex alio carmine bonae satis notae posse esse desumptam. recte omnino.

**676.** III 7563 Tomi

P. Ael. Tere[ntiano] | Aurel. Aven[tinus . . . .
postquam sarcop[hago matris sunt ossa recepta],
necdum sopiti ig[nis erant cineresque paterni],
mox etiam [natus fatis decessit iniquis].

B 615 2. 3. suppl. Buecheler, 4 ego; potest et *frater*; 3. cft. Buecheler Verg. Aen. V, 743; VIII, 410 *sopitos suscitat ignes*, hiasseque putat *sopiti ignes*; tum dabitur *necdum sopiti ignes cineresque reposti*.

**677.** III 7584 Tomi

Aur. Ianuaria Ian. an(nis) . . . iu | ncta pari Fla. Mart[i]no | et amplius vixi m. V d. . . . pr | o comoda fuit spir[it]um d | [eo] rede[re] . . . . Aur. Domna so | ror Ian. a[n. . .] III iuncta pa | ri vixit m. X d. I . . . fatum co | nplevit durus pro carita | te coniugi et sorori. ip | (si) vivite, parentes, et nestr | is pr[ofun]d[ite man]is. estote | memores iterum [El]ysiis co | [fu]turi.—«ave».—vale, viator.

B ad n. 859 recepi propter pagana aliqua.
2.=pro commodo; 6. est *nostris*; restituit Domaszewski; cf. III. 13809 (14217[1]). 14165[1].

**678.** III 8385 Han Podrunići (Dalmatia)

ultima clauserunt Parcarum stamina filo
Principii miserandi diem, quem gloria nisi
avus adque pater puerum dedere praeclara
militia patruoque suo iunxere fovendum,
cum primum pulchra lanugine sumeret annos,
spectantes magnum patriae columenque futurum,

heu, miseri! gloriari sibi laetamque senectam.
crudele(m) luctum domui Ravenna remisit—
hoc miseros titulo proprium signasse dolorem.

B 587 2. «*Principii* nomen litteris artioribus scriptum postea adiectum esse censet Hoernes»; 3. 4. rraeclara militia: «sic» Corpus; 8. crudele.—Prosodiae legibus non semel aut bis graviter illusit carminis auctor, dumque stili sublimia petit, sententiarum nexum impeditum obscurumque effecit.

1. attulit Hosius Sil. It. I, 281; 2. «gloria nisi =(ad) gloriam nisi»; 3. 4. *praeclara militia* in eiusmodi carmine in *praeclarae militiae* non est mutandum: *dedere* poetae illi est quasi *abdidere*; cum *fovendum* iungit Buecheler; 5. pro *pulchra* exspectes potius *molli* vel *tenera*; minus quadrat *dubia;* 6. «spectantes= sperantes»; pro *magnum* (scil. *eum*) malim *decus id* vel simile; 7. pro *gloriari* oportebat *laudemque*, vel etiam *gloriamque*; cl. VIII, 15569; 8. 9. h. e. *remisit ut signarint*.

**679.** III 8739 Salonae litt. s. I p. C.

. . . c . . . . dec. equit. pr[aep. c]oh. | III Alpinae et Q. Ennio Sever[o] | ann. XV, fecit Lutatia Veneria | viro et filio |
orba queror genetrix miseri post funera nati,
r]apta [nec a]di[u]ta[t] me mea c[ar]a soror.
intra ter quinos infelix occidit annos;
sic illi coniunx, sic toga pura data est,
nu[ll]aque pr[opa]go manibus succepta [p]arentis,
nullus honos fasces in mea tecta tulit.
omnia Ditis habet praeterquam nomen eoru(m),
nec comitem nati me sinit esse mei.
o, genitor felix, qui nec tua funera vidit,
nec filiu(m) f[a]ti [concid]ere [invid]i[a].

B 1148 4. suppl. Buecheler, qui *adiuvit* proposuit in Corpore; *raptaq. et ante premit* vel *impia plusq. gemit*, alia dedit id. s. n.; *adiutat* melius quadrat ad evanidarum litterarum vestigia; 7. suppl. Buecheler; *succepta* archaice pro *suscepta*, cf. Georges Lex. d. lat. Wortf. col. 669; 12. supplevi ego: laxiore quam cetera scriptura exaratus fuit versus; *nec fili vitam morte superstes aget*, Buecheler.

**680.** III 9632 Salonae

. . . . . . . . . . . . .
idcircoque . . . . . . . . . . . . . icio . . .
audemus tamen haec e[dere cum] gemitu.
ex iu[sto requiem huic tri]buat Deus Omnipotens Rex
[sede beatorum ac s]it bene post obitum.



Digitized by Google

[illa tulit multa adversi]s incommoda rebus,
[atque infelici e]st fine perempta quoq(ue).
[nam quater haec denos a]nnos postquam trans[egit],
fu]nesto gravis, heu triste! puerperio,
nēquivit miserum partu depromere fetum,
hausta qui nondum luce [p]ereemptus abiit.
adque ita tum geminas gemino cum corpore praeceps
letum ferali [transtu]lit hora ani[mas].
at nos maerentes coniux natique generque
carmen cum l[a]crimis hoc tibi [condidimus].

B 1438 ex paganis desumpta multa. ideoque recepimus; cf. *Church*, Beitr. p. 59. v. v. 1—3 (init.) et 3 (fin.)—14 fragmenta duo eiusdem marmoris; ordine. quo dedimus, coniunxit de Rossi, inverso Buecheler; ante v. 1 unum distichon perisse videtur.

2. supplevi ego; 3. in duos versus distribuit de Rossi, supplevitque alteram partem *cui placidam requiem tri]buat* cett.; *huic pl. r. tri]buat* B.; *ex iu[sto r. huic tri]buat* ego; 4. *insontique animae si]t* B.; 5. ut supra suppl. de Rossi; *multa tulit nimis adversi]s* B.; 6. suppl. de Rossi; *infelix misero e]st* B.; 7. ut supra ego; *quadraginta a]nnos—trans[egit in aevo]* B.; 9. *nēquivit* priora producta. pro *non quivit*; FETV̄ lapis; 10. scandendum *abît*; 12. suppl. de Rossi; 14 fin. suppl. Bormann; *conscribimus* de Rossi.—subiunxit B. carmen III, 9631, quod tamen, ut ipse suspicatur. ad aliam mulierem pertinere potest.—Ad sent. cf. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 157.

**680a.** III 9922 Burnum

o, mi[h]i c[ara, virum natosque] nurusq[ue beatas]
coniuge d[igna tuo modo] re(l)liquisti [dolentes],
et] gemino fa[to rapta es, heu,] nobis ab an[te].

B 1692 2. CONIVCE O . . . traditur; 3. *gemino fato*, nam virum natosque simul orbaverat.—Supplevi ego; reliqua non intelleguntur: sunt fortasse nomina corrupta.

**680b.** III 14237 Pituntum

Viscia Paula soror et coniunx Viscia Firma
uno anno obiere sim[ul d]uo mensibus inter;
nonaginta annos vixerunt adque duobus:
quadraginta et quinque soror, reliquos fuit uxor.
quarum pro meritis tumulis duo corpora iunxi
Q(uintus) Viscius Valens d[u]plici pietate propinquus.

1. *soror* ultima producta in penthemimeri; 2. h. e. mensibus duobus interiectis; 4. *vixit* pro *fuit* vitatum metri causa; poterat sane *habet*.

Digitized by Google

**680c.** III 14524 Viminacium

Lupus anemola ic ave | tat. quot comidi, mecum ave[o] | . ego Maurentia | in hunc mo | numentum | titulum posui Lupo | . virginio meo, cum [q] | uem quiquaginta a[n] | nis beni laboravi adqu[e] | inculpatim covixi; et A[r] | genteo Samarconi fr[a] | tris vel Subulele m[atri] | s meae ipsum titul[um] | feci

insigne barbariae monumentum, ex solitis formulis consarcinatum.

1. *avetat* = habitat: *quot comidi* = quod comedi; cf. n. 1801; 4. de *laborandi* verbo cf. n. 224; 5. *subulele* est nomen potius, quam *subule* (= suboli) corruptum.

**681.** V 1166 Aquileia

Claudiae | Agele | Pettii | Hercoles | maritus et | Hercoles | filius |

sanctissimae et piissimae
vivi fec(erunt) et sibi.

3. 4. iambi apparent casu fortasse.

**682a.** V 5701 ager Mediolaniensis

tu] cum Popilium [cernis . . . . . . .]ses
quam ei se o . . . . . . . [ut] die ulti[mo]
i]n se ponan[tur, ita] habent magnam [gratiam],
q]uorum laudatur s[emper] aeterna fides.
parentes amavit, n[ostram coluit] coniugem,
nato[s curavit], quos mihi non licu[it frui].
omnes amici, scio, meru[is]tis bene.

B 103 B. disputavit de titulo Krascheninnikow in Eph. M. P. I. 1892 Nov. et Dec. sect. phil. class. p. 51 sqq.

1—2 init. fuit sententia talis fere; *tu cum Popilium cernis, amicorum fidei memor esto, quam ei se (= sibi) obstrinxerunt mutuo, ut* etc.; 2 fin. 3. 4. 6. suppl. Buecheler; 5. *nostram duxit* Buecheler; videtur mihi tamen amicus non duxisse amici consortem, sed suscepisse tantum aluisseque; 6. *non licuit frui* propter absentiam puto.—5—7 loquitur Valerianus cuius titulum infra ponemus.

**682b.** Lucili | Domestici | Valeriani | option(is) cent. III | *etc.* . . qui vixit an | nis XXVIIII dies | VIIII hor. III | Lucilius Domesticus | [p]ater filio inconpara | bili |

p]atér mihi fecit, quód [e]go patri débui.

B 103 A. supplevit Mommsen; Kraschen. l. c. p. 52.

Digitized by Google

**682c.** . . . . . . . . . scis me hoc s . . . .
. . . . p]ater infelix ambos nos desiderat.
et tu, Valeria, rari exempli femina,
sic me amasti, ut nates derelinqueres;
nec tu [p]otuisti eos attendere,
u]t acerbos pariter meo re[l]inqueres.
nunc ille hab[ebit] hos sibi superstites.
hac ille ac nos pater des[id]erat.
rogo, pater suavi[s] . . . asasicidfqroris mei
u]t mihi ponatur omne flos suo tempore.

B 103 C. 1—2. *scis me hoc sib[i]* | *[q]ui[n p]ater* suppl. Buecheler; *scis me hoc [tumulo solum olim] s[epeli]vi[t p]ater* Krascheninnikow l. c. p. 55 lacunarum spatii nulla ratione habita; 3—5 videtur uxor marito mortuo mox et ipsa obisse, ut ambos pater desideraret; 6. *pariter* videtur corruptum esse, cogitabam de *patri*; *meo* h. e. amico, qui supra memoratur, intellegit Buecheler; *[fato] meo* Kraschen.; 7. *hab[ebit]* Buech.; *hab[eat]* Kraschen.; 8. quid dicere velit poeta omnino obscurum; *ha(n)c* emend. Kraschen.; *hac ille hac nos* Buecheler, amicum supra dictum intellegens; 9. *pater suavi[s este sic memo]res mei* Buecheler; *pater suavi[ssime obsecroque te]* | *[reliquias iam cures] sic [corp]oris mei* Kraschen. lacunas iusto longiores accipiens; totus titulus ut denuo conferatur perquam necesse; 10. *flos* neutrum, cf. Georges Lex. d. lat. Wortf. col. 282 s. v.

**683.** V 5933 Mediolanium

d m | Urbico secutori | primo palo, nation(e) Flo | rentin(o), qui pugnavit XIII | vixsit ann. XXII; Olympias | filia, quem reliquit mesi V | et Fortunesis filiae (s.) | et Lauricia uxsor marito bene merenti, | cum quo vixit ann. VII |
te moneo, ut quis quem vic[e]rit, occidat.
colent manes amatores ipsius.

5. melius procedit pentameter, si reponas *interimat;* 6. ad iambos inclinat; videtur ipse esse occisus ab eo cui pepercerat a se victo.

**684.** V 8485 Aquileia

T. Vettidius Ɔ. l. | Phindarus | sibi et Vettid[i]ae | Phiale coniugi |
te, lapis, obsecro, leviter super ossa residas,
ni doleas nostro, conditus, officio.

B ad n. 1474 1. *sibe*, lapis; 3. requiritur *obtestor*, et 4. *ne doleat*, ut habes V, 7097; cf. Cagnat, «les manuels», p. 59; vitavit hiatum in vocativo *condite*: similes formulas attulit B. ad tit. s. s.

Digitized by Google

**685.** VI 5263 Roma s. I p. C.

Iulia Prima | Ingenuo, Augustae | Spons. fratri, v. a. XIX |
C. Iulio Aug. l. Regillo, viro, | C. Iulio Caro, filio |
coniuge si qua caret, fratremque miserruma si qua
flet raptum, et natum perdidit a gremio,
hunc titulum aspiciat: funus non quaeret in isto,
quo dolet, et flebit tot mea damna magis.

B 988 5. pro *non* exspectes *tum*, *nam* sim.; minus placet interrogatio.

**686.** VI 5817 Roma

d m s | Stephanis vir [go intaminata |
lumen, quod accepi, reddidi, patre(m) meum
Stephanum secuta: hoc fatum voluit.
vix. ann. XIIII

2. cf. add. p. 3418; 4. reposito *meum* fit senarius licet hians.

**687.** VI 7886 Roma

nonum post decimum compleras nubilis annum,
Vibia, crudeli funere rapta viro.
dum tibi progenies animo, dum fidis in illa,
heu, facinus! Victrix, me tua vota gravant!
molliter ad matrem placidi descendite, manes;
Elysiis campis floreat umbra tibi!
M. Ateius Epaphroditus

B 1143 2. rectius *sponso*; 4. nomen igitur fuit puellae *Vibia Victrix;* idem cognomen habes VI, 28944; secuta est puella matrem, ut Stephanis VI, 5817 patrem; 7. est fort. sponsus idemque vir, v. 2.

**688.** VI 10226 Roma s. I p. C.

quintum annum et decimum Narcissus flore iuventae
hoc iacet abreptus conditus in tumulo.
quisquis ades, lector, fatum miserabile cernis:
Parcae nam inpubem, quem rapuere mihi,
maeret cara soror, quae fratrem luget ademptum;
mater habet natum, Florum lux candida torquet.

B 1119 1. malim *quinto a. e. decimo;* 4. *mihi* patri Floro; 6. h. e. ante defuncta, cf. VI, 10971; terram intellegit B.; Florus est pater Narcissi. Quae sequuntur post v. 6: *hic septimum frumentum publicum accepit* etc. prosa oratio est.

Digitized by Google

**689.** VI 14295 Roma

L. Cambicius Telesphorus | et Lucceia Tyche uxor | et Lucceius Secundus f. | fecerunt sibi et suis lib. | libertabusque posterisque eorum |

et tu, quae dederis, sit tibi terra l(evis)!

B 1462 4. «*quae dederis* scil. locum sepulturae». Henzen; ad viatorem quasi parentaturum (*quae*=quaecumque) manibus defuncti refert B. rectius sane.

**690.** VI 14338 Roma aet. Aug.

C. Caninius C. f. | Arn. Labeo pater |
omnés hei mei sunt: fílius illúm manu,
ille íllam mereto míssit et vestém dedit;
quoad víxsi, vixsere ómnes una intér meos.
eundém mi amorem praéstat puerilém senexs:
monuméntum indiciost sáxso saeptum ac mármori,
circúm stipatum moérum multeis míllibus.

B 58 6. «*marmore* priores omnes. sed littera evanida videtur esse i».—1. nomen sepulti; 2—7 loquitur defunctus; 2—3 *ille—illa* est filii libertus libertique liberta eademque uxor; 3. *vestem* h. e. stolam matronalem. cf. X, 6009: decoraat stola; 5. *senexs* h. e. filius defuncti; 7. *multeis millibus* de pecunia in monumentum consumpta recte intellegit Buecheler.

**691.** VI 17505 Roma

d m | Q. Fabio Augurino | f(ilio), qui vix. ann. V m. VII d. XI | et Careiae Sabinae | coniugi rarissimae | , quae vix. ann. XXIIX m. V d. VII. | Q. Fabius Augurinus de se | benemeritis fecit |

per haéc sepulchra pérque, quos colís, manes,
his párce tumulis íngredi pedém saepe.
sic núnquam doleas átque triste súspires,
quantúm doloris títulus iste téstatur.

B 215 7. *atque* bis legitur in lapide quadratarii fortasse errore.

**692.** VI 18086 Roma

hic est positus Fl(avius) Her | mes, quem fatus longius | ducere noluit; qui maluit luc | tum linquere, quam gratias | reddere suis; derisor aviae | s, quia se dicebat nutrire | bacchillum summae senec | tae; delusit fratrem patris, quia | nimius erat blandus ad illum, avi | umque suum adlectabat voce |

pusilla, ut cuncti vicini dicebant: | «o, dulce(m) Titu(m)!» dunc haec agerentu | r, iuvenes de subito acceperunt | sui luctu(m) parentes. hic tamen | in biennio vixit, quasi qui vixiss | et sedecim annis: talis enim | sensus erat illi, quasi prope | rantis ad Orcum. itaque | tibi dico, qui nescis dulce(m) | voce(m) dicere filii, ne vellis | cupidus poen(a)e manere | male. |

B 1581 1 (6) nomen igitur fuit pueri T. Flavius Hermes; 3. h. e. *bacillum, baculum*; pro *quia se* exspectes *quae se*; 9—10. *properantis ad Orcum* h. e. senis longaevi; 10—11 iungendum esse vidit Mommsen hoc modo: «itaque t. d., qui nescis (defuncto) dicere dulcem vocem filii, ne velis manere, cupidus malae poenae»; potest tamen *filii* in eiusmodi sermone dativi loco esse positum, ut intellegatur *dulcis vox* ea esse, qua solebant mortuos compellare, qualis *have*, *vale*, *s. t. t. l.* sim.; *male* v. 11 recte tuetur B. apparent passim metri frustula, ut 3. *derisor aviaes. quia se dicebat*, 5. *blandus ad illum*, *aviumque s. adl. voce pusilla*, 9. *talis enim sensus*, 9—10. *properantis ad Orcum*; ad pentametrum tendunt 11: *ne vellis—male.*

**693.** VI 20674 Roma

d m | Iuliae Secundae filiae, Corneliae Tyches uxoris |

(elogia duo prosa oratione concepta)

Iam datus est finis vitae, iam paussa malorum
Vobis, quas habet hoc gnatam matremq(ue) sepulcrum,
Litore Phocaico pelagi vi exanimatas
Illic, unde Tagus et nobile flumen Hiberus
Vorsum ortus, vorsum occasus fluit alter et alter,
Stagna sub Oceani Tagus et Tyrrhenica Hiberus.
Sic etenim duxere ollim primordia Parcae,
Et nevere super vobis vitalia fila,
Cum primum Lucina daret lucemq(ue) animamque,
Vt vitae diversa dies foret unaque leti.
Nobis porro alia est trino de nemine fati
Dicta dies leti, quam propagare suopte
Visum ollis tacito arbitrio cum lege perenni,
Sisti quae cunctos iubet ad vadimonia mortis.

B 436 acrostichon est Iuli Secundi.—11. *nemen* aliunde ignotum; *numine* vel *nomine* legunt quidam perperam omnino; 11—13. h. e.: mihi ab isdem tribus Parcis trino nemine ipsarum hactenus ut vivam concessum est; tria stamina vitae ipsius scilicet uxoris filiaeque intellegere Secundum statuit Buecheler.

**694.** VI 20908 Roma

d m | Iunia Sabina, coniux | incomparabilis, mater pientis |

Digitized by Google

sima hic quiescit, cui bene me | renti de suis sibi Iunii: Callistra | tus coniux, item Maratho et Cal | listratus fili fecerunt,
et hunc titulum posuerunt pietatis honorem,
aeternum coniugi et matri muneris officium.

B 1584 4—5. archetypum huiusmodi fuisse putat Henzen:
filius hunc titulum posuit pietatis honorem,
aeternum matri muneris officium.

**695.** VI 21151 Roma

Lasciva, verna | Q. Sulpici Abascan | ti,
quae nondum septem (vitae) compleverat annos,
quae caruit luce et tenebris se miscuit atris,
Lasciva nimium fatis crudelibus orta est:
liquit et orbatos miseros fidosque parentes,
uberibus pressis nutricem liquit amantem;
coniunx nutricis infelix ille relictus,
maeret et ad cineres plangit sua pectora palmis,
nec satis ereptam lucem sibi [morte puellae]
[elugere potest memori pietate parentis].

B 398 2. *vitae* suppl. Iucundus; 3. *cum caruit* corr. Burmann; 4. nomine ut fit metrum violatur; *Lascivus* requiritur; 6. *nutricem* esse matrem puellae viderunt editores; 9. expl. Buecheler; 10. ego ex. gr.; *nunc oculis haurire placet* dedit Buech.

2 fin. cf. *Weyman*, l. c. p. 536; ad v. 3 fin. attulit Hosius Verg. Aen. IV. 570; X, 664 (nocti *vel* nubi se immiscuit atrae); ad v. 8 fin. iussit idem conferri Ov. Met. II, 584: *plangere nuda meis conabar pectora palmis*; eadem fere clausula occurrit ibid. V, 9; cf. *Weyman*, l. c. p. 537.

**696.** VI 22251 Roma

Marsidia Agath[emeris filia vix. ann. . . .] Marsidia Stab[ilis mater] vix. ann. LXX *etc.*
si pietate aliquem redimi fatale fuisset,
Marsidia Stabilis prima redempta forem.
quamvis mater eram natarum prole decora:
nam geminas habui, karus eratque nepos.
septuaginta super messes natalibus egi,
summa senectutis praemia passa cremor.
quod si non cineres Agathemeris immatura
auxisset nostros, mater et ipsa foret.

Digitized by Google

tunc ego nobilior cunctarum sorte [fuissem],
quippe superstitibus ponere[r ipsa meis].

B 1127 5. *messes* de vitae annis cf. VIII, 11824. 13; 9. supplevit Reinesius; *viderer*, Buech.; 10. *ponere[r hicce meis]* Mommsen; *una m.* B.; *ipsa* ego.

**697.** VI 23004 Roma

hic ego condideram frat]rem geminosque nepotes,
post mortem fratris pign]ora cara mihi.
iam mihi summa dies instat vent]uraque mors est,
sed quia sunt manes, sit] mihi terra levis,
qui natale solum dulcem patri]amque reliqui,
dum repeto urbem, usus con]iugis obsequio.

B 1258 supplerunt editores Corporis ex. gr.—4. solitam formulam inserui; *idque unum exopto* edd.; 5. *qui postquam natale solum p.* Buecheler in Anth.; 6. loqui maritus videtur; ad uxorem ne referas, prohibet anaglyphum viri defuncti nominaque infra insculpta . . . . *us Nomius*; *petens urbem con]iugis* edd.; *mortuus hic condar*, Buech.; ut supra ego; melius quaeritur.

**698.** VI 25084 Roma

. . . . . . . . . . . . . . vix.] an. X. Procula tumulum |
. . . . . . . . . . li. [an]nosque vixit bis denos | [et sex]
. . . . . . . . . . . . quae adhuc infans . . . . . . . . . . . .
atra ambas] umbra rapuit mors, hunc quibus [orba]
post titu]lum genetrix genetricis maes[ta dicavit]
et mansit s]ua fata dolens, luctura per aevom.

B 564, corr. p. 856 1—3 turbati in apographo Ficoroniano (cf. ad n. 24930). ut de certa restitutione desperarim; intellego aviam superstitem filiae an. XXVI (?) neptique an. X defunctis titulum posuisse; ad quam sententiam carminis v. 4—6 conformavi; 6 *per aequom* traditur.

**699.** VI 25703 Roma

Sabidia Ɔ. l. Fusca v. a. XIIX |
tu, qui tendes iter properatim, siste parumper,
si grave non animost, fataque acerba lege.
ter senos aetas mea cum processit in annos,
et me specie florentem mei videre sodales,
fratrem flentem ex parte altera.
<dolére, mater, nóli: faciundum hóc fuit,
properávit aetas, vóluit hoc fatús meus,>
pr(a)evenere diem (vitae) meae crudelia fata,

Digitized by Google

et raptam inferna me posuere rate.
hoc lecto elogio, iuvenes, miserete iacentis
et dic discedens: «sit tibi terra levis!»
L. Faenius Malcio p(ater), Faenia L. Ɔ. l. Hilara
m(ater), P. Sabidius Fortun(atus) f(rater) (fecerunt)

B 1537 habes centonem ex duobus archetypis (2—5+9—12 et 7—8) confectum, v. 6 ab ipso poeta extra tenorem carminis adiecto, colore tamen quodam poetico fucato; 7—8 eliminavit B. rectissime.

2. *tendes* est praesens; 5. pentametri locum tenet, hexametrum Burmann restituit talem:

et me fl. sp. videre sodales;

7. archet.: *noli dolere mater*; 9. omisit *vitae* poeta, quod debuerat pro *meae* reponere; 10. *mei posuere ratem* traditur; *iuvenis* (defunctae) *misereto*, corr. Schrader. otiose sane; 12. dicit defuncta ad viatorem, v. 2.

**700.** VI 26901 Roma

diis | manibus | Successi fil(ii) | Caesia Gemella | mater
piissimo | filio de suo | vix. ann. IX | m. IIII dieb. XV |
fatís peractis máter eode(m) est cóndita,
quae post obitum filii | vix. ann. IIII m. XI d. VIII |
quod fás parenti fácere debuit filius,
mors ímmatura fécit, ut facerét parens.
pater Successus | supremum utrisque | praestitit officium. |

B 172 5. archet.: *facere fuerat filium*, vel *quod parenti facere d. filius;* 7.=utrique; 7—8. clausula est pentametri; senarium esse potuisse talem: *pater supremum utrique officium praestitit* monet Buecheler.

**701.** VI 28047 Roma

securitati sacr(um) | Valerius Iulianus Italico filio infelicis | simo et Honoratae mammulai huius fec(it) |
dispar damna lege, Parkarum et stamina dispar:
haec ridenda mihi est, hic lacrumandus erit.
haec namque emeritos bis (quadraginta) per annos
vixit, ad hic tertio consule natus obit.
cur modo tam praeceps, iterum tam sera fuisti
funeris amborum, dic, rea Persephone?
vix lucem vidisse satis, qui vivere posset,
vivere quae nollet, vix potuisse mori?

B 1128 5. *bis XXXX* lapis; 6.=at; bimum obisse puerum significatur; ad v. 9 sq. cf. V, 7917 (n. 642); *vidisse, satis qui v. p.* B.

Digitized by Google

**702.** VI 28239 Roma

Valeria Novella mater | Hyparchus alumnus |
bis binos vixdum compleverat annos,
et nimium fato citius depulsus in antrost,
nec licuit lumen fato superare parentes:
venit iniqua dies et acerbae terminis hora,
ut titulum miseri lachrimis impleret acerbis.
vivite felices, superi, quorum fortuna beatast.
Valeria Novella mater, have; et tu | frater
Hyparche.

B 447 2. excidit *vitae*, ut proposuit Burmann, vel defuncti nomen; 3. IATO lapis; 5. sic lapis; emendari solet *acerbi terminis hora*, sed potest cogitari et de *acerbae terminus horae; termen* femininum est Buechelero, sed cf. XI, 531, 8; 7. *superi* abundat; attulit Buecheler illud Vergili Aen. III, 493 saepius obvium, aliaque eiusdem locutionis exempla congessit.

3. *lato* Cavedonii tuetur Buecheler ex Verg. Aen. VI, 42, quo tamen loco antrum latum non dicitur; emendabatur etiam *dicto*, *subito* nulla necessitate.

**703.** VI 28941=34188 Roma

hoc Proculus Sei]ae Victorina[e c]oniugi
fecitque ma]tri Victorinus filius,
ut sit sibi ad s]pem sedis aeternae domus.
. . . . . . . . ivi . . . . . . . . . .
viro peregit h]aec suo semper comes,
probique castae fe]minae mores erant.
annos tulit, cum est ra]pta, viginti et duos.
scias, viator,] fata non parcunt bonis.
P]roculus p . . . vi . . | . . o . . ioo . . . |

B 96 supplevit Buecheler. 1. ut dedi, suppl. Buech. in Anth.; *fecere Sei]ae* idem in Corpore; 2. ut supra, Buech. in Anthol.; *Seianus ma]tri* id. in Corpore; 3. .... *pem* videtur lapis habuisse; *ipsisque dat s]pem* vel *communicat s]pem* Buecheler olim: *tribus sit ead]em* idem in Corpore et in Anth.; ut supra, ego; de monosyllabo ante caesuram senarii cf. nunc L. Muellerum de r. m. III (ed. 2) p. 261; datur et *quae sit sibi;* fragmentis lapidis collatis excidisse in apographis prioribus v. 4 apparuit, quod et sensus aliquatenus demonstrat; *ivi* vel *ixi* Huelseni apographon; fort. *dum vixit*; 7. *annos tulit c. e. ra]pta* Buecheler olim, recte monens vitae saepius quam matrimonii annos numerari in titulis sepulcralibus: *decessit annos nu]pta* idem in Anth., ut Victorinus filius iuvenis iam sit, non puer fere septennis: 8. dantur plura; Buechelerianum recepi.

Digitized by Google

**704.** VI 29011 Roma

Vipsania M. l. Philusa | vixit ann. XX |
te, lapis, optestor, leviter super ossa residas,
ni nostro doleat condita officio.
M. Vipsanius Sex. f. Latinus vixit anno I |
filius facere quod debuerat patri,
mors iniqua intercessit, filio fecit pater.

B ad n. 177 2—3 notum epigramma, cuius pentametrum generi masculino adaptatum turbavit poeta omisso *ab* ante *officio*; 5—6 notum archetypon item turbatum et quidem ut pro senario fere septenarius trochaicus evaderet.

**705.** VI 30126 Roma

Marcius hic tegitu]r, Musarum carmine ple[nus];
dum pātronus abit per]egre comes esse cup[ivit].
iamque decus meritis] exoptans laetus ageb[at]:
at subito a]dflixit morti(s) acerba d[ies],
quae leti iuvenem insont]em iudicavit in aevom,
ereptusque suis an]nos septe et dece nat[us].
o, nati fatum breve, at] exitiale parentu[m]
coniugis et karae, cui iunc]tus vinculo [amoris] . . .

B 1671 1. *ple*[*nus*], 2. *per*[*egre*], 3. *ageb*[*at*]. 4. *a*]*dflixit*. 6. *nat*[*us*]. 7. *parentu*[*m*] praeivit editor Corporis. totum carmen concinnavi ego.

4. videtur pentameter esse: quae enim supersunt, in hexametrum aegre coguntur; ACERBA I | traditur; 8. lapis inferne fractus, ut unus alterve versus perisse videatur.

**706.** VI 30128 Roma

purpureum veluti rosiosque req[uiro colores]
[adspirante noto, sic decidit Annia Nice],
et genetrix natis (fletum) lacrhimasque reliq[uit].
hic iacet exanimis dulcis Roboratus, ěnixus
vit[am qui miserae partu eripuit genetri]ci
f[ilius, atque annos] XXV secum o[bitus tulerat.].

B 601 ante v. 1 posuit Buecheler: *visa est dum ascendit in auras*; equidem puto hoc carmine, ut passim (VI, 22377. 30130; VIII, 19606 all.), comparari defunctum sive defunctam iuvenem cum flore cito exarescente; cum autem apographi Marangoniani v. 3 hoc modo exceptus sit: *hic iacet exanimis dulcis roboratus enixus vit. . . .* | , videtur mihi titulus sic continuari, ut v. v. 1 et 3 binos hexametros habeant, 2 et 4 singulos; ad quam rationem supplevi ut supra.—1. *rosios* apogr.; non mutandum; *req*[*uirere flores*] Bue-

Digitized by Google

cheler; usurpari *colores* pro floribus notum: cf. Prop. 1, 2, 9; ad sentent. cf. Val. Flacc. Arg. VI, 492:

lilia per varios lucent velut alba colores
praecipue, quis vita brevis totusque parumper
floret honos, fuscis et iam notus imminet alis;

3. suppl. Buecheler; 1—3 matris esse titulum in puerperio defunctae. 4—6 filii eius Roborati vidit Buecheler; 4. *enixus* passive, v. *Draeger*, Hist. Synt. $1^2$ p. 157; 6. sententiam restituit Buecheler, pentametrum ego; numerus abundat.

**707.** VI 30152 Roma

condita in hoc ia]ceo tumulo car[issima coni]unx,
quae nomin[or Phoebe, Callisto nupta marito],
quae et] novi virgo castum [servare cubile];
. . . . . . . . . . . . . a sine crimine vitae,
eripuitque viro mors et prop]erata parenti;
sed [precor . . . . . . . . . . . . . . nolite doler]e,
contigit et c[unctis fatum exitiale tyrannis.]
vivite, m]ortales, du[m stat fortuna beata.]
. . . . . dies et . . . . .
. . . ve v . . .

B 1645 sententiam adumbravi; 4. *bis denos annos vixi* versui satisfaceret; 9—10. prosa oratione compositi.

**708.** VI 30533 n. 27 Roma

. . . . . . ius P. f. | . . . . dus |
fratres c . . . . . . . . s liqui
matre so . . . . . [a]tque patre
annoru[m] . . . . . . . . o et octo fui

B 1221 carmen concinnavit B. hoc modo:

fratres c. . . . [flente]s liqui [simul omnes],
matre so[ror flevit maestior a]tque patre,
annoru[mque decem tantum eg]o et o. f.

**708a.** VI 36660 Roma

abstulit et rapto miseris s]olacia fratre
indigne, acrior ut dolor inde] parentibus esset.
innocuo puero o si Tartara p]arcere vellent,
quo sit plaga minor tant]o superesse dolori.

supplevi.

Digitized by Google

**709.** VIII 412=11514 Ammaedara

manib(us) hic [pl]acidis Pass[ie]na casta quiescit:
quinq(ue) et XL vixit pia, larga, benigna:
hoc sibi costituunt patres fratresque sepulcrum.

B 559 1. corr. Studemund: | |*acidis pass* | | | |*na* lapis; *Casta*, Cagnat; «(adnotat Studemund) in primo versu propter nomen proprium (Passiena). in altero propter annorum numerum contra metri dactylici leges peccatum esse, nisi *quadranta* pro *quadraginta* pronuntiatum esse in hac barbariae sede putaveris»; archetypum potius puto huiusmodi:

manibus hic placidis ⏑⏑–⏑⏑ casta quiescit;
–⏑⏑– annos vixit pia, larga, benigna,

nomine proprio et annorum numero perperam intrusis esse pessumdatum, ut saepe; 3. *costituunt* lapis: non mutavi; *patres* sunt fort. pater et patronus.

**710.** VIII 1213 Phisita

dis manibus sacrum | Gar[g]ilia pia vixit | annos LXXX.
L. Atius | Rufinus exitum | fecit socre suae |

extrema tituli verba senarium efficiunt:

Rufínus exitúm fecit socraé suae

vix casu, propter verborum collocandi rationem.

**711.** VIII 2885 Lambaesis

d m | M. Iul(ius) Alexander | veteranus leg. III | Aug. ex optione vix(it) annis XLXV et di | xit:
non fueras; nunc es; iterum nunc desin^e^s esse;
hic situs est patriae.
Q. Ventidius Afri | cus veter(anus) socro di | gnis | si | mo | fe | cit |

B 800 2. XLXV erratum esse putat Buecheler pro LXV; sed fort. recte se habet numerus 55, sive additiva ratione uteris (XL+XV), sive subtractiva (X. LXV), cf. Huebneri Exx. p. LXXI; 3. *desines* futurum est potius, ut Wilmanns agnovit, quam praesens: 4. 5. verba *hic situs est patriae* cum tituli exitu *socro dignissimo fecit* in unum hexametrum coniunxit Wilmanns; *patria* est sepulcrum, ut VIII, 79: ut hanc in patriam plenus laetitia pervenirem. annos LXXX certando vici; de locativi usu cf. *Church*. Beitr. p. 96.

**711a.** VIII 4120 Lambaesis

quisq(uis) preteriens titul(um) scriptu(m) legeris,
tactus pietate precor ut dicas:

Digitized by Google

«Donate, sit tibi terra levis!»
v. a. LXV | . . . . . . Valerius Fus | cus aulae
su | ae et patri ka | rissimis fe(cit) | aeternos sedes |

B ad n. 133 1—3 sunt versus inconditi, et quidem v. 1 et 2 (si suppleas *ut(i) dicas mihi*) senarii; 4.=avulae; cf. *aus*, n. 562; 5. de nominum genere mutato in titt. Afr. cf. *Kübler*. Arch. f. l. L. VIII, p. 173.

**712.** VIII 5370=17497 Calama s. II p. C.

Seiius Fundanus nutrivit natos duo
in prima aetate ex Germana coniuga,
in studiisq(ue) misit et honores tribuit.
post tantos sumptus no(n) fruitus nemine
funeravit natos et hanc coepit opera(m);
senex laborans haec perfe[cit] omnia.
v. a.
Germana coniunx v. a. LXXX
sororiq(ue) coniugis ornavit memoria(m)
quae Iulia Prima v. a. LXXX
valeas, viator, lector mei carminis!

B 112 4. *no* compendio lapis; 7. deest aetas defuncti, qui tunc scilicet vivens faciebat; 9. cf. add.; 11. *meis* lapis, errore manifesto lapicidae.—

2. de forma *coniuga* cf. Georges Lex. d. lat. Wortf. col. 163 s. v. *coniunx*; Apulei Met. 6, 4 adlegavit Buecheler, ubi occurrunt *germana et coniuga*; 3. *in* aut delendum esse putat idem aut emendandum *istudiisque*, sed cf. Petron. Sat. 26 fin. *in balneo sequi*, ubi Buecheler emendat *in balnea*, et Draeger H. S. [2]I p. 652 § 11; 4. *non—nemine* cf. Draeger H. S. [2]I p. 135 § 82; de *fruitus* forma cf. *Kübler*, Arch. f. l. L. VIII, p. 173.

**713.** VIII 5371. 5372 Calama

d [m s]
Seiius Martia[lis in flore dec]essit (sui)
prudens(que) demandat na[tos] parentib(us);
gestis honoribu[s vixit a]nnis triginta s[ex].

2. *sui* et 3. *que* addidi metri causa; 4. *triginta* pronuntiandum *trintă*. ut passim *vinti* pro *viginti*.

d m s
Seiia Honorata in flore decessit (sui)
prudens(que) demandat nato[s] marito karissimo,
lucemque caruit, vixit annis viginti sex.



Digitized by Google

B 113 2. *sui* et 3. *que* item addidi ego; v. 3. archetypo temere mutato metrum corrupit poeta; emendat Buecheler hoc modo:

prudens demandat natos caros coniugi;

4. *viginti* pronunt. *vinti*; cf. n. 1109, 4; emendat Buecheler sic:

lucemque caruit, vixit annis ter novem.

**714.** VIII 9080 Auzia

manibus hoc sacrum! certa pietate resolvo
hoc Novellus ego matri filioque sepultis.
Valentina, tibi digno, dulcissima mater,
nomen viget ecce tuum in titulo clarum;
donum naturae meritis de carmine signo.
felix ecce solum tegit hic duo nomina cara,
Extricate, fili, ad planctus aviae dolenti!
Aelia Valentina vixit annis LV | L. Iulius Extricatus vixit an. XII |

B 592 1. *sacrum*, cf. *Woelfflin*. Arch. f. l. L. VIII, p. 420; post *sacrum* tollit interpunctionem Buecheler; 3. *tibi* ablativi vice fungi intellegunt Corporis editores; recte tamen *digno* cum *titulo* iunxit Buecheler, quod cum sit ita, *tibi* accipiendum puto pro dativo commodi, nempe hac constructione: «ecce tuum clarum nomen tibi viget in digno titulo»; *hoc tibi digno* iungit *Kübler*, Arch. l. c. p. 174 sq., intellegitque de *dignandi* verbo. minus vere, cf. n. n. 507, 3; 842, 3; *dignari* occurrit n. 830, 3; 5. iunge: «naturae (sc. tuae) meritis signo (h. e. inscribo) donum de carmine»; confert Buecheler Verg. Aen. III, 287: (*clipeum*) *postibus adversis figo et rem carmine signo*; cf. *Kübler* l. c. p. 180; 7. fort. praecessit puer.
Cf. VIII, 9081. 9192.

**715.** VIII 9081 Auzia

manibus hoc] sacrum! certa pieta[te resol]vo
oc Donatu[s] eg[o] dulci[ssimae] Feliciae filiisque sep[ulti]s:
Victorie et Iuliae dulcissimi[s f]ili[s].
nomaen viget ecce vostrum in titulo clarum;
donum nature meritis de carmine s[i]gn[o].
fel]ix e[cc]e solum te[git h]i[c] duo nomina cara,
Vict]ori[a] e[t] Felicia, [ad pla]nct[us] f[idel]i [marito].

B 593 pessimi apographi menda sustulerunt Mommsen Buecheler.
2. DONV apographon; *Don*[*atus*] Mommsen; fuerunt fort. NAT contignatae; *donu(m)* Buecheler; 3. fuit fort. extra metrum positus; 7. *ux*]*or te* Buecheler; puto tamen duo nomina, ut in titulo VIII, 9080 v. 6—7, esse restituenda; versus finem explevit Buecheler; cf. VIII, 9192.

Digitized by Google

**716.** VIII 10533 Carthago

o(b). C. Fidiculanius C. l. Abdacus
o(b). C. Fidiculanius C. f. Arn. Rufus
v(iv). Fidicula[n]ia C. l. Hippolithe
fatalem hanc sedem Hippolite dedit ob pietatem
in commune sibi et gnato collibertoque.

B 396 archetypon fere tale statuit Buecheler:
f. h. s. mater d. e. p. | in c. s. gnato simul atque marito.

**717.** VIII 14352 Wad Bedjar

quisque viam carpis, Marcum spe[ctes memorandum]
nomine nec tantum nec fatis morte [fre]que[nter].
iste quater denis-et quattuor mensibus-annis
imvixi[t]. toti[de]mque dies cum luce reliquit.
in n]ati [iniu]stae quamvis solacia morte
sedi]bus his tumu[l]oque dic[a]r[i] c[armina] Marcus
et titulu]m [hunc morti]s statui iam providus an[t]e
ed]ixit [mihi, quae amisso ia]m coniuge vivo.
u]t [p]os[t fata simul commune membra sepulcrum]
cl]a[uderet, hanc molem feci pietate mariti.]

B 528 1. *spe[ctare memento]* Cagnat et Reinach; ut dedi, Buecheler; 2 fin. MORILIIIQVL lapis, ut videtur; *morte* igitur mihi vix dubium apparet. *mor[tis]* Buecheler; *fre]que[nter]* ego temptavi, collato titulo VIII, 15716: ne grav[e] si[t] tumul[um] visere saepe meum; *in]ique* (=iniquae) Buecheler; 3. recte explicavit Schmidt mortuum esse Marcum annos natum XL m. IV d. IV; nimis artificiose Buecheler, qui IM v. 4 in. *(iam* contignatis litteris legit Cagnat, non recte fortasse) pro «item» accipit glossis collatis, vitam autem defuncti statuit fuisse annorum XLIV m. XLIV d. XLIV, h. e. an. XLVII m. IX d. XIV; *imvixit* mihi est aeque atque *advixit* solitum; cf. *invixit*, ap. de Rossi. I. Chr. n. 172; 5—10. supplendi periculum ego feci, nisi quod v. 6 proposuit Buecheler *sedi]bus*, v. 7 *an[t]e* idem, AIIE legit Cagnat, INII Schmidt, qui *inde* dubitanter in apparatu commendavit; v. 7—10 valde detriti in lapide neque multum auxilii fuit in ectypo non bono.—A sinistra e regione v. 5 adscriptum est in margine *mater*, periisse in margine dextro fracto *posuit* recte putant editores; eodem versu *morte* error est quadratarii pro *mortis*.

**718.** VIII 14455 Khadhkadda

[d m] s
nii nul i | ii [te]mpore ce[rto] | ci rarior |
i[m]pia movit | dum miii ac iii | v. fontis mac |



Digitized by Google

niinqua o | mo. ocn vin | cuii . . inim |
ter]ra levis urg[et] | orna[t]i partibu[s] |
o iiii eisieus [t]ruci vi ab[stulit] | naii ifnic uni |
amiiii iunge parente[s] | ie coniuge car[o] |
Hel]via Prima soror[e] | [om]nes ista parente[s] |
lacri]mas aperire tica. i | [iace]nt in terra favill[a] |
p]ietate meorum | [breve spatium viven]di mihi fata deder[e] |
litt]erarum his versibus | [e]ius adornavit tumul[um] |
vitam attribuit mi[hi] | [m]ultum tibi opto salut[em] |
bene quiescere, Flor[a] |

B 1636 Florae cuisdam uxoris ante tempus ereptae elogium; 2—10. loquitur defuncta; 11—13. propinquus eius; supplevi ex. gr. v. v. 6, 8. 10. (archet. *at sp. br. vivendi m. f. d.*); de nomine defunctae cf. VIII, 17560; XI, 200; sinistram scripturae columnam, utpote prosa oratione compositam et tempore pessime habitam omitto.

**719.** VIII 15569 Aunobaris

d m s | T. Raecius Se | verus p. v. | annis LXXXX |
Profuit en tibi, quot fana coluisti deorum,
Iamq(ue) tua constat pietas gloriosa, Severe.
Vixisti, cursum vitae bonitate replesti,
Su]cidus in membris, oculis et corpore sano.
nunc campos colis Elysios herbasq(ue) virentes,
f]l[or]ib(us) asparsus iaces ex pratalibus arvis,
nec minus et luci frueris, cum fama supersit.
ergo vale, multumq(ue) bone. pietatis onust[e]!
hos versus tibi, sancte, nepos Victorq(ue) devovi,
munera quos misi tuo nam tumuloq(ue) dicavi.

B 525 2—5. acrostichon adgnovit Buecheler; 4. cf. VIII, 15539, 9; 5. *pla]cidus* Schmidt, emend. Buecheler: ad sent. cf. VIII, 12118; 8. cf. X, 5920, v. 5; 9. *onust[a]* Schmidt, qui *bone* pro genetivo habet interpretaturque: «multumque bonae pietatis onusta munera (v. 11) h. e. hos versus tibi devovi», sane nimis quaesite; melius Buecheler, qui iungit *vale multumque*, suppletque *onust[e]*; videtur mihi genuinus verborum ordo sic restituendus: «ergo vale, pietatis onuste (cf. v. 3) multumque bone» (cf. v. 4); 10. *victor* pro appellativo habet Buecheler iungitque cum *sancte*; pro nomine proprio Schmidt; 11. *tuo iam* mavolt Schmidt; post *misi* interpungit Mommsen; volgarem locutionem adgnoscit Buecheler.—Ad sent. cf. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 73, not. 2.

**720.** VIII 18965 Thibilis

. . . . . . . eicla Rusti[ca]

Digitized by Google

v. a. XVII m. V [d.] . . .
iam n[upsi]t virgo [haec] acto[re] patre crea[ta],
at cit[o ea]m nupt[am man]cipat [arca s]i[bi].
huic l[ocum] huic [a]ram | huic agru[m p]ecun[i]a
(sua) | concordes amb[o] se[de] dispari l[oca]ve-
r[unt]. | h. s. e. |

B 1634 1. || EICLA ectypum; *et Cla(udia)* legit Schmidt; fuit fort. gentilicium; 3. in. IM ectypum; erant fort. contignatae *iam*; *acto[re]* et *crea[ta]* suppl. Schmidt, reliqua ego; 4. supplevi ego; 5 fin. *s]ecun[dus, n]ec un[us*, coni. B.; 6. ambo, scil. pater et maritus puellae; 5. 6. expleverunt Schmidt Mommsen; 6. *sed disparilis*, B.

**721.** IX 1527 Pagus Veianus litt. antiquis.

hospés, resiste et quaé sum, in monumentó lege:
verna Rufria hic sum sita; luentia Hilara
monume(n)tum fecit matri et sibi et viro.

B 73 3. *monumetum* lapis.—«Unus recte procedit senarius (v. 1), reliqua iambicos versus male imitantur, clausula enim senarii est *hic súm síta* potuitque versus existere talis *monuméntum matri fécit et síbi ét viro*», Buecheler.

**722,** IX 1983 Beneventum

Tarquiniae Mo | deste q(uae) v. a. XV m. VI | d. VI *etc.*
nam fuit eximia specie miroque decore,
mens inerat vere corpore digna suo.
vade.—«vale, dulcis!»

B 1303 4. *bade* apographa pleraque; *vale dulcis* viatoris; cf. n. 483, ubi *vade vale* viatori dicuntur a defuncto vel a narrante; item n. 767, 5: *vade age nunc hospes* . . ., simm.

**723.** IX 4508 Ager Amiterninus

D. Laelio D. f. Pal. Marsil[lo] | D. Laelio Mercatori frat(ri) |
D. Laelius Mercator pater | Laelia Nebris mater filio |
quod tu debueras, frater, post tempora no[stra]
maiorum ut faceres more suprema mi[hi],
feci ego cum miseris, miseros quos de(i)nde [relinquis],
invida quod pietas lege sinistră tulit.

B 1118 3. 4. 5. explevit Burmann; 5. *dende* traditur;—4. *morte* traditur; corr. Buecheler; 5. *tegemus* vel *dolebo* reponit idem.

Digitized by Google

**724.** IX 4666 Aquae Cutiliae

Rutilia Iepriena T. f. mater | Puppia T. f. soror | sibi et suieis

hic est ille situs.

fa]ciundum coeraverunt.

3. exordium dactylicorum, cf. VI, 6275; 25570; 10081; 36084; XIV, 3838, all.; cf. Ennianum Scipionis epigramma: hic est ille situs, quoi numquam, etc.

**725.** IX 5140 Billantes (prope Campli)

d m | Dentriae [Amatae] matri, A. Livio | Decembrio lib. | Dentriae [Stacte] uxori suae, | A. Livio Dentrio | Romano fratri, [Liviae] Amandae | lib. | vixit ann. XX |

hi duo conventi una fata secuti
uno lectui compositi una favilla iacent.
Livius Bassus merentibus.

titulum interpolatione graviter laborare vidit Mommsen, qui v. v. 1. 2. 3. nomina restituit pro MEAE (v. 1), NACTAE (v. 2), CIVI (v. 3); nec non et distichon si quod fuit v. v. 4. 5. corruptum esse videtur; potuit sane archetypon fuisse fere tale:

hi duo convenientes unaque fata secuti
lectu uno positi, hic una favilla iacent.

4. ad sententiam cf. IX, 3473, 1: duo—convenientes in uno.

**726.** X 6193 Formiae

. . . . . . . . . . . . .

haec est quam coniunx condidit atque [pater];
parce opus hoc, scriptor, tituli quod luctibus urgen[t]:
sic tua praetores saepe manus referat.

B 1466 1. perisse videtur hexameter unus; 3. 4. scriptor est programmatum praetores commendantium; ad sent. cf. XI, 575; Henzen 6975 all.

**726a.** XI 4969 Spoletium 420 p. C.

h]ic cito rapta iacet natis, quos ad ubera liquit,
adque viro pariter, quem cito destituit.
triste ministerium gemini solvere parentis,
funere de tamto quos coquit ipse dolor.

B 1349 et add. 1847 1. | C lapis; 3 init. Verg. Aen. 6, 223; *parentis* lapis; non mutandum; 4. *tamto* lapis, ut *quamtus* passim in volgaribus.

Digitized by Google

**726b.** XI 4978 Spoletium

hic aviam neptemque locus post fata recepit,
quasque dies olim fecerat unanimes.
evolat ad superos mentis quoque gratia simplex,
sepulcrum dupplex corpora nunc sociat.
alterius prestant votis: sic lumine vero
tunc iacuere simul Nisus et Eurialus.
Probatia avia d(e)p. XIIII kal. Novemb. | Concordia nepus d(e)p. prid. kal. Sept. |

B 1848 2. *dies*=vita, ut passim; 3. 4. opponuntur inter se *simplex* et *duplex*; quaesite admodum *mentis gratia simplex* de mutua defunctarum caritate dicitur; 5. h. e. altera alterius votis: alluditur h. l. ad Horatianum illud «tecum vivere amem, tecum obeam libens». Od. III, 9, 24; cf. II, 17, 2 sqq.;—*vero* gloriae *lumine*; 6. artificium redolet Nisi Euryalique commemoratio (Verg. Aen. IX, 176 sqq.) in avia nepteque.

**726c.** XI 5335 Hispellum

d m | Restitutae |
hoc castae in tumulo iacet aetas prima puellae,
orbati dolor infelix utriusque parentis,
coniugis aeternum lacrimoso crimen amore
et cito desertae subolis miserabile fatum.
da, quicumque legis, fletus et parce sepulcro.

B 1813 mulierem morte praematura decessisse significatur, utroque parente, viro suboleque relictis.—3. *infelix* sensu activo; 4. uxoris dilectae mortem virum in perpetuum esse defleturum seque incusaturum, quod tali coniugi superstes sit, contorte nimis significatur; eandem ob causam mater semet increpat, n. 372.

**727.** XII 481 Massilia s. VI p. C.

nobilis Eugeniā praeclari sanguinis ortu,
quae meretis vivit, hic tomolata iacit.
exuit occumbens oneroso corpore vitam,
quo melius superas possit adire domos.
quae prudens anemis permansit pondere morum,
provida laudandum semper elegit opus.
pascere ieiunos gaudens festina cucurrit,
esuriens epulas, o paradise, tuas.
captivos opibus vinclis laxavit iniquis
et pulsos terris reddedit illa suis.

Digitized by Google

mens intenta bonis, toto cui tempore vitae
actibus egregiis unica cura fuit.
quam subolis labsam bes senis inclita lustris
condedit hic lacremis āvia m[a]esta piis.

B 1447 ex paganis aliqua, velut v. v. 2. 11. 13. 14.
cf. add. p. 813; 13. *subolis labsam* esse subole carentem recte interpretatur Hirschfeld; *subolis inclita* iungit Buecheler; 14. NIC pro HIC lapis; aviam sexagenariam nepti Eugeniae ultima solvisse intellegendum; *Aviam* nomen, aut *externatam* errantemque sine via intellegit Buecheler.—Ad sent. cf. *Kaufmann*, *Jenseitsd.* p. 192.

**728.** XII 722 Arelate

Q. Candi[di] Benigni, fab(ri) tig(nuarii) c | orp(orati) Ar(elate)
ars cui summa fuit, fabricae <studium,> doctrin(a) pudorque,
quem magni artifices semper dixsere magistrum:
doctior hoc nemo <fuit,> potuit quem vincere nemo;
organa qui nosset facere, aquarum aut ducere cursum;
hic conviva fuit dulcis, nosset qui pascere amicos,
ingenio, studio docilis animoque benignus.
Candidia Quintina | patri dulcissimo et Val. | Maxsimina coniugi kar. |

B 483 5. *covviva* lapis.—2. 6. hexametri sunt, 1. 3. 4. 5. heptametri.—2 cf. n. 393, 4. 5; 6. *docilis* «qui facile docet» est Buechelero vix recte; praedicari docilitatem saepe in eiusmodi titulis constat, cf. n. n. 737. 1109.

**728a.** XIII 2270 Lugudunum litt. s. II ex. vel III inc.

d m | et memoriae | aeternae | Sutiae Anthidis, | quae vixit annis XXV | m. IX d. V.
que dum nimia pia fuit, facta est inpia
et Attio Pro | batiolo Cerialius Ca | [l]listio coniux et | pater
et sibi | vivo ponendum | curavit et sub as | cia dedicavit |

3. senarium redolet iambicum; *impia* quod decepit maritum morte nimis maturata; cf. *virgo deceptrix, pellicium*, simm.

Digitized by Google

V.

# FAMILIA INCERTA.

**729.** II 970 Arucci

Modesta Mo | desti filia | Pacensis | ann. XII |
t(e) r(ogo), p(raeteriens), d(icas): «s(it) [t(ibi) t(erra) l(evis)]!»

cf. ad II 540.

**730.** II 1094 Baetica

C]alethyce | [vix.] an. XXII |
sist]e gradum quicumque, precor, paulumque m[orare],
di]sces summisso carmina maesta s[ono].
in]felix p[ri]ma flore[ns aetate dol]or[em]
[hunc primum caris ipsa meis facio].
undecu]mum [annum ut vidi, orbant me fata parente],
e]t bis ut undenos, invidă morte prem[unt].
m]anibus ara m[eis patroni hic est da]ta in [agris]
ossaque praeclaro] funere nostra [tenet].
dicet praeteriens il]la(m) quicumque vi[debit]:
«Callityches] cineri terra sit usque [levis].
flentibus hoc nostr]is etiam solacia pra[estat],
et quod turb]a terit laeta freque[nter iter],
carminis et decus h]oc, quod sum[mo tempore mortis]
[sedibus his pietas officiosa dedit].

B 1195 carmen male descriptum supplevimus Buecheler ego (v. v. 3. 4. 13. 14); tractavit etiam Krascheninnikow l. c. summa industria; praeiere priores haec: 1. *siste* et *morare* Bayér et Merchante; 2. *disces* et *sono* Bayér;

Digitized by Google

7. *manibus* Huebner, 10. *levis* Bayér; v. 3. putat Huebner *primo flore*, quod Merchante dedit, praeferendum esse Bayéri lectioni *palma flore*, probante B-o.—ipsum lapidem perisse valde dolendum.

**731.** II 3495 Carthago Nova aet. Claud.

Plotia L. (Ploti) et Fufiae l.
Prune haec voc[i]tatast ancilla, heic sitast;
haec qualis fuerit contra patronum, patronam,
parentem, coniugem,
monumentum indicat.—«salve!»—«salvos seis!»

2. est *Phryne*; 5. *salve* dicit viator, *salvos seis* respondet defuncta; 2—5. ad iambos tendere videntur.

**732.** II 3534 Murcia

híc situs cunctís miser]andu[s iúvenis ille cállid]us
míli[tiamque et] ágmi[na fer]r[e, quí d]ura· [letí die]
cáptus talis míseris op[tulít luctum par]éntibus
ístis quí bu[stúm fieri functíqu]e cippo inscríbere
nóm[en curarúnt; post quinque annó]s ossa in Germánia[m]
[súnt relata . . . . . . . (reliqua nimis lacera)

B 538 supplevi ex. gratia.—2. ACMI apographum; in medio versu cernitur R litterae pars et in fine ᶜVR/; 3. ante *captus* cernitur hasta I quae potuit ad E litteram pertinere; 4. QVIBV | | | S (potuit fuisse F).—3. *par]entibus* suppl. Huebner; 4. *quibus* idem; 5. *cuiu]s ossa* id.—
hexametris inseruit Buecheler propter clausulas quae videntur esse 3. *parentibus istis* et 4. *inscribere nomen;* v. 5 supplevit ita: *cuius ossa in G. condita flemus inique.*

**733.** II 3871 Saguntum aet. Aug.

M. Acilius L. f. | Fontanus
eripuit nobeis undevicensumus annus
ingressum iu(v)enem militiam cupide:
Parcae falluntur, Fontanum quae rapue[ru]nt,
cum sit perpetuo fama futura viri.

B 978 2. *unde. vicensumus* marmor; retinuit Buecheler; 3. *iuenem* lapis.

**734.** III 3338 Intercisa

cara suis vixit, fuit h]aec quoq(ue) nomine Kar[a]:
abstulit atra dies septe]m post lustra peremptam;
non aevo exacto vitae haec es]t tradita morti.

Digitized by Google

exequiae factae po]mpa comitante beata.
. . . . . . . . . . . . . g iungunt q(ue) favil[lam]:
ast nomen cunctis semper m]emorabitur hu[ius]
. . . . . . . t . . . . inus oi . . . .

B 419 supplevi ad sensum; 6. *et nomen semper natis memorabitur h.* praeivit Buecheler, qui v. 3 conferri iussit X, 4362, unde supplementum petivi; 4. Ov. Met. 9, 687: pompa comitata suorum; 5. *vir et mulier cubant hi]c* Buecheler dubitans; 7. *sinum solvit, minus olim* subesse putatur: non attigi; fuit fort. subscriptio pedestri sermone conposita.

**735.** III 4533 = 11249 Aequinoctium

d m | M. Val(erius) M. fili(us) Taurus an. L h. s. e.
. . . . . . . . . . . . . . .
omnes optamus: sit tibi terra levis!

B 1461 3. tera; *optamus cuncti* solitum. cf. n. 741.

**736.** III 5679 = 11821 Lauriacum

. . . . . . . . . o positum m[onumentum . . . .
. . . . egregi]us fatis cito [raptus iniquis
. . votis] felicibus usu[s . . . .
. . . . . . . . . pi]etate beatus . . . .
. . . . . . . . . pebat inu . . . .

B 1678 sepulcralem viri alicuius titulum fuisse satis certum; filium intellego.— 2. supplevimus B. ego; 5. lusit B. haec: *quem mersum Stygiis populus mae]rebat in u[ndis,* vel . . . *iunctasque* (virtutes) *ge]rebat iu u[num.*

**737.** III 8175 Ulpiana

clausa] isto pietas [tumulo] florentis ephebi,
qui matrem usque suam dilexit,] quem superi a[nn]is
et] docil[em f]ac[tum et teneru]m post [hi]n[c] rap[uere].

B 1632 apographum nimis corruptum supplevit B. ex gr.

**738.** III 11281 Carnuntum

Vibia C. l. | Citheris | an. XI h. s. e. | virgo hic sepul | ta fida puella ia | cet; ante quidem | tempus fata rapue | runt mala. scripsi | ego per lacrimas | miserabilis mor | te puellae. p. p. |

B 1565 eruuntur metra haec fere:
virgo híc sepulta fída iacet puélla ⏑ ⏓

hanc ánte tempus fáta rapuerúnt mala;
scripsi ego per l. m. m. p. (hexameter integer).

**739.** V 4170 ager Brixiensis

Clodiae | Laetae |
mors méa quoi doluit, pósuit hunc titulúm mihi

B 163 2. cf. IX, 5806.—intransitivi usus *doluit* verbi exempla congessit Buecheler ad tit.; adde Pompeianum *cui dolet pro Africano*; huius syll. n. 865.

**740.** V 8879 ager Brixiensis

Audasia Ↄ. l. | Clara sibi et | L. Ofatorio L. l. | Eroti, socio suo | et suis viva fecit |
n]ulla unquam res no[s divis]it

3. trochaei fort. casu effecti.

**741.** VI 3191 Roma

d m | Aurel(io) Antonio, *etc.*
optamus cuncti: sit tibi terra levis!

B 1460 2. redit VI, 3308.

**742.** VI 4373 Roma

Chiae | Ti. Claudius | Bithus bene merit(ae) | tribuit: hoc meruerat. |

2. *hoc meruit* ad dactylica tendit, *hoc meruerat* ad iambos.

**743.** VI 4530 Roma

dis. m. | Auruncеiaes | Magnaes; emit | sibi et suis et post | erisque eor(um).
excessit annis emeritis suis.

3. est pentapodia iambica.

**744.** VI 11262 Roma

C. Agrilius Firmus sibi et | Agriliae Feliculae L. s. fec(it) | ex visu hunc titulum. |
eodem tempore luctum deposit;
quod vivae cupi(i)t, obitae praestitit.

3. h. e. *deposiit*; 4. *cupit* lapis; supple *praestare*; 3—4. sunt pentapodiae iambicae.

Digitized by Google

**745.** VI 12877 Roma

L. Avianius Did[ymus fecit sibi et . . . . . .
hi sancte coluere deos, vixe[re fideles],
post obitum Elysios [ut] possent [visere campos].

B 435 2. suppl. Buecheler *vixereque honeste*. sed. cf. VI, 36426; *probati*, *beati* sim. in fine priores; 3. suppl. Burmann.—Ad sent. cf. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 93.

**746.** VI 14636 Roma

d m | Ceioniae | Fortunatae | alumnae, | vix. an. XVIII | d. XXXVIIII | Aia Isias |
quae cum dolore vitam infelicissima
exigo, fecit.

3. est senarius; poterat iungi cum v. 4 hoc modo: *quae c. d. v. infelicem exigo.*

**747.** VI 19874 Roma

filius hic situs est Iuli Bassi Bassianus,
annos qui vix(it) X et XIIII soles;
quem quoniam manes, ut alumnum, di rapuerunt,
ne calcare velis, nec grabis esse loco.

B 1224 3. h. e. an. X d. XIIII; 5.=gravis.—2. patronum putat fuisse Buecheler C. Iulium Bassum cs. a. 105; cf. Plin. Epl. ed. Keilii, ind. nom. p. 413.

**748.** VI 20634 Roma

d m | Iulia L. l. Prisca | vix. ann. XXVI m. I d. I | Q. Clodius Hilarus | vix. ann. XXXXVI |
nihil unquam peccavit, nisi quod mortua est.

3. pertinet ad Priscam et ad senarium tendit; ad sent. cf. II, 2994; V, 154, 4113; VI, 5767. 8628. 8827. 9141. 9438. 9810. 12871. 15126. 19100. 20153. 20450. 20679. 22848. 23176. 24243. 25022. 25184. 25595. 27257. 29054; X. 4787. 8192; XI, 932 all.

**749.** VI 23152 Roma

dum vixi,] placui: vixi [quantumque] libutum est
. . . . . . . . . . . . p]ortoris ut . . . . . . . . . . . . . em essem.
. . . . . . . . o Nummia | [cum duobus Sul]picis
Sacriti | [o et Priv]igno |

B 1695 1. supplendi periculum feci; *libutum* cum novum sit pro *lubitum*, vereor ut recte exceptum sit; legendum fort. *tr]ibutum*, h. e. fato; *casta viro*] *pla-*

Digitized by Google

*cui, vixi [pia grataque cunctis dum] lubitum est,* B. ex. gr., 2. *Torteria* (nomen) vel *ux]or toris* B.; 3 et 4. de *spicis* (cf. n. 97. 6) et de *munere digno* cogitat idem.

**750.** VI 26648 Roma

. . . . . . Soteri . . . . .
. . . . . . menes . . . . .
. . . . . . pientissima . . .
. . . . . . fuer]unt parentium
. . . . . . . . . . morum quae . . . .

4. 5 remanent fort. ex senariis iambicis.

**751.** VI 30107 Roma

si tantum mihi Fortuna largi]ta fuisset,
quantam tristitiam li]quit et officia,
aureum hoc totum tibi, dulc]is, ego aedificasse(m):
de mea pauperie feci] ut et potui.

B 1087 idem versus inconditi redeunt VI, 19175, 7—10, unde supplevi; aliter Buecheler ad tit., gemino epigrammate neglecto; noluit temptare in Anth. s. n.

**752.** VI 30129 Roma

supremum vita[e] titulum tibi munus, Ac[as]te,
hunc posuere: tibi [re]rum clarissima fam[a]
detu]lit huc cineres ossaq(ue) in hu[mo peregrina].

B 583 1 fin. *ac[le]t(a)e* h. e. *athletae* Buecheler; fuisse nomen proprium putat Huelsen probabilius, velut *Acaste*; 3. supplevit Buecheler collato Ovid. Fast. V, 98.

**753.** VI 30151 Roma

conditus inpensa iacet hi[c curaque suorum]
frater, et hic subito ra[ptus, ut ante, malo];
invida quoi primum rapue[runt stamina fratrem],
nec data fatorum long[ior hora colu.]

B 1018 1. 2. ut supra ego; *hi[c genitoris ---]*, *ra[ptus --- iacet]* Buecheler; 3. 4. suppl. Buecheler; aliorum temptamina vide in Anth. s. n.

**754.** VIII 1070 Carthago

diis manibus sacrum |

Digitized by Google

P. Volussienus Pacatus Saturian | us Proculi f. vixit annis II mensi | bus IIII

ita tibi contingat quod vis,
ut hoc sacrum non violes.

B ad n. 197 senarios fuisse posse monet Buecheler, qui supplet ex. gr. v. 4 *vivo et mortuo*, v. 5 *quisquis praeteris*.

**755.** VIII 2907 Lambaesis

d m | C. Iulio C. f. Cl. Maritimo *etc.*

qui legis, dic: «sit tibi terra levis!»

3. cf. VIII. 2967. 3469. 4502 all.; notum archetypum:
quisque legis, dicas: «sit tibi terra levis!»

**756.** IX 3876 Supinum

Q. Spedius P. f. ann. XXVII

pro(bús), pude(ns), amáns parentis

est dimeter iambicus hypercatalectus, ad quem si addas solitum *hic situ'st*, fit senarius integer.

**757.** IX 5806 Cluentum

C. Sentidius | Saturninus |

hic mihi hoc posuit, mors mea quoi doluit.

B 985 cf. V. 4170; 2. *hic* ad ea quae praecedunt refert Buech.

**758.** IX 6328 Corfinium

M. Atei[us M. l.]

Euodus hic sit[us est: Ni]ce miserrima fe[ci],
quot dolor a [puero] apstulit es[se virum].

B 1154 1. suppl. Mommsen, qui item v. v. 2. 3 distichon efficere adgnovit; 2. suppl. Buech.; 3. supplevi ego; *a nato a. esse sibi* Buech.

**758a.** X 1887 Puteoli

titulus pedestri sermone conpositus exit in verba haec:

parum ego pro v]oluntate<m> praesti(ti), pro re satis. vale!

supplevit metrumque adgnovit M. Kraschoninnikow in opere suo de Augustalibus edito, p. 296 n. 110.

**759.** X 4041 Capua

Be]bryx puer

st]a, lapis, in longum et luctu defleta parentum

Digitized by Google

ne preme, nam teneri corporis ossa tegis.
ossa parens maculat lacrumis cineremq(ue) fatigat
fletibus: heu, Bebryx, sic miserande iaces!
nondum septenis bis te perduxerat aetas:
formosum cantu detinet iste rogus.
delicium domini, spes expectata parentum,
exiguom tumuli tempus in arte ci[nis].
edidicisse pias artes testamur am[ici],
atque idem o[b meritum condidimus tumulum].

B 1075 1. suppl. Nohl; 5. omissum *annis*; 7. 8. h. e.: *del. domini, spes parentum, exiguom tempus* (scil. *aetas puerilis*) *est nunc in arte tumuli cinis*, in tumulo arte fabrili confecto; 8—10 supplevi; 8. *citant* Buech. dubitans; 9 fin. AN potius quam AM esse in lapide dicit Mommsen; *anhelum* Buecheler; 10. o[*ptamus: s. t. t. l.*] id.—cf. *Church*, Beitr. p. 28.

**760.** X 5429 Aquinum

C. Matieni C. f. Ouf. | Oviculae | annorum XXVII | praeco idem dissignator |
tempus victuro mihi longum stamine Parca
aetatis nostrae [p]r(a)e[rip]uit[que c]o[l]u.
nunc ego de cineris [p]a[rv]o conlectus acervo
ossa sub instanti sum positus lapide.
non ulli iam vox mea responsura sodali,
nec veniam matri dul[c]ior atque patri.
me quem nulla dies poterit visura renasci
set bene conpositum fata sivere mea.

B 1144 suppl. Buecheler; 9. satis confuse enuntiata; pro *visura* requiritur *videre*, vel pro *quem-cui*; 10. init. an *sat? sic* non est in lapide.

**761.** XI 627 Forum Livi

C. Clodi Paulini | vix. ann. XXIIII m. VIII d. X h. VIIII |
Carpis si qui v[i]as, paulum hu(n)c depone la[borem].
Cur tantum pr[o]per(as)? non est mora, dum tec[um] audi[s]
Lingua tua vivum mitique tua voce loquentem.
Oro, libens libens releg[as], n[e] taedio duc(as), amice.
Dum vixi [i]u[ve]nis [lud]is cantavi ceraules,
Iam doctus no[t]us et noctib(us) pervigilavi;
Vt miro ingenio [s]acr(a) cymbal(a) concrepui;
Sit, precor, ut mon[e]am, dico vale, ter[ra levis mi].

Digitized by Google

Parcite v[os l]acri[mis], miseri [maestiq(ue)] parent(es).
Ad man[es propero . . . . . . . . . . .] rogat[e],
Vt me infern(as) Stygias Dis pater accipiat.
Lamenta quid prosunt? . . . .
Iam prid[em . . . . .] et v[o]s veniet(is) ibide[m].
Nihil doleo, nec deest, [s]ecur(us) mo[rte quiesco].

B 513 2. *si qui* [*r*]*us* Bormann contra lapidem: *vias* Buecheler; 3. DVMIIC lapis; *dum leg*[*is*] Buecheler; *d. tec*[*um*] ego; *audi* superest, *audis* vetustiores recte; 5. *releg*[*as*] suppl. Mommsen; *ni taedio* lapis; 6. *iuvenis* ego ad vestigia litterarum; *v*[*er*]*nis* Bormann; *lud*]*is* Buecheler; *anni*]*s* Bormann; cogitabam de *dieb*]*us*; 8. *sacr*(*is*) Buecheler in apparatu; *sacr*(*a*) idem in textu; *sacr* lapis ut videtur; olim legebatur *sacro*; 9. supplevi ad incertissima scripturae vestigia; *ut mo*[*llis*] Buecheler; 10. suppl. ego; 11. quae supersunt nihil dant certi; 13. altera versus pars prorsus evanuit; 14. suppl. Buecheler; 15. *secur* lapis habuit; *secur*(*a*) Muratori, probante Bormanno; *secur*(*us*) Buecheler; *morte quiesco* legerat Marchesi.

**762.** XIV 632 Ostia c. a. 182 p. C.

d m | Atticillae |
praenomen Marciae pestis cui dira negavit.

B 845 2. mutilam in fine putat esse Dessau; de libertate nomineque Marcio recte cogitat Buecheler.

**763.** XIV 1824 Ostia

hic condita ossa] sunt venus[tae feminae],
. . . . . . . . . . . . fes]tivitate pl[urima],
aetate quae cecid]ere cuncta [tam brevi].
. . . . . . . . . . . . e istaec i . . . . .
terram levem opta· mi, vi]ator, q[ui legis].

B 87 v. 1. 2 (plurima), 3. 5 (viator q. l.) suppl. Buecheler; 2 (festivitate) suppl. Dessau; 5 init. supplevi ego.—ad v. 2 confert Buecheler III, 6416.



Digitized by Google

VI.

# DOMINI SERVI LIBERTI.

---

**763a.** I 1064 Roma

patronae pro meriteis dant ubei
eorum ossa quiescant.

metri aliqua species apparet; cf. *Church*, Beitr. p. 64, qui antiquissimum hoc esse exemplar formulae *quiescendi* putat.

**763b.** I 1086 Roma

. . . . .]o L. l. Scurrae, homini
pii]ssumo, maxumae
probitatis], optumo leiberto
patronus] fecit.

de metro cf. *Zander*, VIA. p. CC.

**763c.** I 1429 Butrium — I a. C.

Trutedia hic | cubat *etc.*
patronus emit sibi et | illae et sueis.

2. *patr. em. et s. et i. et s.* tamquam senarius.

**764.** II 6338n (p. 1050) Clunia

d m [s] | Primitius Sem . . . . | Paternae serv(us) an. XII, |
Martialis ann. XXXX | , Firmina ann. VIIII, | [D]orcas contu |
bernali [p]i[o] | et [fili]ae |
s[íve] apr[os] feróces fudi, [eram] út gratus venánt[ibus],

Digitized by Google

seú] cervos fugáces cep[i, út er]am [d]elició domus!
m[ihi] Paterna rúra lu[strans] ínstaura[v]it mém[oria]m,
quaé] mihi post honóre[s redd]a[t], cóntinens verí fide[m].

B 238 carminis pessime descripti restituendi periculum fecit Buecheler. 4. *fudi . . . ut* apographum; *fudi ut* Buecheler; *eram* addidi ego; *venantes* apogr., *venanti seni*. Buech., *venantibus* ego; 5. metrum non satis bene procedit; certioris tamen vix quidquam datur; 6. *rura bu* descriptum; *rur[e] bu[stum et]* Buecheler olim.

**765.** III 1899 Baska Voda

d m | M. Allius Firminus | Ursino, f(ilio) | C. Septimi | Carpop(h)o | ri, delica | to, infeli | cissimo p(uero), | naufragio | obito an. XI, | cuius membra consum | sit maris per | se
quo[d] nomen titulus praestat suisq(ue) dolorem.

B 826 2. carpopori; 4. quot.—3. maris = mare; 4. sanabis hexametrum, si pro *suis* restituas *nobis*; omnino dictum est *suis* quasi praecedat *puer*.

**766.** III 2197b Salonae

Attia M. l. Ampliata | annor. XXIII h. s. [e.] |
florénte aetate dépressere véneficae,
mensésq(ue) quinq(ue) et ánnum cum aegrotáverit,
abréptam aetate in ínferi Ditís specus.
hunc títulum posuit Faústus libertaé suae.

B 1534b de apographo tituli corrupto v. ad III 2197 a; 4. emendabatur *abrepta aetate* vel *abreptam morte*; ego malim *abrupta aetate*.

**767.** III 6475 = 10762 Emona aet. Flav.

Urbana Iuli | Salvi h. s. | Atimetus conserv(ae) fecit |
coniuge direpta meo direptaq(ue) natis,
ei mihi, fatales cur rapuere dei?
nam ter denos egi natales, dum vita remansit,
nunc tumulus cineres ossaq(ue) lecta tegit.
vade, age, nunc hospes, qua te via ducit euntem:
huc omnis fatis turba relicta ruit.

B 1310 1. h. e. *direptam* (me); 3. solitum *dum vita manebat*. Verg. Aen. VI, 608, 661; 5. attulit B. Verg. Aen. I, 401; Buc. IX, 1.

**768.** III 1653 = 8143 Giövina-Kubin (Margum)

L. Valerio Sex. f. Vol. Serano | Luco > leg. IIII f. f. |

L. Valerius Privatus et | L. Valerius Martialis | liberti et heredes | a se f. c. |

non fui maritus ét reliqui líberos.
servi domino:
mácte tu! valé!

vv. 4—6 in lapide sive in apographo prorsus corruptos emendavit Huebner; sequuntur heredum nomina; 6. est tripodia trochaica catalectica casu fortasse effecta.

**769.** III 9636 Salonae

o]ptima quae domi[no fueram . . .
p]ro meritis vitae mon[imentum . . .
. . . recepi patrono dona[nte . . . .
. . . inmemor umquam . . . .
h]ic posset, si viveret ip[se].
. . . . . . . . . e . . . ieodcau. . . . . .

B 632 1. *mortuus o]ptima q. domi[ni dare praemia possunt* Buecheler; 2. *dignaque p]ro m. v. mon[imenta] recepi* de Rossi; *nactus pro m. v. mor[umque videbat | mercedem] recipi p. dona [ferente* Leo; 4. *iinmemorum quan* | lapis; 6. lectionis omnino incertae.

**770.** III 11229 Carnuntum s. I init. p. C.

C. Pedusius | M. f. Ani. Crem. | veter. leg. XV Apo. | ann. LX stip. XXIIII | h. s. e. | Amanda l(iberta) posit. |

invida mors rapuit fato crudelis iniquo,
nec licuit pretium [su]mere militiae,
non tantum [pro] me, quam ut reddere pos[sem]
haec cara]e et dignae pluruma [quae meruit].
huic, precor, in [longum extenda]nt sua fila so[rores]
ad nostrosqu]e [ad]eat [saepe memor cineres].

B 1011; cf. add. p. 857 5. *n. t. [carae cura]m (a)equam u. r. p.*, B.; *pro me* Bormann; malim *nec tantum p. m.*; supplendum *licuit*, *exhibui*, *tribui* simm.; 6. *liberta]e et d. pl. [quam foveat]* B.; ut supra ego; 7. suppl. B.; 8. *ac nostros ad]eat [s. m. c.]*, idem; paululum inmutavi; ceterum videtur Bormanno FERT esse in lapide, non . . . EAT.

**770a.** III 14855 Salonae

Silvinae car[issimae . . . . .]
quod ego sper[abam] paula(m) mi Silvinam [fac]tura(m),

Digitized by Google

ego feci Silv[inae] delicatae ann. XV . . . quae est sepulta hic.
te] rogo, qui legis (h)unc titulum, ut dicas: «Silvina puella,
sit tibi terra [levis longa tui requies]».

ex metricis detorta; 5. supplevi ex. gr.; ad eandem sententiam videtur spectare III, 14884, fragmentum prosa oratione compositum.

**771.** V 3143 Vicetia

L. Terentius Terentiani l. |
Telephus hac sede, Íucunda Pothusque quiescent,
debita cum fatis venerit hora tribus.
hic locus heredi ne cesserit: inviolati
sint cineres, tum quos cana favilla teget.
Telephus IIIIII vir sibi et suis |

B 1120 2. de fut. cf. *Church*, Beitr. p. 62 sq.; 3. *tribus* nempe qui v. 2 nominantur; cum *fatis* iungebant Burmann Maffei Orelli. minus recte; 4. nota formula *h. m. h. n. s.* in metricos titulos inseritur rarissime; *teget* non est praesens.

**772.** V 5320 Comum

d m | Anniae | Agathonices |
vita brevis longo melior mortalibus aevo,—
nam parvo spatio floruit haec anima;
bis denos perfuncta annos sine crimine morum:
vita beata fuit, spiritus hic nituit.
at patrum miseranda aetas anima cruciatur,
poenaque de longo tempore longa data est.
de senio luctus, senium fletu renovatur:
utraque res mortis durior exitio.
dat tamen haec patronae pietas solacia fidae
iugera quot terrae dedicat hic tumulus.

B 1203 3 fin. usitatius *sine crimine vitae*; 5. archet. *at matris*; intellegendi pater et patronus; 9. *patronae* metrum violat; arch. fort. *servae*, *servo*, vel *domini*, *dominae*; 10. *tumulus* in *titulus* noli mutare; iungenda: *quot i. t. dedicat h. tumulus*; ante *hic tumulus* interpunctio minus placet.

**773.** VI 3566 = 7541 Roma

hic cubat ille bonus
L. Annius Argeus | Compsi l. *etc.*

1. initium hexametri.

Digitized by Google

**774.** VI 3634 Roma

dis manibus

T. Terentio Titullo . . . . . lib(erti) | patrono bene meren(ti) fecerunt. | Narcdimus de suo quod potuit | fecit. |

3. tritum *quod potui* (vel *potuit*) *feci* (vel *fecit*).

**775.** VI 5154 Roma

C. Vibius Firmus C. | Vibio Ampliato patrono | suo benem(erenti) titulum | posuit; quod iussit et ro | gavit cum patrona sua | poni: ita factum est. | .

2. invenitur etiam metro conceptum:
quod testamento iussit quod et ipse rogavit.

**776.** VI 5163 Roma

M' Allienus Sp. f. | Romanus, decessit | ann. XXII; Gutta | puella, delicium eius | ann. VII, eodem die mortua, | uno rogo combusta in uno |

2 fin. 3 ad iambos tendunt sed casu fort.

**777.** VI 6225 Roma

Eros libertus | ad aedificia |

in aversa:

Γαῖος Οὐεδούσ[ιος]

(epigramma Graecum trium versuum)

na]m spes externis semper committimus oris.

B 811 *spes es* lapis; *ia]m* recepit Buecheler ex Brizii apographo, fecitque pentametrum talem:
votis nos prohibent invida fata frui.

**778.** VI 6309 Roma

Iucundus Tauri | lecticarius
quandi | us vixit, vir fuit et se et | alios vindicavi(t);
quan | dius vixit, honeste vixit |
Callista et Philologus dant |

1. ad nomen cf. VI, 6548; 2—3. possunt in versus cogi, non debent; 4. fort. parentes.

**779.** VI 6467 Roma

Heracla Catulli, | Tauri l., servos |

Digitized by Google

quod quísque vestrum mórtuo optarít mihi,
id ílli di faciant sémper vivo et mórtuo.

B 130 1. archet. *id illi eveniat* esse monuit Brizio; potuit *id ei di.*

**780.** VI 6609 Roma

T. Sta[tilius T.] | lib. Eros |
pudenter [vixit carus] | suis. have et [vale].

2. erit senarius.

**781.** VI 6873 Roma

Q. F]abius Maximi l. Ip(h)itus hic situs est | [S]empronia L. l. Apate, concubina eius, | pro meritis, quae dilexit eum |
te, lapis,] optestor, leviter super ossa residas,
ni dolor [exsistat], qua requiens homini est.

B 1475 5. suppl. Aquari; *attingat* B.

**782.** VI 7233=30677 Roma

conliberti et conservi merito posuerunt

B 831 versum adgnovit Buecheler.

**783.** VI 9290 Roma a. 13 a. C.

Hilara minor Midaes min | istra simitur cum Mida | sita est in eadem olla; Quartio | gratiam rettulit merentei | Hilarae, quod viva rogavit; | sepulta est a. d. VI K. Apriles | Ti. Claudio Ner(one) P. Quinctil(io) Var(o) cos. | Mida cubicularius III vir hic situs | est; Hilara minor viva rog | avit, ut ossa sua in olla Midaes | coicerentur, cum mort(ua) esset. |

B 365 decerpta esse nonnulla ex carminibus, velut 1. *ministra simitur*, 3. 6 *quod viva rogavit* (cf. VI, 5154) vidit Buech.; cf. *Church*, Beitr. p. 24.

**784.** VI 9437 Roma

quicumque es, puero lacrimas effunde, viator!
bis tulit hic senos primaevi germinis annos,
deliciumque fuit domini, spes grata parentum,
quos male deseruit longo—post fata—dolori.
noverat hic docta fabricare monilia dextra,
et molle in varias aurum disponere gemmas.
nomen erat puero Pagus; at nunc funus acerbum
et cinis in tumulis iacet et sine nomine corpus!

Digitized by Google

B 403 2. *germinit;* 7. *sunt* lapis.—6. iunge *et in molle aurum varias d. g.*;—ad v. 2 attulit Hosius Sil. It. X, 493; 7 fin. cf. *Weyman*, l. c. p. 537; 8 init. cf. Ov. Trist. IV, 3, 45; ad eiusdem v. fin. attulit Buech. Verg. Aen. II, 558; cf. *Lier*, Philol. 62, 3 p. 467.

**785.** VI 9938 Roma s. I p. C.

Pistus, | N. Vibi Sereni tonsor |
Pistus et inpubis situs hic: crudelius ultra
quid quaeris? forma nec minor ipse sua.
in lachrumas dedit ossa novas: revocatus in iram
surge, dolor, tacite ne cadat hora gravis!

B 989 4. PIVOCATVS lapis.—4. 5. videtur Pistus secundo loco post fratrem sororemve esse mortuus; *dolor revocatus* est *renovatus*, qui *surgendo* h. e. crescendo in iram mutabitur; tritis ex archetypis concinnavit Martialis tonsoris elogium VI, 52 neglegenter admodum; magis placent eiusdem carmina sepulcralia I, 88. 93. 101 all.

**786.** VI 9980 Roma

Italiae, | Cocceiae Phyllidis vestificae | veixsit anneis XX |
Acastus conservos |
pro paúperié fecít suá.

3. numeri non fortuiti.

**787.** VI 14472 Roma

aurea pro meritis huic ma]lunt, exsigu[um set,]
quod licuit, munus funct]i pre amore di[carunt].
Q. Cascelio alumno et . . . . . . |
M. Ulpius Philocalus lib. lib. posteri(sque eor.)

1. 2. supplevi.

**788.** VI 15735 Roma

P. Clodi Pulchri | l. Felicis
semper qui fuit dulcis sueis.

B 210 verba *Felicis-sueis* in senarium coegit Buecheler; cf. tamen *Zander*. VIA p. 75.

**789.** VI 16913 Roma aet. Antoninianae

dis manib(us) | Domestico, qui vixit ann. XVI |
hoc mihi noster erus sacravit inane sepulcrum,
villae tecta suae propter ut aspicerem,

Digitized by Google

utque suis manibus flores mihi vinaque saepe
funderet, et lacrimam, quod mihi pluris erit.
nostros nam cineres Pollentia saeva subegit:
est et ibi tumulus, nomen et ara mihi.
nec tamen aut illi supter crudelia busta
aut istas sedes nostra subit anima,
sed petat Assurios, petat ille—licebit—Hiberos,
per mare, per terras subsequitur dominum.

B 1185 8. *illic* temere corr. Bonada; est adverbium; 10. *asurios*, lapis; 10—11 e carmine elegiaco aliquo esse desumptos recte vidit Buecheler, qui contulit Prop. I, 8, 25 sq.; II. 3. 43 sq.

**790.** VI 17104 Roma

Q. Egnatius Ↄ. l. | Pollio, v. a. XXIX |
qui se hominem meminit, securo pectore vivat:
nam meus libertus hic iacet in tumulo.

B 1115 2. h. e. mortem sibi instare; 3. significari patroni curam fuisse libertum illic sepultum (Mart. VI. 52, 2) putat Buecheler; curis edacibus sequacibusque confectum esse defunctum puto ostendi per antithesin.

**791.** VI 17130 Roma a 12 a. C.

Egnatuleia Ↄ. l. Urbana | hic sita est |
o, iucundum lumen superum, o, vitae iucunda voluptas,
florenti si non succederet invidia!
invidus aurato surrexit mihi Lucifer astro,
cum miseram me urgeret invidia.
bis duodenos annos iam processerat aetas,
cum me ex luce expulit officium.
sed te nunc, pietas, venerorque precorque,
ut bene pro meriteis hilares Hilaram,
quae me servili nomine preivat,
et dulci suo participat cinerem.
sed tu, adulescens, quem Phrygia edidit tellus,
desiste lamenteis me exciere;
namque tua officia grata mihi in luce fuerunt.
et nunc demum ad cinerem.

B 963 12. phrycia.—corrigi possunt numeri. quod B. fecit; sed operae pretium non est.—11. supple *cineri;* 12. est vir defunctae vel sponsus; 15. supple *grata sunt.*

Digitized by Google

**792.** VI 17622 Roma

d m | Fabiae Pyrallidi, optimae | et sanctae patron(ae) | de se bene merit(ae) | Artemisius libertus |
cunctorum haec suboli sedem post morte reliquit,
ante tamen nato, coniuge et ante suo.
nondum securā, dum flet, maestissima mente,
occidit, et tristes decepit maesta fovendo.
set nos solliciti memoresque parentis amore
matrem cum nato coniuge cumque suo
securos colimus, memores de nomine nostro;
et faciet suboles, multos memorata per annos,
sacra deis patribusque suis, memoresq(ue) priorum
et memores nostri, nostrorumq(ue) alta propago
aeterno servent semper memorabile nomen.
quisquis es, aut olim nostra de stirpe futurus,
sis memor antiqui nominis et tituli,
in quorum titulo hic datur esse locus;
et domūs aeternae tu tueare focos.

B 1216 3. *morte* lapis; non mutavi; 4. *coniuge* lapis; cf. I. N. 6057; 7. *soliciti*; 14. *est* lapis; 16. in *tumulo* noli mutare.—6. *decipere parentes* dicuntur liberi morte praematura abrepti; velut VI, 27805. 29195. 30250; IX, 2105; X, 2601 all.; 13. conferri iussit Buech. Verg. Aen. II, 583.

**793.** VI 21861 Roma

quondam] hic patronae cum disiecta ossa iacerent,
resti]tuit cultu sedes et dedit ossa loco.
nunc e]x nomine nunc titulo, Maiania, tuta tuo;
de]bità libert[ae] Chilae reddidit et meritae.

B 1126 1. supplevi ego (*carae*, *idem* B.), 2. 4. Bormann, 3. Buech.; *sis ex* Haupt; 4. *libert* lapis puncto tamen deficiente.

**794.** VI 22355*a* Roma

A. Memmio Claro | A. Memmius Urbanus | conliberto idem consorti | carissimo sibi. |
inter me et te, sanctissime mi | conliberte, nullum
unquam disiurgium fuisse conscius | sum mihi;
hoc quoque titulo | superos et inferos testor deos | ,
una me tecum congressum | in venalicio, una
domo liberos | esse factos, neque ullus unquam |
nos di(i)unxisset, nisi hic tuus | fatalis dies. |

2. *idem isdem* saepe adverbii loco poni notum; 3—8 licet pedestri sermone composita sint, metri tamen passim apparent frusta et quidem iambici, velut *disiurgium mihi, et inferos t. deos, una—venalicio, nisi—dies*; carmen tamen integrum non restituitur.

**795.** VI 22740 Roma

hic est condita delicata Mus[a].

B 1509 hendecasyllabum esse viderunt editores.

**796.** VI 23472 Roma

o, utinam vivo potuissem praemia morum
reddere! nunc lacrimas accipe pro meritis.
nam semper, fateor, tacita te mente probavi:
detexit sensus ultima flamma meos.
tu columen, rerum semper tu cura mearum;
nunc eris et luctus tu quoque causa mei:
ossibus infundam quae nuncquam vina bibisti.
dis manibus | Onesimi; Anicetus carissimo
fecit domino |

B 1107 4. h. e. *rogi*; 5. cf. Hor. Od. II, 17, 3—4: mearum grande decus columenque rerum; post v. 7. lapis integer est, etsi requiritur pentameter talis:

et sertis lacrimans ipse colam tumulos,

vel ut dedit Leo:

et merito dicam: sit tibi terra levis.

**797.** VI 25987 Roma

P. Scantius | Philetus | fecit sibi et | Scantiae | Nice lib(ertae) |
requietorium |
amici, bene facere semper studiosus fui.

B 1793 3. ad numerum iambicum tendit; *vobis* vel *cunctis b. f.* emendat B.

**798.** VI 29436 Roma

Ummidiae manes tumulus tegit iste, simulque
Primigeni vernae, quos tulit una dies:
nam Capitolinae compressi examine turbae
supremum fati competiere diem.
Ummidia(e) Ge et P. Ummidio Primigenio |
vix. an. XIII, P. Ummidius Anoptes lib. fecit. |

B 1159 3. de agone Capitolino cogitat Buecheler; de aliis etiam sacris Capito-

Digitized by Google

linis posse intellegi nemo negabit; 4. *competere* pro *simul* sive *una petere* rarum; conferri iubet B. X, 1920: *fata suum petiere diem* minus recte.

**799.** VI 30120 Roma

diis fretus, vitae intepidus, mel[ioribus instans,]
fatorum inmetuens, rerumque i[ndustrius hic est].
Victorem statui nostrorum cu[ra peregit.]
conser[vo. . . . . . .] m. suo [b. m . . . . .

supplevi.

B 1641 1. scande *dis*; MEI | traditur; 3. conservos puto posuisse Victori conservo, quod etiam latere videtur in v. 4; *victor* appellativum est. B-o.

**799a.** VI 36525 Roma s. I a. C.

heic] ést s(e)pulta vírgo [eg]regieis móribus
Anthúsa,] quae in delícieis fu[e]rat Véttiae
qua[e et dómino placu]it: eám morte ob[i]ta díligunt,
mon[uméntumque eius fl]étu ac muneribús [r]eplent
seque ípse[i deflent, vít]am esse ereptám sibei
s[erva]é, suis delíciis vitam a[ptaé deum].

supplevit B.; 6. cft id. Ter. Haut. 693: deorum vitam apti sumus; sed lapis cum VITAM. AC | traditur praestare, supplementum hoc loco non satis certum.

**800.** VIII 9375 Caesarea

dis manibus
Auxesis ann. XIIII | Iuli Rufi veterani |
pietátis causa vérnaclae suaé.

**800a.** IX 1721 Beneventum

sibi sueisque. hic Iucunda sepultast
deliciae eius.

de metro cf. *Zander*, l. c. p. CC.

**801.** IX 1733 Beneventum aetatis liberae rei publ. exeuntis

. . . . . . . . . leiber[ta] . . . . . . . . .
patrono bene me[renti]
ad quém] deducta sum aé[tatis virgó tenerae],
in quá domo ni[l úmquam ego offendí mali.]
patrónus hoc m[oniméntum praestaret mihi]
leibértae Aemilia[e mállem, quam manérem ego],

Digitized by Google

quod víserent m[ea lúmina ipsiús rogum]
et [títulum ponerem ístum dilectó meo].

B 60 supplevi ego ex. gr.—4. *ni[l nisi voluptatem tuli]* Buecheler; 6. *m[onumentum nunc fecit mihi]* idem; 7. *quod* mihi est *quoad*.—de metro cf. *Zander*, p. 71.

**802.** IX 1880 Beneventum

Maroni alumno | C. Calpurnius | Lausus
dominó dilectus, quóquo iret, sempér comes,
poculí minister, dóctus pālaestraé puer eques,
sepúltus hic sum nátus annos octo et decem.

B 100 3 fin. *eques* refert Buecheler ad v. 4 init., quem legit hoc modo:
eques s. hic s. annorum octo et decem;
diffidebat olim Mommsen carmini ut interpolato.

**803.** IX 3009 Anxanum

nutricis tumulum] Felicis cerne, viator:
vixerat illa sui]s cara superstitibus.
cui quondam nivei] dedit uberis anxia lactem,
victum post summo g]ratus honore dedit,
atque obitae tumulum nu]trici fecit alumnus,
dilectum sacrans] Manibus hunc cinerem.

B 1280 5. *nu]trici* suppl. Mommsen; totum carmen tractavit explevitque Krascheninnikow in Ephemer. Min. Publ. Instr. vol. 287 (1893) m. Iun. p. 147 (sect. class.), quem secutus sum in v. v. 4—6 supplendis; 1—3 ut supra. explevi ego; dedit B. ex. gr. haec:
hunc titulum mammae f. c. v.
quae vixit natis c. s.
cui quondam puero d. u. a. l.
nunc ipsi tumulum gratus h. d.
et carmen pius hoc nutrici f. a.
sacravitque deis m. h. c.

**804.** IX 3122 Sulmo

Scopeni | ann(orum) XI | Vettia Natalis, | Vettia Prima | p(osuerunt)
fato crudeli si qua est erepta puella,
certe ego, quae dominae cara puella fui;
quae me omnes artes docuit, doctissima cum essem,
rapta Scope nunc legor hoc titulo.

B 1218 5 fin. *doctissima ut essem* requiritur; *docuit. doctissima* B.; an fuit *doc-*

Digitized by Google

*tissima cum esset?* 6, deest *fatis*; *a Persephone* Heinsius emendabat, *tegor h. tumulo* Burmann, uterque otiose.—*doctam eroditam omnes artes virginem* libertam habes VI, 10096; cf. 25808.

**804a.** IX 3741 Marsi Marruvium

Q. Pacidaeus Q. C. l. | Auctus |
patronis placuit.

2. init. hexametri esse posse non nego, cf. XII, 4756.

**805.** IX 3955 Alba Marsorum

quoi post acerbam mortem dominu]s se optulit,
monumentu]m ut faceret . . . . . . de se cemvelat
natu] quadrimus [erat, Amoenu]s nomine.

B 79 suppl. Buecheler ex. gr.—2. eleganter lusit idem:
m. ut f. quippe et ipse gemuerat,
vel: iam se ad discendum studio]sse optulit.
artifice]m ut f. [dominus] de se quem velit.

**806.** IX 4816 Forum Novum c. a. 90 p. C.

T. Flavio T. l. Antiocho | Eros et Viola liberti | patrono et sibi et suis fecerunt | *etc.*
quod quísque vestrum mórtuo optarit mihi,
id ílli eveniat sémper vivo et mórtuo.

B 129 ad sent. cf. VI, 23685, et Buech. ad tit.

**807.** IX 5059 Ager a sinistra Vomani superioris

gr]atus qui fuera[t d]ominis liberq(ue) patronis
c]oncidit et lapide hoc ossa tegenda dedit.

B 1003 1. suppl. *servus*; 2. concinnius *lapidi huic*.

**808.** X 1920 Puteoli

fata suum petiere diem: qui reddidit (ille)
hic situs est,
Philadelphus | Sexsti Cerinthi dispens(ator) |
vixit ann. XXXV |

B 464 1. *qui reddidit* nempe debitum *fatis* sive, ut dici solet, *naturae; ille* ego; *hic est* Buecheler, qui *Philadelphus* metro inserit.

**809.** X 2381 Puteoli 5 ante C.

M.' Egnatius M.' l. Lucullus | pr. nounas Ianuarias | imp.

Digitized by Google

Caesare Augusto XII L. Cornelio Sulla cos. |
manumissus eodemque die decessit carus amicis.
annorum natus XXXI.

3. nota clausula hexametri, cf. ex. gr. Hor. Sat. I, 6, 70.

**810.** X 2804 Puteoli

d m | Ofiliae Ampliatae, | vix. ann. XXII m. IIII
hoc est puella, quam delicato corpori
rure morari destinas.

metrum Horatianum; 2. archet. *puer quem*.

**811.** X 4917 Venafrum

Narcissus vil(icus) | T. Tituci Floriani | et Teiae L. f.
Gallae | vixit an. XXV |
debita libertas iuveni mihi lege negata
morte immatura reddita perpetua est.

B 1015 4. de manumissione post mortem (Petron. c. 65) cave accipias.

**812.** X 5313 Casinum

. . . . . . . . . . . . . . .

patró]nus fecit, q[uód debuerat ílla mihi:]
vitá per]acta pósita in [hoc tumuló iacet,]
fatíque i]niqui deíncep[s vi ambas pérdidi].

1. periit nomen defunctae; 2—4 supplevi ad sensum; 4. mortua est fortasse liberta eademque coniunx, praecedente filia.

**813.** X 8192 Puteoli

Graniai A. l. Clarae | lib(ertae) frugi, vixit ann. XXIII |
stomachúm mihi nullu[m] <uncquam> fécit, nisi quod
mó[rtua est].

**814.** XI 117 Ravenna

. . . . . . . . . . . . . . .

class. s. s. et | Spedia Prisc[a l.] alumno kariss. b. m. p. |
o fata brevia contrariaq(ue) mihi,
quae mé levastis párvolae vitaé meae,
ut húc venirem ánnis plenus (úndecim).
nam omnía fecerunt, quórum alumnús fui.

B 102 4. hoc; XI.—sunt trimetri iambici male facti; 2. *brevia mihi nimis contraria* reponi mavolt Buecheler; Verg. Aen. VII, 293 *fatis contraria nostris* confert Hosius; 3. rarum et priscum pro *levastis me vitā*; *vitae* igitur dat. potius, quam gen.; 5. archet. *quorum delicium fui* putat habere Buecheler.

**815.** XI 1118 Parma

d m | Xanthippes sive Iaiae | C. Cassius Lucilianus | alumnae dulcissimae |

seu mortis miseret, seu te vitae, perlige!
nomen Xanthippe, Iaia eaedem ludicro.
quot exsprimens dolore fugit anima corpore,
hic conquiescit cunis terrae mollibus.
quam trino annorum filo proterentia
novem post mensum fata conficiunt malo:
lues ignita torret ultra quot dies.
venusta, amoena, intellegens et garrula,
quam, si qua pietas insitast caelestibus,
viventi ingenio, soli et luci reddite,
altoris memorem, quem parentes dixerant,
cum primum natust, Lucilianum Cassium.

B 98 3. an fuit *exspirans?* 6. eata; 7. *ultra aliquot* rectius reponetur.—
1. *perlige* lapis, cf. I, 1007 (Iucundi lectio); I, 1306; 2. 3 iungit Buecheler. qui *exsprimens* tuetur copulatque cum *ludicro*; *eaedem* recte interpretatur dativum; corrigebatur olim *eadem* perperam; 5. cf. *Church*, Beitr. p. 47; 6. fin. *mala* Bonada Meyer non necessario; *malum* morbum nominari monet Buecheler, qui iungit *malo novem mensum;* 7. *quot* est pro *quotquot* eidem; *quinque dies* (*quin* compendio) legitur nunc in lapide restaurato; *quinquies*, *quindenos*, *noctes et dies* emendabatur; 9. confert Burmann Verg. Aen. II, 536: *di si qua est caelo pietas*.— Ad sent. cf. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 7.

**816.** XI 1273 Placentia

A. Socconi(o) [C]hresto Attice l. | v. f. sibi et patrono |
libe]rta hoc titulo patronum pietatis honorat:
quicquid id est, gratum manibus officium.
(quod fecit) non iussa tamen nec voce rogata.
hic aliis obiit, vivit libertae suavis patronus.

B 1009 1. *a socconi. attice l.* | | | *hresto v. f.* | *sibi et patrono* lapis habuit, ut videtur; 4. supplevi sententiam; *pro meritis* Buech.; solitam formulam *non iussa testamento n. v. r.* reponit Hirschfeld praeeunte Burmanno recte fortasse; 5. debuit esse pentameter talis fere:

Digitized by Google

hic aliis obiit, at mihi vivus adest,
vel ut B. dedit:
hic aliis obiit, vivit at usque mihi.

**817.** XI 3771 Careiae

d m | Terentiae P. f. Asiaticae | P. Terentius Quietus alumn(ae)
hic iacet exanimum dilectae corpus alumnae,
quam Parcae insontem merserunt funere acerbo:—
nondum etenim vitae decimum compleverat annum—
et mihi crudeles tristem fecere senectam.
namque ego te semper, mea alumna Asiatica, quaeram
adsidueque tuos voltus fingam mihi m(a)erens;
et solamen erit, quod te iam iamque videbo,
cum vita functus iungar tis umbra figuris.

B 430 6. *merens*, lapis.—2. Vergilianum *funere mersit acerbo*; 7. *tis* tuis, cf. *Georges* Lex. d. lat. Wortf. col. 705.

**817a.** XI 5412 Asisium

C. Quintius | Fortunatus | ann. XX | Agathemerus | liberto |
Quintius hic, fuerat cui mens, non] vita, senilis,
est situs: haud levior moribus] ille fuit.
aetate in tenera fata invida que]m rapuere,
dum properat meritis vincere] me cupide.
quod superest, functo feci monumenta] patronus,
cui non libertus gratior] extiterat.

B 1766 supplevi Buechelerianis usus paulum mutatis auctisque.

**817b.** XI 6246 Fanum Fortunae

lege aeviterna traditus leto puer
bis octo in annis hocce sub tumulo iacet,
quem cuncta flevit turba, multo plus erus,
specie obtinentem, moribus cum vinceret.
hic Phocaensium civis in patrio solo,
nunc Italorum Ditis intra terminos
nomen tenebit Isidis nati puer.

B 104; cf. add. p. 854.

1. *leto traditus* pro solito *leto datus;* cf. *redditus aevo*, n. 388, 1; 2. *hocce* a pluribus traditur; 3. *turba* propinquorum amicorumque comitantium, cf. 388, 18;

4. *obtinentem* est *superantem*, sive locum inter omnes primarium *specie*, h. e. *formā*, *obtinentem*; *formam moresque* defunctorum laudari in titulis solere satis constat, velut n. 56. 70. 89 all.; otiose itaque a quibusdam corrigitur *specie obnitentem*, *speciem obtinentem*, *speciem elegantem* simm.; 6. errorem poetae vel potius quadratarii correxit Buecheler, *hic Phocaēnsum* restituens; 5--7 puerum Phocaea oriundum in Italia sepultum esse significatur; iungenda *hic puer*, *Ph. civ. in p. s.*, *nunc intra terminos It. Ditis, tenebit nomen Is. nati*, h. e. *Hori*, ut iam Burmann statuit; de «*Isigoni* cuiusdam mancipio» cogitat Buecheler.

**817c.** XI 6467 Pisaurum

. . . . . a Sei . . . . .
p]atrona[e . . . . .
. . . qui legi[s . . . .

3. initium carminis.

**818.** XII 912 Arelate

Vitalis M. | Verati Clari | ann. V hic s(itus) est |
inspéxi lucem súbitoque ereptá est mihi:
ita néque domino lícuit e me gaúdia
percípere, nec me scíre, quid natús forem.

B 78 2. *subito quae*; 3. *liquit e mae* lapis.—2. *subito quae* tuetur Buecheler; 3. *neque* cf. VIII, 11824.

**819.** XII 5026 Narbo s. I p. C.

C. Of[illi]us C. l. | Pal. A[rimn]estus | vivos [sibi] et |
Mindiae M. f. Primae | uxori et | C. Ofillio C. f. Procul[o] |
filio |
barbara quem genuit tellus, hunc tradi[d]it usu[s]
servitio, [i]ngenium ut flec[t]eret inmerit[o].
quaesitum ex pat[re], ut potuit, s[i]bi nomen adaux[it]
et pretio [obtin]uit, quod prec[e n]on valuit.
officiis vicit [do]minum nec verbera sens[it],
p]raemia non habuit, pignor[a] quae potuit;
quid properas, [h]ospes: requies tibi nota parat[a es]t
hospitium hoc populo semper ubique patet.
horarum numerum, quem suspe[ct]a[s, q]uoque senti,
summa[nĕ], securum [perge, viator, iter].

B 1276 cf. add. p. 853.

1. nomen suppl. Bormann Buecheler; 4. 5 suppl. Buecheler; 6 suppl. Hirschfeld; 7 *obtin*]*uit* suppl. Barry; 7 fin. 8. 9. 10 suppl. Hirschfeld; 12. Buech. 13 supplevi ego; multo laxiore scriptura exarati sunt quam ceteri neque ante

Digitized by Google

*securum* quidquam in eodem versu fuit insculptum; 11. cf. Petron. 71 (p. 48, 22 $B^3$); 13. *summanere* novum pro manere sub re nec diu; *summast s. te cito quae faciat* Buecheler eleganter.

**820.** XII 5276 Narbo litt. s. I inc.

. . . . . . . . . . . .

libertus comb]usta igni fidissumus atro
corpora quae rapuit, condidit hoc tumulo.
nec sibi nec matri natos aetas sua plorat,
bis senos annos non habuere supra.
ne terra aliena ignoti cum nomine obissent,
hic titulus parvo proloquitur lapide.

B 1073 defuncti duo sunt maritus et uxor, qui natos non habuere, quippe qui obierint annos et ipsi nati non plus XII; cf. Friedl. Darst. $I^6$ p. 565; sententia igitur haec est: «non plorat parva aetas defunctorum natos sibi aut matri ipsorum», cui esse aviae non est concessum; de sponsis quominus cogitemus obstat v. 3; condidisse corpora videtur libertus eorundem.—

ante v. 1 perierunt nonnulla; 1. *amborum pater* B.; 2. *rapuit* fatum; 5. ne oblivioni dentur corpora simul et nomina eorum; praestat certe *sine nomine*; de construct. cf. *Kübler*. Arch. f. l. L. VIII. p. 177.

**820a.** XIII 1972 Lugudunum litt. s. III.

d m et quieti aeternae | Touti Incitati IIIIII vir(i) |
aug. Lug. *etc.* Toutius Marcellus lib. | [p]atrono
piissimo et sibi vi | [vus p]osuit et sub ascia dedicav(it) | .
opt]o, felix et hilaris vivas, qui [leg]eris,
et manibus meis bene optaveris.

4. 5. metri iambici color aliqui perspicitur.

**821.** XIV 207 Ostia

his tegitur] tumulis . . . [post fata V]enustus,
. . . . . . . . qu]em cura . . . [vitae . . . hon]estae
. . . August]i portu gi . . . . . . . . . [disp]ensator
nullius hic m]erito victus . . . t domino . . [r]atione
sumpti]bus e propri(i)s [sedem titulu]mque paravi[t]
. . . . . . has suppre[mas sedes] . . .
. . . . via]tor qui [legis] . . . .
. . . pers]olvi de[bitum] . . . .

B 1713 videntur fuisse hexametri, supplevimus B. ego; 7. 8. geni]tor qui . . . . [v]olui de[corare sepulcro, B.



Digitized by Google

**822.** XIV 2298 ager Albanus c. a. 20 p. C.

M. Aurelius Cottae | Maximi l. Zosimus | accensus patroni |
libertinus eram: fateor; sed facta legetur
patrono Cotta nobilis umbra mea.
qui mihi saepe libens census donavit equestris,
qui iussit natos tollere, quos aleret,
quique suas commisit opes mihi semper, et idem
dotavit natas, ut pater, ipse meas,
Cottanumque meum produxit honore tribuni,
quem fortis castris Caesaris emeruit.
quid non Cotta dedit? qui nunc et carmina tristis
haec dedit in tumulo conspicienda meo.

B 990 tituli primarii enarrationem vide ap. Henzenum Ann. dell' Inst. 1865 p. 6 sqq.; cf. Marquardt Prl. $I^2$ p. 178 not. 4, B. ad tit.

**823.** XIV 2302 ager Albanus a. p. C. 11

C. Iulius Aug. liberti | libertus Eros | pistor candidarius | per annos, quos inter | mortales fuit ante eum diem, | qui fuit VI idus Mai., vixit | annos L. huius sacravit | Iulia Glaphyra colliberta | et praestitit officia |

2. *quos i. m. fuit*, 4. *praestitit officia* e metricis videntur desumpta; cf. XIV, 3838: *quae semper meritis praestitit officia*; etiam *sacravit* in clausula hexametri saepe observatur; ante *sacravit* suppl. *titulum*, cf. n. 828, 4 sq.

**824.** XIV 2485 Castrimoenium

C. Herius Felix patron(us) | Heriae Helpinis |
hic est ille situs Herius Felix coaequalib(us) cuncteis,
quei veixit annos viginti,
quei me reliquit leiberta(m) Helpine(m)
annorum natam XIII, sibi unice caram,
quae illius ossa restituit post annos viginti,
et monumentum nobis aedificavi.
qui legit, discat esse pius.

B 1564 ad metra adspiravit qui fecerat.

1. nominat. *Elpis*, sive *Helpis*; 2. *hic est i. s.* initium hexametri passim obvium; 6. h. e. *restitui*; 8. redolet pentametrum.

**825.** XIV 2709 Tusculum

dis manibus sacrum

Digitized by Google

M. Gellius Maximus Phoebo lib. optum(o)
hic situs est quondam Gelli pars maxima Phoebus:
adfectus omnis possidet iste lapis.
vix consummávit septem quinquennia lustri,
oscula ferventem nec tenuere animam!
quod si mutari potuissent fila sororum,
gauderet condi Maximus hoc tumulo.

B 1248 5. *consumavit*, lapis.—4. cf. I, 34: magna(m) sapientia(m) multasque virtutes aetate quom parva posidet hoc saxsum; 7. clausula sollemnis.— 5. attulit Buech. Stat. Silv. II, 2, 6; IV, 2, 62; Mart. IV, 45, 3; quibus addantur Stat. Silv. V, 3, 253 (*quinquennia* eadem hexametri sede Ovid. Met. IV, 292; Stat. S. V, 3, 113 all.); 7 fin. cf. Stat. S. I, 4, 123, all.

**826.** XIV 2737 Tusculum

Rhanidi Sulpiciae l. | delicio |
nata brevi spatio, partu subiecta nec ante,
testatur busto tristia fata Rhanis:
namque bis octonos nondum compleverat annos,
et rapta est vitae, rapta puerperio'
prae(gna)ntis tumulus duo funera corpore in uno,
exequias geminas nunc cinis unus habet.

B 1297 2 fin. nupsit virgo; 3 fin. *rhanos* lapis pro *rhanis* errore quadratarii ex sq. *annos;* 6. *praegnantis* Bormann; *praesens hic* Burmann in Anthol.; *parentis* (=parientis) B.; *praedatus* Leo; ad sensum ceteris sane melius quadrat Bormanni emendatio, cf. Ovid. Met. 2, 609.

**827.** XIV 3826 Tibur

altori ob meritum dicat hanc Octavius aram,
acri homini adque alacri, forti, fido adque venusto:
cui domus Assuribus, fuerat cui Quintio nomen.
hic in flore cubat, longum securus in aevom,
post ter vicenos et tres bene consitus annos.

B 488: cf. p. 856. 3. *assyribus* tradi solet; *assuribus* Ligorius adprobante Dessauio; 4 init. cf. n. 1217, 2; fin. cf. n. 227, 7; 5. *consitus* vel *consilus* traditur; *conditus* malunt Gruter Dessau; recepit Buecheler in textum, renuit in corr.; posse etiam de solito floris ornatu (*in flore cubat*, v. 4) cogitari monuit idem; cf. etiam inferius n. 840, 3. 11; egit de hac forma *Church*, Beitr. p. 13 sq.

Digitized by Google

## VII.

# AMICI ET SODALES.

**828.** II 1293 Salpensa

Pylades Anni Novati patris | h. s. e. |
subductum primae Pyladem haec ara iuventae
indicat, exemplum non leve amicitiae:
namq(ue) sodalicii sacravit turba futurum
nominis indicium, nec minus officii.
dicite, qui legitis, solito de more sepulto:
«pro meritis, Pylades, sit tibi terra levis!»

B 1103 4. *nanq.* lapis.

2. hiant *Pyladem haec*; *Pyladen* Murat.; nullum hiatum inesse putat *Birt*, Rh. Mus. 54, 1 p. 222; requiritur tale: *puerum esse*; 3 fin. praedicatur amicitia in hoc Pylade ut in illo antiquo.

**829.** II 4315 Tarraco

factionis venetae Fusco sacravimus aram
de nostro, certi studiosi et bene amantes,
ut scirent cuncti, monimentum et pignus amoris.
integra fama tibi, laudem cursus meruisti;
certasti multis, nullum pauper timuisti,
invidiam passus semper fortis tacuisti,
pulchre vixisti, fato mortalis obisti.
quisquis homo es, quaeres talem. subsiste, viator,
perlege; si memor es, si nosti, quis fuerit vir,—
fortunam metuant omnes,—dices tamen unum:

Digitized by Google

«Fuscus habet titulos, mortis habet tumulum:
contegit ossa lapis; bene habet. Fortuna, valebis!»
fudimus insonti lacrimas, nunc vina; precamur,
ut iaceas placide: nemo tui similis.

B 500 1. confert Hosius Verg. Aen. V, 48 *sacravimus aras;* 2. exspectem *circi*, sed non premo; *certos amicos* dici monet Buech.; 3. fin. confert Buech. Verg. Aen. V, 538. 572, est clausula saepe obvia; 4. equidem malim *cursu*; 4—7 nota homoeoteleuta; 8. *quaerere* in sepulcralibus passim pro *desiderare*; *quaere(n)s* Kaibel non recte; 11. *mortis* iunge cum *tumulum*, non cum *titulos*; 12 fin. confert Buecheler IX, 4756: spes et fortuna, valete! v. Prelleri R. M. II[3] p. 254 not.; ad v. 11 confert Hosius Ovid. Her. VII, 74; Trist. I, 11, 30 ubi occurrit locutio *titulus mortis*; sed cf. X, 4428. 5020.

**829a.** III 12408 Nedan

hanc sedem mortis str]uxit sibi vivus amicus,
qua nunc [officio conditur ipse meo].

M. Aurel(ius) Mucianus vet. ex bf. leg. leg. I Ita | [(licae) . . . . . . . . Muciano amico et] Muciane fil(iae) eius et Aurel(io) Dizze vet. fratri fec(it).

supplevi.—1. *exstr]uxit* praeivit editor.

**830.** VI 1951 Roma

d m | C. Clodius Felix

hic ego Murinus praeco Felix, cui tales amici
complerunt animos, ut post me nomen haberem,
Lucius et Claudia, quod sunt me dignati munere perpetuo.
vos precor hoc, superi, ut vitam <post me> servetis amicis,
et possint nostris Bacchum miscere favillis,
floribus ut spargant saepius umbra(m) levem.

B 1256 2. *nomem* lapis.—carmen fuisse factum in memoriam Murini praeconis, ad Felicem temere adcommodatum putat Henzen; sed potest *Murinus* signum fuisse eiusdem C. Clodi Felicis. ut et B. opinatur; 5. malim *ut possint*; 6. de *floribus* cf. *Torelli*, saggi, p. 52; exspectes *floribus et*.

**831.** VI 2938 Roma

Sex. Naevio | L. f. Pub. | Verecundo, sign. | coh. XIIII, nato | Veronae

ossa relata domum, cinis hic adoperta quiescit;
heredes titulum, versiculos Cornelius epoi,
conlegae et amico.

Digitized by Google

B 1099 4. in EPOI vel EROI latere cognomen Corneli putat Henzen, velut EROS; cogitabam olim de *epoi*=ἐπο'ει, ἐπόει, quod video nunc et Buechelero placuisse; *Tiburtinus epoese* legitur in titulo Pompeiano B 935, 13; *versiculosque dicant* fuisse in archet. putat B.

**832.** VI 4379 Roma

Clodia M. l. Secunda
o, quánta pietas fúerat in hac ádulescentia,
fidés, amor, sensús, pudor et sánctitas!
nolí dolere, amíca, eventúm meum:
properávit aetas! hóc dedit fatús mihi

B 81 2. exigit metrum *o qu. p. fuit huic adulescentiae*; 4—5 saepe obvia, cf. VI, 4385. 5150. 8023. 17196 all. et Buech. ad n. 145.

**833.** VI 6275 Roma

hic est ille situs, qui qualis amicus amico,
quaque fide fuerit, mors fuit indicio.

B 999 2. EVIT, lapis; idem epigramma VI, 33575.—
1 init. cf. VI, 8553. 10081; *amicus amico* plebeium (Ter. Phorm. 562) et Petronianum, cap. 43. 44; cf. VI, 25570, et *Otto*, Arch. f. l. Lex. V p. 384.—egit de titulo *Church*, Beitr. p. 30+not.

**834.** VI 6502 Roma

desinite, aequales, Plocami lugere sepulti
fata frequentatis funeris exsequiis!
in requiem excessi: quod quaeritis, id repetitum
apstulit iniustus creditor ante diem!
compositos tantum cineres humus integat, oro,
inque vicem pietas vestra parentis eat!
Anthus Plocamo coaequali.

B 1001 3—4 redit ad solitum *naturae debitum exsolui*; 6. parens praecessit neque mortuum pietate prosequi potuit.

**835.** VI 9316 Roma

. . . . . . . . . . . . .
vixit ann. XXXV | collegius cursorum |
Menoga Securi: sit tibi terra levis!

B ad n. 1124 2. *Securi* nomen domini; *Menogam* esse *Menogenen* recte vidit Buecheler.

Digitized by Google

**836.** VI 9372 Roma

. . . . . . P. l. dispen[sator . . . . | amicus conservis | et fratribus carus | qui vixit [pauper] dum | [licuit sine] cura parc[is]s[ime].

1—3 locutiones redeunt in metricis.

**837.** VI 11464 Roma

C. Allidio Hermae |
qui quidquid dixit, dulcis amicis erat;
hunc quoque post mortem ⏑⏑– deflemus amici.

B 1261 1. *dixit* lapis; malim *vixit*; *amiciis* lapis; *amicus* emendabat Passionei perperam; 2. desideratur *semper*, *cuncti*, *maesti* vel simile quid.

**838.** VI 18209 Roma

Cn. Flavius Cn. l. Sosia | Cn. Flavius Cn. l. Apollonius |
sei qua renascentes optant certamina laudis,
ex nostra aspiciant facta priora fide.

B 1077 2. *renascentes* h. e. posteri; 3. duos collibertos amicosque fuisse significatur, quales fuerunt Memmii Clarus et Urbanus VI, 22355 *a*; de fide erga patronum cogitat Buecheler.

**839.** VI 20466 Roma

Iulia C. l. Felicula
Felicla hic misera consumptast morte puella,
dulcis, amicorum concupienda iocis.
sit tibi terra levis, tumuloque adsurgat amomum,
et cingant suaves ossa sepulta rosae!
vale!

B 1064 3. *concupiendus* a *concupere* ἅπ. εἰρ.

**840.** VI 21200 Roma

Lezbiae ossa hic sita sunt |
hospes, sta et lachruma, si quicquam humanitus in test,
ossua dum cernis consita maesta mihi,
quoius laudati mores et forma probatast
Anchialo, quem cura anxia debilitat.
Lesbia sum, quae dulcis mores sola reliqui
et ‹quod› vitam vivens parui in officieis.
sei nomen quaeris, sum Lesbia; si duo amantes,

Digitized by Google

Anchialus dulcis cum suave homine Spurio.
«sed quid ego hoc cerno?»—mea sunt hic ossua in olla
consita; vive, hospes, dum licet, atque vale!

B 973 9. SPVRLO traditur.—3. de forma *consitu* egit *Church*, Beitr. p. 13 sq.; pro *mihi* malim *mea*; 5. de hoc synizesis genere rarissimo cf. Luc. Muelleri d. r. m. IV² p. 362; post Augusti aetatem apud poetas fere non invenitur; 6. Lesbia s. dulcis moris quae (quae mores *Christ*) s. reliqui (reliqui et *Chr.*) *Fabricius*; 7. *quod* pro *quoad* vel *quot* solet accipi vix recte; est fort. *quae* corruptum compendio male soluto; *et* ad v. 6 refert Buecheler; 9. requiritur *suave homine* in fine pentametri, sed omnino poetae nostro pentameter improspere cessit; *A. d. suavis homo Spurius* emend. B.; 11. cf. Petron. c. 34 B³ p. 23, 36.—Egit de titulo *Torelli*, saggi, p. 31.

**841.** VI 23107 Roma

Cn. Numis[i . . . . .] | Plagulei a . . . . . | Primae . . . . .
fatalis, anima m[isera, te vis obruit]
et multa es perpes[sa in vita exigua mala].
quo reccidisti, anima, [a malis requiem petens?]
nam quid aliud apstuli[sti vitae nisi malum?]
amici et sodales concordes [posuerunt].

B 143 supplevit Buecheler, nisi quod v. 3 dedit *perpes[sa, ut natu ex nihilo es, mala]*; ut supra ego; 5. *nam* abundat; quaesitius erit *aliud* ut *alid* pronuntiare, ut mavolt Buecheler.

**842.** VI 23548 Roma

Optatus, Nireus, Anthus | amici sodales | Pactolo, | de familia Q. Satrieni Pollionis |
nos tibi digna tuae monumenta extrema favillae
fecimus, at nobis tu gemitum adsiduom!

B 1002 3. *tuae favillae* etsi potest in id genus poemate pro secundo casu accipi, praestat tamen cum *tibi* copulari.

**843.** VI 25570 Roma

Rufioni Rutiliae | servo dedit | C. Vehilius Albanus |
hic est ille situs, qui qualis amicus amicis,
quaque fide vixit, mors fuit indicium.

B 1000 2. cf. Petron 43. 44: amicus amico; 2—3 redeunt VI, 6275.

**844.** VI 30114 Roma

[Annius hic recubat Phoebus: quod scire, viator.|

Digitized by Google

sufficit anne tibi? cetera nosse libet?
vixdum terdenos fatum mihi noverat annos
vixdum servili colla levata iugo,
cum mea Lethaeae ruperunt fila sorores.
di, bene, quod nobis talis a[micus erat];
qui dedit inferias, qui frigida [legit et ossa],
et tumulo maerens intulit [ipse meo.]

B 1114 1. supplevi ex. gr.; nomen velut VI, 11749; *incisumne meo nomen legisse sepulcro* Leo; 2. malim *licet*; 6. suppl. Buecheler; 7—8 supplevi ego; 7. *membra cremavit* Buech.; 8. *intulit* [*ossa mea*] Mommsen; *i. ossa suo* Buech.

**845.** VI 30124 Roma

. . . . . . . . . . . . . . . . moriens cum dixerit ipse:
«vivite, felices animae, mors omnibus instat».
haec postquam posuere sepulchrum kari scripsere sodales.

B 802 2. ad sententiam conferri iussit Buecheler Verg. Aen. III, 493: vivite felices, quibus est fortuna peracta; occurrit eadem vel similis formula II, 391; III, 1854. 4483. 11036; V, 3403. 3415. 4078. 4656; VI, 14281; VII, 154; IX, 1764; X, 2503 all.; 3. *hoc* dant Sabinus et Accursius recte fortasse: exitus duos

. . . . hoc postquam posuere sepulchrum
. . . . kari scripsere sadales

in unum coegit scriptor; *haec postquam posuere, pii scr. sod.* corr. Buecheler.

**846.** VI 30135 Roma

nunc nos soda]li, solum quod res[tat agendum],
relliquiis positis or]namus carmine ma[nes],
marmoreo titu]lo scalpentes littera mae[sta],
triste minist]erium maesto comitamu[r honore].
quamquam a]nimus meminisse horret [luctuque refugit,]
perficimus ta]men inferias tibi fortit[er ipsi,]
atque omne]s, solumque viro quos [par sit, honores].
nam] virtute ferox, fortis, facund[us . . .
. . . . bonusque . . . borum c. . .
. . . . . cu[m] . . . . [mi]xtusque m . . . .
. . . . . . . dus ubi ve . . .
. . . eae post om[nia . . .
. . . . . . . te gloria . . .
. . . . r vir e . . .

Digitized by Google

B 582 1—7 carmen concinnavi; praeivit Buecheler haec: 1. *res*[*tat agamus*], 2. *ca*]*namus c. ma*[*esto*]; 3. *titu*]*lo sc. litt. mae*[*sta*]; 4. totus Buechelerianus est, conflatus ex. Verg. VI, 223 et ib. XI, 52; priorem locum suppeditavit Huelsén; cf. etiam VI, 30108; nomen *Asterii* sim. inesse posse non negat Buech.: 5. recte emend. Huelsen ex Verg. Aen. II, 12; 6. *ta*]*men* Buech.; 8—14 videtur elogium a solitis archetypis non recedere; restitutio incerta; 9. *la*]*borum* suppl. Buecheler; QVFA . . ƆBORVM lapis; potest latere *proborum*.—3. *littera maesta* erit accusativus, ut vidit Buecheler.

**846a.** VI 36657a Roma

qui properas, ad hunc tumulum consiste, vi]ator
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . us.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . us.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ti deos
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . e amice
. . . . . . . . . . . . maestus uter]que parens.
. . . . . . . . . . . . . . tecum doct]rina pudorq(ue)
iam perit; at socio muni]cipique suo
hunc titulum Dorus posuit] divosq(ue) precatur,
ut sit defuncto ter]ra cinisque levis.
. . . . v. an. . . .] III sine fraude.

suppl. B.

**846b.** VI 33953 Roma

clausus] in hoc tumulo Pompeius [nunc requiescit]
concolor victor, suavis fidus[que sodalis].
fessus in extremis haec bland[a voce rogavit],
ut dapibus positis Pompeium s[aepe colamus].

B 534 auriga *concolor*, h. e. eiusdem factionis a suis sepultus, cf. n. 829; 1. perisse ab initio quaedam non indicatur.—Supplevit B.

**847.** VIII 369=11549 Ammaedara

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
sic ego pro meritis [aud]io nomineque salutor
et sum post obitum Felix, cui cari sodales
hoc titulo --- fixerunt nomen aeternum.
Decasi, valete et semper harena placete!

B 572 1. *aud*]*io* Schmidt; poterat esse et *clu*]*eo*: *cap*]*io* Buecheler; 2. de nomine defuncti egit *Seidel*, röm. Grabinschr. p. 8; 3. in lapide nil periit, sed omisit aliquid vel carminis auctor vel quadratarius, ut *posito*; 4. *Decasiis* nomen fuisse sodalitati cuidam gladiatorum vel venatorum statuit Schmidt

Digitized by Google

probante Buechelero; minus placebit *decasi*. a decasus, decasa, cf. n. 1078; 1—4. versuum capita fort. acrostichon efficiunt: Situs Est Hic Decasius.

**848.** VIII 1998 Theveste

d m s | C. Vibius | Achi[l]les | v. a. XVIIII m. VI | d. XXIIII
reliquiae funeris Car[t]haginiensis hoc requiescunt solo.
I[ul]ius Faust[i] | anus amico | optimo.

2. ad numerum iambicum aliquatenus accedunt.

«Scilicet significatur corpus crematum esse Theveste, deinde ossibus relatis Carthaginem ibi funus factum esse et monumentum», Mommsen ad tit.; veri similius putat Wilmanns hominem Carthagine mortuum esse [*funus* scilicet, ut saepe, pro morte usurpatum], Theveste sepultum.

**849.** VIII 2780 Lambaesis

hostibus ille ego nunc post tempora lo]nga subactis
conditus impensa hic iaceo sump]tuq(ue) privato.
fama manet aevo mea tempo]ribusq(ue) futuris,
cuius enim innumeras longum est pe]rquirere laudes.
. . . . . . . . . . legi]oniq(ue) praefectus,
cui merito sedem hanc titulumque] dicastis, amici.

B 519 1. *lo*, 2. *sump*, 3. *tempo*, 4. *pe*, 5. *legi*, 6. *de*]*dicastis* supplevit Wilmanns, reliqua ego; 5. 6. *hic post fata tegi voluit ponique praefectus, cuius vos statuam titulumque dicastis amici* Buecheler, dubitans an sepulcrale fuerit carmen; mihi tamen v. 5 defuncti cursum honorum continuisse videtur, de quo non constat.

**850.** X 174 Potentia

. . . . . . iata ann. XX men. | VIII dies VIIII |
abstulit una dies anima(m) corpusq(ue) sim[it]ur:
arsit et in cineres iacet hic --- adque favilla(m).
supremum munus misero posuere sodales.

B 405 2. supplevit Ritschl; 3. nulla lacuna in lapide; *versum* proposuit idem.— 2. interpungit post *animam* Ritschl; mihi videtur *hic* v. 3 esse Nominat. supplendumque *datus* vel simile quid; ad v. 2 confert Buecheler Ovid. ex P. I, 2, 4 *non omnes Fabios abstulit una dies.*

**851.** X 2936a Puteoli

intus hoc iacet iubenis:
flore cultuque corporis
praestantior te nemo:
sodalibus tuis

Digitized by Google

subventor niccessitat(um).
eco frater dela tecum . . .

B 1618 3. YE lapis; 5. SVBI. ENTORNICCESSITAT idem; 6. ECO FRAT. ERDELATECVM | D D D | ; in *dela* potest latere epitheton, velut *del(ecte)*, reliqua non intellego; 5. 6. ***sublenior***, ***nic cessit a te***, ***co*** (=quo) ***erater*** (=frater) *delate cum d(e)o b(i)b(is)* (=vivis), B. ex Colonnae apographo.

redolet sane numerum trochaicum tituli oratio, sed cum aetatis labentis sit, non urguenda.

**852.** X 3969 Capua aet. imperat.

qui cúm—dum haberet claúsam in castello ánim[u]lam
mortálem—ad superos lícitum est, [f]initam ád diem
parcé pudensque víxit omni témpore;
Aurúncus erat, Fusius erat nómine
magíster ludi lítterari Phílocalus
summá quom castitáte in discipulós suos.
idémque testaménta scripsit cúm fide
nec quoíquam [per]negávit: laesit néminem,
ita [dé]cucurrit vítam fidus síne metu.
eius óssa nunc hic síta sunt, posita a cénturis.

B 91 1. *cum dum* lapis: emend. *dum-cum* Buecheler; confundi tamen utramque particulam in volgaribus ostendit *Thielmann*, Arch. f. l. L. VIII, p. 559; cf. etiam XI, 6080: ***dum esses***; 3. ***pie*** coni. Nissen; 4. turbatum metrum propter nomina ut solet; 7. suppletur ***debita;*** 8. *lite* ***nocuit*** coni. Nissen; 9. ***decucurrit*** ut ***stadium***; 10. fin. ***posit*** *A . . ris* ***viro*** legit Nissen.—De tituli sermone metrisque cf. B. ad n.

**853.** X 5469 Aquinum

os cineri mixtum rapido cum decidit igni
 inseditque super flava favilla rogo,
pondere subiecto Thetidis componimur ossa,
 grata magis terrae, quam tibe, dure lapis!
id sumus, ut cernis; titulo donamur inani,
 serta quod et tumulum florida saepe ligant,
ac teretes onychès fusi gracilesque alabastri,
 dispositum ac pomum temporis omne sui.

B 1135 3. ***pondere subiecto***: «subiectum scriptor cum lapide tumulum dicit rogo atque igni, quem ante memoraverat», Buecheler in Corpore; ego cogito de arca sive urna ossibus subiecta, quae ea excepit; 5. 6. «id est: ossa sumus, donamur titulo et eo quod tumulum serta ligant atque onyches

Digitized by Google

fusi sunt», Lachmann probante B-o; mihi videtur *titulum* esse neutrum, ut X, 2487. 4692 all.; 6—8 ad sent. cf. III, 754 (superius n. 14. 25—27).— Non defunctum, sed eius reliquias loquentes induci in titulis rarissimum.

**854.** XI 1881 Arretium

C. Memmius Felix | condiscipulo et amico | optime de se merito | Restituto |

hoc] sit[us est tumulo iuvenis suorum] ultumus imo,
Restutus, decus en deliciumque] meum.
Neptunus saevis] mercante[m merserat] undis,
heu, miserum a]d sedes Stygi[as pro tempore e]untem.
hoc munus] Felix gratu[m caris dedit umb]ris.

B 1757 3. *ultumus*. 6. *stygias*, 7. *gratum* praeivit Bormann, carmen informavi ego: ultumum suorum obisse Restitutum verisimile est, quippe cui amicus suprema fecerit; de forma *Restutus* saepe obvia vide *Schuchardt*, Vokalism. II, 436; *Skutsch* Archiv f. lat. Lex. 1893, VIII, p. 368; poterat scribi et *Restitutus*, cf. Notiz. d. sc. 1891 p. 262: Restitutus multas decepit sepe puellas;—3. 4. eleganter lusit B. haec: *si* [*iuvat in tumulo Manes honor*] *ultumus imo*, | [*hoc quoque sume libens munus, amice*,] *meum*; reliqua, quae non nisi ex. gr. fecit, non adscribo.

**854a.** XI 5927 Umbertide

Q. Petronio | Birroni[o] |

p]arva quidem mo[n]umenta tibi pro munere vitae
feci[m]us et tumulo teximus [os]sa levi.
sed quoniam [vi]vae facis est erepta voluptas,
testatur titulus pignus amicitiae.
si datur extinctis mentem retinere priorem,
respice Birroni munus amicitiae.
vixit annis XXXXIII | dies XXXIX |
C. Helvius | Ianuarius |

B 1102 4. /ΛΓ cernitur in lapide; suppl. Bormann ad spatium recte, ad sensum quod melius quadret quaeritur; nam quaesite admodum diceretur *viva fax* pro *vitae face* vel *vita* ipsa.

**855.** XII 592 Aquae Sextiae s. VI p. C.

indolis hic iacit heu ecce sepultus
cunctis karus, exosus non nisi malivolis,
Dextrianus nomine vocitatus in vita:
nec inmerito, nam tuo sic munere, C(h)riste,
dextris tibi nunc fide adsistit in agnis,

Digitized by Google

aeternum sperans te, D(omi)ne, largiente donum.
prudentia erat praeditus formaque decorus;
non aliud umquam habuit, nisi cum bonitate fidem,
nec defuit illi eligans cum verecundia pudor.
bis undenos aevi conpletis duxit mensibus annos
pulcer et innocuus, pia semper mente probatus.
lugemus te, miserande puer, quia breve omne, quod bonum est.
obiit e saeculo astra petens die tertium nonas Iunias,
quod est indictione prima.

B 769 3. *vocitatatus* lapis.—ex paganis multa, velut v. 1. 2 init. 3. 7 fin. 10. 11.—1. supplendum *iuvenis nunc* sim.; crucis signum solitum non post *heu* inseritur, ut ait Buecheler, sed inter *he* et *u*; adsumendum inde epitheton velut *venerabilis*, *insignis* non puto; 10. 11. redeunt paulum inmutati XII. 533. 4. 14. •

**856.** XII 631 Le-Pin a. 506 p. C.

. . . . . . . . . lli . . . . amisisse [dole]mus,
Et cupit dignis diu servire cineribus.
Nomen dulce, lector, si forte defunctae requires,
A capite per litteras deorsum [p]ellegendo cognoscis.
ter denos vitae aev[o] nam duxerat annos,
cum pia iubente deo anima migravit ad astra.

B 696 nonnulla e paganis.—defunctae nomen fuit Serenae Helenae sim.; 3. *requires* praesens; 5 cf. add. p. 816.

**857.** XII 882 Arelate aet. Traiani.

Spendonti | C. Stati Patercli | Q. Statius Murranus | sodali |
iam bis ut octonos Spendon compleverat annos,
raptusque a fatis conditus hoc tumulost.

B 1071 3. vitavit poeta *raptūs a fatis*, sed poterat facere *raptust*.

**858.** XII 5811 Arelate

Cae]ci[lio] | Nigro fa[bro navali]
praete]riens quicumque leges e[t carmina nosces],
qua]e tibi defuncti nom[i]na ver[a dabunt],
incompto]s elegos, veniam peto, ne ver[earis]
perlegere et dicas carmen ha[bere fidem].
C]aecilius Niger est hic ille s[epul]tu[s ad undas]:
quo cernis titulum, stab[at et ipse loco].

Digitized by Google

h]unc tibi navales pauci damus ul[tima dona],
ho[c] et defuncto corpore munus [erit].
os]sa tuis urnis optamus dulce quiesc[ant],
sitque levis membris terra m[olesta tuis].
arti[fi]ci artifices Nigro damus ista so[dales]
c]armina, quae claudit iam rap[idus Rhodanus.]

B 1191 1. suppl. Hirschfeld; 2. init. suppl. idem; in fine *e[t carmina nosces]* id.; *h[aec carmina nostra]* Buecheler praeeunte de Laurière qui lapidem recognovit; 3. 4. suppl. Hirschfeld; 5. *habere fidem* Buecheler; *habere ben* Bormann; *have atque vale* Hartel; 6. suppl. Hirschfeld Buecheler; 7. ut supra Buecheler; STAR de Laurière descripsit, ad quam scripturam *stare loco solitus* dedit Buech.; 8. *hunc* ego, *nunc* traditur; *ultima dona* Bormann Hartel; 9. 10. 11. suppl. Hirschfeld; 9. *munus habe* recepit Buech.; 10. cf. *Church*, Beitr. p. 54; 96 (de usu plur. *tumulis. locis*, *urnis* simm.); 12. ut supra de Laurière Buecheler ex lapide recognito; 13. ut supra Buecheler; sed quia IAM RES . . . . dicitur esse in lapide, fecit idem *iam resonans Rh.*; *i. resoluta salus* de Laurière minus bene.

**858a.** XIII 531 Lactora

d m | Lumina | tio Grego | rio
morte cita rapto tumulum fecere sodales.

**858b.** XIII 3081 Turoni

d m | Cl. Ianuar(i) |
amans amanti haec tibi pro meritis do
Caratus.

2. versus ex archetypis iambico et dactylico centonis in modum conflatus.



Digitized by Google

## VIII.

# MAUSOLAEA ET VIVORUM MONUMENTA.

**858c.** II 4283 Tarraco

orniieea . . u . . . iui . . . s er busi . . . negl . . .
nuau . . . . aiii . . . a ubi perpetuo remane . . .

B 1096 lapis valde detritus; dedit B. ex. gr. haec fere:
ornata est vivo sedes rebus bene gestis,
nunc tenet hanc domum ubi p. r.

**859.** III 1552=8001 Tibiscum litt. s. II p. C.

Publi Aeli Ulpi vet. ex dec.
hanc sedem longo placuit sacrare labori,
hanc requiem, fessos tandem qua conderet artus
Ulpius, emeritis longaevi muneris annis.
ipse suo curam titulo dedit, ipse sepulcri
arbiter hospitium membris fatoque paravi.

B 460 6. «sic» Corpus, quare de *paravit* ne cogitaveris; reposuit tamen hanc formam Buecheler.—2. cf. III, 1391.

**860.** III 9565 Salonae

. . . . . . . . . . .
Aur. Maio . . . . . .
. . . . . sarco]fagum . . . . .
. . . . . magn]o labore . . . . .

Digitized by Google

. . . . . . . . . . o meos . . . . . .
. . . . . . . . . . antem . . . . .

2—4 fort. versus sunt ad iambos tendentes;—2. cf. n. 617.

**861.** V 6134 Mediolanium

siste gradum, fug[iat quamvis brevis hora, viator,
sic fati nul[lus te dolor exanimet.
Lesbia quam tul[erat tellus pulcherrima Tarsis,
indicio sit a[mor totius Hesperiae.
quam ereptam [terris pia numina subtraxerunt,
hanc sibi sola [domum corporis constituit.

B 1309 supplevit Alciatus; diffidit epigrammati Mommsen; 1 init. cf. II, 1094; IX, 3071.

**862.** V 6811 Eporedia

fecí, quod volui, vívus monimentúm mihi,
ubi óssa et cineres aéternum requiéscerent.

B 137 *feci quod volui vivus monimentum ubi ossa et cineres aeternum requiescerent mihi*, sic vetus apographon: emendavit Buecheler.

**863.** VI 1756 p. 389=31922 Roma

Mausolaeum Sex. Petroni Probi cos. 371 p. C.

Sublimes quisquis tumuli miraberis arces,
dices: «quantus erat, qui Probus hic situs est:
consulibus proavis socerisque et consule maior,
quod geminas consul reddidit ipse domos.
praefectus quarto, totum dilectus in orbem,
sed fama emensus, quicquid in orbe hominum est».
aeternos, heu, Roma, tibi qui posceret annos
cur non vota tui vixit adusque boni?
nam cum sex denos mensis suspenderet annos
dilectae gremio raptus in aethra Probae.
sed periisse Probum meritis pro talibus absit,
credas, Roma, tuum: vivit et astra tenet,
virtutis, fidei, pietatis, honoris amicus,
parcus opum nulli, largus et ipse sui.
solamen tanti coniux tamen optima luctus
hoc Proba sortita est, iungat ut urna pares.



Digitized by Google

felix, heu nimium felix, dum vita maneret,
digno iuncta viro, digna simul tumulo.

B 1347a 4. explic. de Rossi, Inscr. R. II, 1; 10. cf. *Georges*. Lex. d. lat. Wortf. col. 25; ἅπ. εἰρ.; 11. 12. constr. *absit credas* (= noli credere), *Roma*, *periisse Pr.*; 17. Vergiliana: *felix h. n. f.*, Aen. IV, 657; *dum vita manebat*, Aen. VI, 608. 661; cf. Ovid. Ib. 43: *donec mihi vita manebit;* 18. cf. Verg. Ecl. VIII, 32.

in carmine christiano VI, 1756 *b*, quod omisi, redeunt ex poetis haec: *dives opum*, v. 5, cf. Verg. Georg. II, 468; *cum vita maneret*, v. 15 (vide supra); *eque tuo semper dilectus pendeat ore*, v. 29, cf. Lucr. I, 37.

**864.** VI 1958 Roma

Monumentum Eurysacis.

est hoc monimentum Marcei Vergilei Eurysacis,
pistoris, redemptoris: apparet.

B 13 2. hucusque non satis explanatus: nam etsi dudum explosum est *apparet(oris)* vel *apparet(orum)*, perdurum remanet verbum absolute positum, quo spectari signa monumenti ipsius iuberi putant periti; equidem crediderim *est hoc* corruptum potius esse a quadratario pro eo quod requiritur *esse hoc*.—*Zander*, p. 80—81.

**865** VI 9258 Roma

L. Maecius Marcus refecit | aeterna(m) domu(m) lib. libertab. | posterisque eorum |

non fui, et so, non ero; non mihi dōlet.

cf. B 1585 1. *aeterna domu*, lap.; 3. *so* = sum; exspectes *non so*; sed cum vivus scripserit, a solita formula recedit.—ad sent. cf. X, 2070. 2893, all. cf. etiam *Zimmermann*, der culturh. Werth d. röm. Inschr. p. 26.

**866.** VI 9583 Roma

C. Hostius C. l. Pamphilus | medicus hoc monumentum emit sibi *etc.*

haec est domus aeterna,
hic est fundus, heis sunt horti,
hoc est monumentum nostrum.

B ad n. 247 3—5 et in metricis occurrunt, velut VI. 9752; iambicum colorem vix est qui neget; saturniis adscripsit *Zander*, VIA. p. 69.

**867.** VI 9632 = 33813 Roma

L. Valerius Zabdae mercatoris venalici l. Aries |

Digitized by Google

seu stupor est huic studio sive est insania nomen,
omnis ab hac cura cura levata mea est.
monimentum apsolvi (cura et) impensa mea,
amica tellus ut det hospitium ossibus,
quod omnes rogant, sed felices impetrant.
nam quid egregium, quidve cupiendum est magis,
quam ubi lucem libertatis acceperis,
lassum senectae spiritum ibi deponere,
quod innocentis (vitae) signum est maximum?

B 89 2—3 Ovid. Trist. I, 11, 11—12 paucis mutatis; 4. *sumtu* addidit cod. Paris.; *opera* Buecheler; 6. requiritur *rogant quod*; *quod o. optant* cod Paris.; *quod o. rogitant* Scaliger; 7. *quid aeque egr.* vel *nam quid tam egr.* emendari solet; hoc praeferendum; 8. *quam l. ubi tu l. a.*, vel *quam l. l. ubi tu aspexeris*, vel *ubi lucem l. primum a.* emendatur; 9. *lassam* lapis ut videtur; *lassae* Grut.; *lassum* Buecheler; 10. *vitae* inseruit idem.

**868.** VI 9659=33814 Roma

L. Licinius | M. f. Pol. Nepos |
cuius de vita merito | pote nemo queri; | qui negotiando locupletem | se speravit esse futurum, | spe deceptus erat et a mult | is, bene meritus, amicis. | hanc casulam in parv | o fecit supremi temporis | sedem: maiori cura | quam inpensa potuit. | diis parentibus suis | hunc lapidem posuit | supremum semoto loco, | suptus quem factum est, | ut remanerent ossa | et cineres C. fratris et | sua ube requiescerent, | et per quem testari posset, | quam laboriose et non | secure vixserit. qui vivos | multis in futurum su(p)rem | a hospitia donavit amicis, | cuius in hospitio requiesc | (ere)nt, multis gratis | et amicis: quos roga | t, ut quod eis superat, suis | donent gratis, ne vendan | t. vitent homines avaros, auda | ces, monumentorum | sacrilogos, per quos | decessis numquam | requiescere licet. | diis manibus sacrum. | homo, violare noli, si te | moriturum putas! |

B 1583 titulus licet prosa oratione sit compositus, multa tamen ex poeticis decerpta esse apparet; metra passim constituit B.

4. *bene meritus* concessive; 12. *requiesc* | *nt* lapis; *multis gr. et a.* repetuntur, quo maiorem vim habeant, quae sequuntur; 15. *sacrilogos* lapis: non mutavi; 16. *d m s* ad finem tituli remotum rarissimum est, cf. *Cagnat*, Cours d'ép. éd. 2, p. 246.

Digitized by Google

**869.** VI 9752=33815 Roma

a) si qua tamen pietas gelidos movet rustica m[anes],
rumpe moras, [quae spes s]ola est mihi gratia [vitae].

B 1555b supplerunt Henzen Gravina; 1. *Rustica* nomen est B-o; 2. *spes haec s]ola* Gr.; ante spes CV legit Ligorius, quo usus paulum inmutavi; suppletam habet etiam Bonada II p. 246. XXXI.

b) M. Iunio M. f. Pal. Rufo | Soterichus paedagog(us) fecit |
hae sunt parvae tuae meaeq(ue) sedes,
haec certa est domus, haec colenda nobis,
haec est, quem mihi suscitavi vivus.

B 1555a 3. *quem* lapis: non mutavi; 1—3 cf. VI, 9583.—*Zander*, ad p. 69, 13.

**870.** VI 10237 Roma 16 p. Chr.

impensae monumenti ratio exponitur prosa oratione; sequitur carmen:
impensae causam, titulum qui perlegis, audi,
et iustam, quaeso, pietatis percipe curam.
quis vera, ut cupiant concorde vivere, mens est,
hos animos spectent atq(ue) haec exempla sequantur.
haec loca, dum vivent, libeat bene cuncta tueri,
post obitumq(ue) suum tradant tum deinde futuris,
ne deserta vacent, ignotis devia. busta,
sed tuta aeterno maneant, si dicere fas est.

B 371 3. *quis*=quibus; 4. confert Buech. Verg. Georg. IV, 219: his quidam signis atque haec exempla secuti; 7. h. e. aditu non servato.

**871.** VI 12668 Roma

P. Atinius P. P. l. | Nicepor |
monumentum me vivo aedificavi et in meo:
monumento (ne quis huic manum intulerit male).

B 139 3. post *monumento* lapis integer est titulusque fort. in altera tabella continuatus; suppl. Buech.

**872.** VI 13696=34072 Roma aet. Aug.

hoc ést factúm monuméntum Máarcó Caicílio.
hospés, gratum ést, quom apúd meas réstitístei séedes:
bene rém gerás et váleas; dórmiás sine qûra!

B 11 cf. *Zander*, p. 67.—Affectatae antiquitatis carmen visum est Mommseno, C. I, 1006, nec non et Huelseno, qui litterarum formam non satis antiquam esse affirmat.

Digitized by Google

**873.** VI 13735 Roma

L. Caecilius F(e)lix | fecit sibi, coniugi, | filis,
libertis sexus | utriusq(ue) et postque | futuris.

B 533 sunt duo hexametri male confecti, sed vix fortuiti.

**874.** VI 18677a Roma

d m | M. Fulvius Lamyrus | hic conditus est
haec mi domus aeternalis erit meis impendiis.
gratias amico.

2. si reponas *domus aeterna est*, fit senarius.—De locutione *dom. aeternalis* cf. *Kübler*, Arch. f. l. L. VIII, p. 169.

**875.** VI 21521 Roma s. I ex. p. C.

Monumentum M. Luccei M. f. Nepotis.
quum praematura raptum mihi morte Nepotem
flerem, Parcarum putria fila querens,
et gemerem tristi damnatam sorte iuventam,
versaretque novus viscera tota dolor,
me desolatum, me desertum ac spoliatum
clamarem, largis saxa movens lacrimis,
exacta prope nocte suos quum Lucifer ignes
spargeret et volucri roscidus iret equo,—
vidi sidereo radiantem lumine formam
aethere delabi: non fuit illa quies,
sed verus iuveni color et sonus, at status ipse
maior erat nota corporis effigie.
ardentis oculorum orbes umerosq(ue) nitentis
ostendens, roseo reddidit ore sonos:
«adfinis memorande! quid o, me ad sidera caeli
ablatum quereris? desine flere deum!
ne pietas ignara superna sede receptum
lugeat et laedat numina tristitia.
non ego Tartareas penetrabo tristis ad undas,
non Acheronteis transvehar umbra vadis,
non ego caeruleam remo pulsabo carinam,
nec te terribilem fronte timebo, Charon,
nec Minos mihi iura dabit grandaevus, et atris
non errabo locis, nec cohibebor aquis.

Digitized by Google

surge! refer matri, ne me noctesque diesque
defleat, ut maerens Attica mater Ityn:
nam me sancta Venus sedes non nosse silentum
iussit et in caeli lucida templa tulit».
erigor et gelidos horror perfuderat artus,
spirabat suavi tinctus odore locus.
«die Nepos! seu tu turba stipatus Amorum
laetus Adonaeis lusibus insereris,
seu grege Pieridum gaudes seu Palladis [arte],
omnis caelicolum te chor[u]s exc[ipiet.]
si libeat thyrsum gravidis aptare co[rymbis]
et velare comam palmite, Liber [eris].
pascere si crinem et lauro redimire [manuque],
arcum cum pharetra sumere, Ph[oebus eris].
indueris teretis manicas Phrygium [decus, Attis]
non unus Cybeles pectore vivet a[mor].
si spumantis equi libeat quatere ora [lupatis],
Cyllare, formosi membra vehes e[quitis].
sed quicumque deus, quicumque vocaber[is heros],
sit soror et mater, sit puer incolu[mis]!
haec dona unguentis et sunt potiora c[orollis],
quae non tempus edax, non rapi[t hora volans.]

B 1109 1 et 31 nomen restituit Buech. (*nepos* editores), qui propter v. v. 15 et 44 eum qui titulum posuerit avum vel avunculum defuncti fuisse opinatur carmenque refert ad Flaviorum aetatem quo tendit et *quum*, *novus* scriptura; praeter eos quos attulit auctores cf. Bonadam II p. 231 sqq. de carminis summa egit *Tolkiehn*, inschr. Poesie, p. 177; de astris sive aethere defunctorum sede (v. 9. 10) cf. *Schröder*, Stud. zu d. Grabd. p. 11, not. 3; de mortuorum apotheosi, ib. p. 16 sqq.; v. 15 sq.—ib. p. 18; cf. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 7. 25; 6. cft B. Ov. Met. XIII, 48 in.; 8. cf. Ovid. Ars. am. III, 180; Fast. II, 314: *Hesperos et fusco roscidus ibat equo;* 10. contulit Burmann Verg. Aen. III, 173; 12. contulit Bonada Verg. Aen. II, 772 sq.; 13. cf. Verg. Aen. II, 210; Hor. Od. I, 2, 31; 14. cf. Verg. Aen. II, 593: *roseoque haec super addidit ore*; 19. *ad umbras* Fabretti, *adundas* lapis; usurpatur utrumque. cf. Ov. Met. III, 272 et VI, 676; 21. recte confert B. *caeruleam puppim*, Verg. Aen. VI, 410; 23. 24. contulit Burmann Horat. Od. II, 20, 8; 28. contulit Schenkl Lucret. I. 1014, II, 1039; Enn. Ann. 69—70 (M. p. 11); 29. cf. Verg. Aen. III, 175; v. v. 37. 39. 40. recepi Buecheleriana (*amor* praeivit Schrader); 33—45. suppl. editor Corporis praeeunte Burmanno; 46. supplevi ego; *ipse rogus* Buecheler; alii aliter; cf. Ovid. lb. 42: Hor. Od. IV. 7, 8; redeunt passim clausulae saepe usurpatae, velut *sidera caeli* , v. 15. *ad undas*, v. 19, *noctesque*

*diesque*. v. 25; ad v. v. 35—46 supplementa ab aliis excogitata vide ap. Bonadam Burmannum Buechelerum.

**875a.** VI 21852 Roma

d m | Magnia Tyche fecit sibi | et karis suis *etc.*

*et k. s.* est clausula senarii.

**876.** VI 22513 Roma

d m s | L. Mindius Zos | imus senior
vivos mi feci, ne post me lentius heres
condreret exsiguo busta suprema rogo.
si sacri sunt manos, hic iaceo in tenebris
cum Successa, coniuge sancta: s. m. t. l.

B 1269 4. *tenibris* apographum Donii; 5. *coniuge ae sancta*, id.; 4. 5. archetypum fuit tale fere, ut vidit Buecheler:
hic iaceo in tenebris cum - ⏑⏑ coniuge sancta:
si sacri sunt manes, sit mihi terra levis!
4. *si* omisit idem in Anth.

**876a.** VI 25985 Roma

P. Scantius P. l. | Olympus | fecit sibi; v. a. LXX |
sine criminae vitae
et Scantiae Agele conlibert(ae) | optimae
de se bene meritae |

B ad n. 1104 2. exitus tritus.

**877.** VI 27788 Roma

Turpilia M. l. Dionysia | M. Turpilius | M. Ɔ. l Eros |
aedis aedificat dives, sapiens monumentum:
hospitium est illud, corporis hic domus est.
illic paulisper remoramus, ad hic habitamus;
illud [discrimen, tuta sed hic requies.]

B 1488 3. *hic* noli mutare in *haec*; 4.=at; 5. supplevi.—4. cf. Luc. Muelleri r. m. ed. 2 p. 569 sq.;=remoramur; homoeoteleuton sententia tuetur; ad sent. cf. Petron. c. 71.

**877b.** VI 33087 Roma s. I med. ante C.

Q. Pompeius Bithynici l. Sosus | Sa[t]riena P. l. Salvia uxsor frug(i) | opsequentes et concordes, Esquileis ab aqua | conclusa, fecer(unt) sib[ei] et sueis et digneis |

Digitized by Google

dum suppeditat vita, inter nos annos LX viximus concordes;
morte obita ut monumentum haberemus, fecimus vivi studium,
et Acme l., ut una conderemus; conditivom | cubiculum fecerunt. |

B 1563 de aetate tituli cf. Henzenum et Buechelerum ad tit.—4. 5. metrum trochaicum adgnoscitur; septenarios duos formavit B.

**878.** VIII 212 Cillium s. II p. C.

Mausolaeum Flaviorum

sint licet exiguae fugientia tempora vitae,
parvaq(ue) raptorum cito transeat hora dierum,
mergat et Elysiis mortalia corpora terris
adsidue rupto Lachesis male conscia penso,
iam tamen inventa est blandae rationis imago,
per quam prolatos homines in tempora plura
longior excipiat memoratio multaq(ue) servet
secum per titulos mansuris fortius annis.
ecce recens pietas, omni placitura favore,
ingentem famae numerum cum laude meretur,
exemplo iam plena novo, quam Flavius alto
more Secundus agens patrio signavit honore.
quis non iam pronis animi virtutibus adsit?
quis non hoc miretur opus, fusasq(ue) videndo
divitias, stupeat tantos se cernere census,
per quos aetherias surgunt monimenta per auras?
haec est fortunae melius laudanda facultas,
sic sibi perpetuas faciunt impendia sedes,
sic immortales scit habere pecunia mores,
aeterno quotiens stabilis bene figitur usu.
viderit ille furor, nimio qui ducitur auro,
quem trahit argenti venalis sanguine candor!
viderit et fusae vanis in amoribus errans
gloria luxuriae, peregrinas quaerere magno
quae didicit vestes gemmasq(ue) nitore placentes,
aut ab Aeruthreo venientia munera fluctu,
quam laedunt gentes vario certamine rerum:
Graecia cum pueris, Hispania Pallados usu,

Digitized by Google

venatu Libyae, tellus Orientis amomo,
Aegyptos Phariis levitatibus, artibus actis
Gallia semper ovans, dives Campania vino!
haec cito deficiunt et habent breve munus amoris,
momentis damnata suis; set si quis ad omnes
respiciat vitae casus hominemque laboret
metiri brevitate sua, tunc credere discet
nil aliut melius fieri, nisi viribus aevi
quot possit durare diu sub honore deorum.
nunc ego non dubitem tacitis Acherontos in umbris,
si post fata manet sensus, gaudere parentem
saepe, Secunde, tuum, reliquas et spernere turmas.
quod sciat hic tantam faciem superesse sepulchri
perpetua novitate sui, sic stare nitentes
consensus lapidum, sic de radice levatos
in melius crevisse gradus, ut et angulus omnis
sic quasi mollitae ductus sit stamine cerae.
mobilibus signis hilaris scalptura novatur,
et licet atsidue probet hos vaga turba [lab]ores,
lucentes stupeat pariter pendere columnas,—
quit cum militiae titulos ipsumq(ue) parentem
numinibus dederis haec gaudia saepe nitentem,
quae quondam dedit ipse loco, dum munera Bacchi
multa creat primasq(ue) cupit componere vites
et nemus exornat revocatis saepius undis?
permittant mihi fata loqui, noctisq(ue) timendae
regnator Stygius! sic immortalis haberi
iam debet pater ecce tuus, Ditisq(ue) relicti
tristem deseruisse domum, dum tempore toto
mavolt haec monumenta sequi scriptisq(ue) per aevom
v]ivere nominibus, solitis insistere lucis,
ats]idue patrias hinc cernere dulciter arces
quosq(ue) dedit natis prope semper habere Penates.
forsitan haec multi vano sermone ferentes
venturae citius dicant praesagia mortis,
si quis, dum vivit, ponat monimenta futuris
temporibus: mihi non tales sunt pectore sensus;
set puto securos fieri, quicumque parare
aeternam voluere domum certoq(ue) rigore

Digitized by Google

numquam lapsuros vitae defigere muros.
fatis certa via est, neque se per stamina mutat
Atropos: ut primo coepit decurrere filo,
crede, Secunde, mihi, pensatos ibis in annos!
set securus eris, set toto pectore dives,
dum nulli gravis esse potes, nec plena labore
testamenta facis, tuus hoc dum non timet heres,
ut sic aedificet: iam nunc quodcumq(ue) relinques,
totum perveniet, tua quo volet ire voluntas;
sed revocat me cura operis celsiq(ue) decores.
stat sublimis honor vicinaque nubila pulsat
et solis metitur iter. si iungere montes
forte velint oculi, vincuntur in ordine colles;
si videas campos, infra iacet abdita tellus.
non sic Romuleas exire colossos in arces
dicitur, aut circi medias obeliscus in auras,
nec sic sistrigeri demonstrat pervia Nili
dum sua perspicuis aperit Pharos aequora fla(m)mis.
quid non docta facit pietas? lapis ecce foratus
luminibus multis hortatur currere blandas
intus apes et cerineos componere nidos,
ut semper domus haec thymbraeo nectare dulcis
sudet, florisapos dum dant nova mella liquores.

B 1552a

VIII 213 ibidem

huc iterum, pietas, venerandas erige mentes,
et mea, quo nosti, carmina more fove!
ecce Secundus adest iterum, qui pectore sancto
non monimenta patri, sed nova templa dedit.
quo nunc, Calliope, gemino me limite cogis,
quas iam transegi, rusus adire vias?
nempe fuit nobis operis descriptio magni,
diximus et iunctis saxa polita locis,
circuitus nemorum, currentes dulciter undas,
atque reportantes mella frequenter apes.
hoc tamen, hoc solum nostrae, puto, defuit arti,
dum cadis ad multos, ebria Musa, iocos:
in summo tremulas galli non diximus alas,

Digitized by Google

altior extrema qui, puto, nube volat;
cuius si membris vocem natura dedisset,
cogeret hic omnes surgere mane deos.
et iam nominibus signantur limina certis,
cernitur et titulis credula vita suis.
opto, Secunde, geras multos feliciter annos,
et, quae fecisti, tu monumenta legas!

B 1552b VIII, 212 carmen docto nec non et contorto nimis sermone compositum est ubi aegre intellegatur.

1. 2. 3. de hoc homoeoteleuti genere egit *Luc. Mueller* in libro de re metr. ed. II p. 567 sqq.; 1 fin. cf. *Weyman*, l. c. p. 530; 2. *raptorum dierum* prolepticе; 3. fin. debebat *campis*; 4. *adsidue* iunge cum *mergat* (v. 3); *male conscia* supple *sibi*; 5. *imago rationis* pro *ratione* vel *modo;* 6. h. e. *in longiora t.*; 7. *multaque* neutr.; 8. *mansuris annis* dat.; *fortius* materiae scil. ratione habita; 9. *omni favore placere* ut *omni parte p.*; *recens pietas*—monumentum pro pietate recens factum; 11. h. e. rerum novitate plena cf. v. 42; *alto honore*—de monumento in sublime erecto honesteque decorato, cf. v. 16, 48; 16. cf. Lucr. III, 405: *vivit et aerias vitalis suscipit auras*; cf, *Weyman*, l. c. p. 532; 20. *aeterno usu* est dat. potius quam ablat.; 26.=Erythraeo; 28. *Graecia cum pueris*—*Gr. sculpturis* coniecit Lachmann otiose; servos Graeculos recte intellegit Willmanns; *Pallados usu*, oleo; 30. h. e. lino Aegyptio; de luxuriae generibus variis intellegit B.; *artibus actis* de metallis intellegit Wilmanns; potest tamen et de frugum fructuumque, equorum pecorumque diversissimis generibus cogitari, quibus omnibus abundare Galliam constat; «πρᾶξιν ἔντεχνον» Gallorum significari B. putat recte fortasse; 33. *momentis damnata suis*: brevitate temporis, quod durare possunt, iam ad mortem sive interitum damnantur; 39. solet dici *si quid sapiunt inferi*; 40. *reliquas turmas*—obitorum turbas, umbrarum agmina; 43. *consensus lapidum* audacter prolatum pro mole lapidibus exstructa optime invicem adaptatis; 45. molli scilicet lineamentorum omnium curvamine; 46—53. locum intellectu minime facilem interpretatus est Wilmanns hoc modo: «scalptura etiam, quae statuis conficiendis gaudet, ornando monumento adhibita est; probat id populus pariterque stupet columnas tamquam pendentes; quanto autem magis comprobabit, quod patrem titulumque eius eo loco dis manibus consecravi(sti), quo mortuus hortis olim ab ipso cultis dilectisque etiamnunc saepe delectari possit»;—«*mobilibus signis* pertinet ad statuam olim in superiore monumenti parte positam», idem; *scalpturam* putat idem inepte dictam pro *sculptura*; mihi *scalptura* recte se habere videtur usurpata de anaglyphis faciem monumenti superne ornantibus, cf. Petr. cf. 71; *hilaris* dicitur quasi vivida, *signis mobilibus*, h. e. spirantibus; 47. *vaga turba* de praetereuntibus; in fine *labores* B.; minus placet *decores*; 49. *ipsum parentem*—h. e. effigiem eius, cf. Petron. l. c.; 50. *gaudia nitentem*-*videntem* coni. O. Jahn temere sane; nam *nitere gaudia* hoc loco est quasi *gaudio laetitiave nitere*, ut recte interpretatus est Wilmanns; 53. h. e. reducta in hortum sepulcri aqua e flumine haud procul fluente; 64 sq. solita admonitio: *quisque sapis, iuvenis, vivo tibi pone sepulcrum*, VIII, 1027; 68. *vitae* dat.; 73—76. sensus hic fere est: monumento aedificato iam nulli heredi gravis eris, nam molesta

Digitized by Google

illa impensa ad heredem non pertinebit; 79. *solis metitur iter* accipio haec non de horologio in sepulcro posito (Petron. l. c.), sed de altitudine ipsius monumenti eiusque umbra, qua, ut obelisci, solis iter metiri poterant periti; 84. *sistriger,* ut v. 90 *florisapus* nova; 86—88 cf. VIII, 7854; de tituli sermone cf. *Kübler*, Arch. f. L. l. VIII p. 170. 175. 176 sqq. 199.

VIII, 213 prorsus ab alio optimoque ut apparet poeta carmen compositum; 2. *quo nosti* cf. Horat. Sat. I, 6, 15; 8. *iunctis-locis*, cf. v. 42. 43; 13. gallus aeneus fortasse intellegendus, cuius alae ventorum impetu impellebantur, in summo monimento collocatus; 15. 16. cf. Mart. III, 35 de piscibus affabre caelatis; 18. *credula vita* passive; non plane eodem sensu dixit Tac. Hist. I, 34 *credula fama inter gaudentes et incuriosos,* qui ipsi facillime fiunt creduli.

**879a.** VIII 218a Cillium s. II ex. p. C.

Mausolaeum Petroniorum

ut noscas, quantis vitam deduxerit annis,
a me non disces: titulu[s ti]bi talia dicat
voci praepositus no[str]ae, qui desuper adstat.
inde tibi si forte libe[t pe]rcurrere cuncta,
aspice, dicemus, qu[anto se vert]ice moles
intulit in nubem [stellanti proxima] caelo,
ut soli data d[icatur, quam laur]us inu[mbrat]
. . . . . . . . noe . . . . .

**879b.** VIII 218b ibidem

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . ni tantum . . . coi . . . .
. . . . . . . . . et . . . vi[ve]nd . . . . ia . . . .
. . . . . . . to vovet . . . ei . . . eai . . . f . . . .
. . . . . . . et iure tenet iam iam[que . . . .
. . . . . . . inq(ue) niuni . . . . . . ssin . . . .
. . . . . . . isq(ue) tamen cai . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

B 450 A. B 218a, v. 1. *tu niscas* traditur; sed recte videtur *ut noscas* lectum descriptumque iam a *Chr. Ludwig*, prof. med. Univ. Lipsiensis, qui iter per provinciam fecit iam s. XVIII, cuius apographon nunc publici iuris factum est ab Ottone *Fiebiger* in eph. Jahreshefte des Oest. Arch. Inst. V, 1, (1902) p. 45; *ut noscas* prop. etiam Catherwood; *ni scis* Wilmanns; *ni stas* Buecheler; *quantis=quot*, *Kübler*, Arch. f. l. L. VIII, p. 180; 1 fin. *Weyman*, l. c. p. 539; 1—4 supplevit Wilmanns probante Buechelero; *adstat* Ludwig; *instat* traditur; 5. 6. dedimus Buecheleriana; 5: *qu[am celso vert]ice*, 6: [*caput et quam proxima*] Wilmanns; 7. *d*[*icatur*] ego, re-

Digitized by Google

liqua Buecheler; adludere videtur poeta inepte sane ad Regiam Solis Ovidianam.

218b filii titulum esse putat Buecheler: a restitutione abstinendum.

**880a.** VIII 645 Mactar s. III p. C.

Mausolaeum Iuliorum

Iulius Maximus huius oper]is conditor
sibi suisque posteris tribui]t muneri,
ut semper manes securum habit]are[nt locum].

restituit Wilmanns ad n. 682; v. tamen 3 fin. lectio non satis certa, cf. Suppl. n. 11785.

**880b.** VIII 646 ibidem

C. Iulio Proculo Fortunatiano pater
filio memoriae titulum sibi erepto reddidit.
in annis viginti duobus, quos Parcae praefinierant edito,
innumeris vitae laudibus omnem aetatem reddidit:
nam puer pubertatis exempla optuma bene vivendo dedit,
pubertatis initia iuvenili corde edidit,
iuventutis vitam maxuma exornavit gloria,
sic namque, ut in exiguo tempore multis annis vixerit.
puer ingenio validus, pubes pudicus, iuvenis orator fuit,
et publicas aures togatus studiis delectavit suis:
in parvo itaque tempore vita multis laudibus.
inque isto patrio opere iuvenis [fil]ius, ut senex,
perpetua quiescit requie condito et [mat]ri grato spiritu.

B ad n. 116 12. 13. Wilmannsii lectionem, qui proposuerat *iuvenis* [*nun*]*c ut s.* et *conditori* [*per*]*grato sp.*, emendarunt Schmidt Cagnat Suppl. n. 11786, qui ex lapide exceperunt haec: IVVENI' | | | | | | IVS VT SENEX et CONDITO · EI | | | | EI GRATO · SPIRITV, *e* post lacunam non satis certa; supplevi ego.

**880c.** VIII 647 ibidem

Palliae Saturninae Iulius Maximus quondam suae
hanc operi(s) struem dicavit, semper ut haberet muneri,
simulque memoriam piae coniugis faceret lectori,
inque eo suo tempore semet cum ea concluderet.
in annis triginta, quibus datum est,
sat probe mulier cum viro vixit suo,
nihil potius cupiens, quam ut sua gauderet domus.

Digitized by Google

nam in rebus mariti et suis, mater communis iuvenis,
simplici animo vivens vix muliebrem mundum vindicabat sibi;
in virum religiosa, in se pudica, in familia mater fuit;
irasci numquam aut insilire quemquam noverat.
cultu neglecto corporis moribus se ornabat suis
et nem[ine de] familia, pudore solo comitabatur suo.

B ad n. 116 · 2. *operi* lapis; 13. lectionem Wilmannsii *et* [*piu*]*m* [*an*]*im*[*u*]*m* emendarunt Schmidt Cagnat lapide recognito ut dedimus; metra archetypa restituere conatus est B.

**880d.** VIII 648 ibidem

sat probe (*nomen*)] m[uli]er [cum viro vixit suo]
annorum (quattuor?) temp]ore, in quibus eum vicit obsequio.
prior e[t] flam[mis crema]tur, quod semper optavit sibi
et frater cum v[iro;] virgo bis denis morata orbibus
do]mo sua [relicta umbra] leves hic sepulta semper vivit sibi.

B ad n. 116 supplevi usus Suppl. n. 11788; v. 1 cf. 880c, 6; 2 fin. cf. n. 186, sq.; v. 4. nupsit igitur annos agens XX et post aliquot annos decessit, viro fratreque iuvene (880b) superstitibus; Victorinae ei nomen fuisse potest, cf. VIII, 652.

**881.** VIII 682 pr. Mactar litt. s. III p. C.

Licinius Maurus huius operis conditor
sibi suisque posteris sponte tribuit muneri,
ut semper man[es secu]rum habitaren[t locum].
Liciniae Vestalicae Licinius M[aurus quon]dam suae
hanc operis s[truem dica]vit, semper ut haberet mu[neri],
simul]que memoriam piae coniugi[s face]ret lectori,
inque eo suo tempore semet cum ea concludere[t],
in an(n)is XIV quibus datum est ut [si]miter viverent;
itemque [F]ortunatae, matri piae, v. a.
LXXXV | h. e. s. |

B ad n. 116 cf. VIII, 645. 647; Suppl. n. 11911; v. 4 VI | | | AE legit Wilmanns; corr. Schmidt ectypo collato; *Ur*[*ban*]*ae* Buecheler; 7. 8. *inque eo suo tempore* [*se*] *simul cum ea concluderet* | *in anis XIV quibus datum est ut* [*ambo una*] *viverent* Buecheler contra lapidem; 8. *co*]*miter* mavolt Mommsen.

**882.** VIII 1027 (cf. add.) = 12468 Carthago s. II ex. vel in. III p. C.

Fl. Antigona
vivit et convivatur

Vitalis Aug. n. | tabellarius |
vivit et convivat(ur)

Digitized by Google

d m s
dum sum Vitalis et vivo, ego feci sepulchrum,
adque meos versus, dum transeo, perlego et ipse.
diploma circavi totam regione(m) pedestrem,
et canibus prendi lepores et denique vulpis;
postea potionis calices perduxi libenter:
multa iuventutis feci, quia sum moriturus.
quisque sapis, iuvenis, vivo tibi pone sepulchrum!

B 484 1. *et* Wilmanns VIII 1027 ex Nisseni apographo; idem in add. p. 929; *fl.* Héron de Villefosse ad lapidem; 2. *vivet et convivatur—vivet et convivat*; 4. 10. *sepulcrhum*, 5. *trănsseo*, 6. *regiose*, lapis; 8. *potiones calicis* Nissen Wilmanns in add.; emendarunt Desjardins, Villefosse.

2 fin. cf. *Thielmann*, Arch. f. l. L. VIII, p. 513; 4. ludit poeta in locutionibus *vitalem esse* et *vivere*; 6. *circare* (κυκλεύειν gloss.) est nostratium *колесить*, etiam de pedite saepius usurpatum; cf. Arch. f. l. L. III, p. 559; VIII, p. 186; 8. *perduxi*, cf. *Kübler*, Arch. VIII, p. 197.

**883.** VIII 1523=15539 Thugga s. II—III p. C.

Mausolaeum Iuli Felicis

*a* L. Iulius Felix Cupitianus Mellitus hoc mesolae | um mihi et Viriae Rogatae uxori utrisque nobis | vivis posteritatique nostrae et in memoriam | Cupiti patris et Venustae matris optimorum parentium institui et dedic(avi) | .

*c* detrahe serta comis et amorum oblita tuorum
tristis, inops, curta veste, Thalia, veni!
non manus Idalia lasciviat improba virga,
nec fluat ante tuos lucida palla pedes.
Iulius hoc feci, Mellitus qui vocor, olim
Cupito patri, matri Venustae meae.
me posui coniugemq(ue) meam mihi iuncta(m) Rogatam,
ut sit in aeternum condita fama loci.
viximus ad satiem, pietatem implevimus ambo,
praestitimus subolem femineam duplicem.
vos quoque, qui legitis versus et facta probatis,
discite sic vestros merito sancire parentes.
ut tegla tria ante excolerem titulosque relinquam,
vivos ut hoc facerem fata dedere mihi.
Iulius hoc peto nunc a te, dominator Averni,
cum moriar man<ibus ut iac>eant ossa quieta mihi.

B 1237 7. scande *cŏiugemque*; 12. opus fuit pentametro fere tali:



Digitized by Google

discite sic vestros pro meritis colere;

13. hucusque aegre expeditus: TE · GLAFRIANE lapis manifestissime, cf. etiam Huebneri Ex. p. 408 n. 1142; *Glafriane* pro *Glaphyriane* est Mommseno cognomen alterum uxoris Rogatae, probante Schmidto; ad filiam Melliti vel ad patrem vel ad praedium ipsum refert Buech.; *ut tecta scite* dubitanter corrigebat Wilmanns; *ut tecta (tegla) atriaque* proposuit Studemund, quibus usus egomet emendavi, ut supra, in Ephem. Min. Publ. Instr. sect. phil. class. 1894 m. Oct.; 15. 16 errores suos ipse correxit quadratarius, *cum* in f. v. 15 addito, et in v. 16 litteris *ibus ut iac* erasis; sunt fort. ex alio archetypo desumptae, velut:

at tu meis parce, viator,
manibus, ut iaceant ossa quieta mihi;

16. ad sent. cf. *Church*, Beitr. p. 72.

**884.** VIII 3506 Lambaesis

d m s | L. Calpurnius | Flamininus | vivus sibi fecit |
oravi causas felix, dum tertia non lux
coniugium et natos—omne decus—rapuit!

B 1236 2. *dum non* est mihi *donec*; *tertia lux*, h. e. tertius aegrotandi dies; contulit B. Verg. Aen. III, 117; XI, 210 (errore typothetae dedit id. X 210); cf. etiam C. VI, 7578 (super. n. 388), 6: apstulit—lux nona.

**885.** VIII 3582 Lambaesis

d m | aeterna(m) do | mum | L. Domitius Se | cundus, ubi reli | qua corporis sui | sint, se vivo | instituit.

disiecti membra archetypi habes huius:

se vívo instituit aeternam domum,
ubi réliquiae sint corporis sui;

2. *reliqua* pro *reliquiae* habes item in titulo VIII, 4167 (eiusdem regionis): d m | reliqua | L. Umbri | Felicis | hic | posita | sunt | ; cf. XII, 2660; similiter usurpatur *corporis ultima* in titulo Aureoli (*Baehrens*, frgmm. pp. II: 382).

**886.** VIII 4447 = 18608 Lamasba

d m s
aetérna domus hec est,
pausúm laboris hic est,
aliquíd memoriae hoc est.
Q. Fonteius | Saturninus se vivo fecit
et dedi | cavit.

B 225 2. cf. 4475. 10927; melius quadrat *sedes*, sed *aeterna domus* usitatior; 4. *memoriae*, cf. n. 922.—cf. *Zander*, p. XCI.

Digitized by Google

**887.** VIII 4475 Hr. Ghelil litt. aetatis inferioris.

h]aec ést do[mus aeterna]
so]llácium labo[ris]
. . . . . . . . . . . . . . . .

cf. VIII, 4447. 10927; 3. pedestri sermone scriptus; ex litterarum vestigiis eruit Mommsen [con]iucx v(iva) et P(ompeius) Cresc(ens).

**888.** VIII 4502 inter Lamasbam et Zarai

d m s | Valeria Satur | nina vix. a. XCV |
memor memoriae se viva de suo fecit.
viator, dic: «ter(ra) tibi l(evis) sit».

carmen solutum iambici et dactylici coloris.

**889.** VIII 4524 Zarai

C. Iul(ius) Martialis vet(eranus)
has sedes genitor, dum vita [manet, sibi fecit]
pietat[iq]ue simul persanctae coniugis ipse
Iuliae Victor[inae quae vixit] ann. L || II diebus qu(inqu)e et Iuliorum Rogati et Quintae lib[erorum, quibus fato] praeventis constituit cum Iuliis Martiale Caninia [Tertia pecunia] simul depensa sexs et XX (m.) n.
ann(os) agens vitae bis quadra[ginta dicavit].

B 574 2. *manet sibique ipsi* Wilm. Rossi; ut dedi, Buecheler; 3. de *pius*, *pietas* formis cf. *Groeber*, Substr. Arch. f. l. L. II p. 101; *Havet*, ib. III p. 235; 4. *Victor*[*iae, quae puro pectore vixit*] W. R., dedi Buecheleriana; *ann. L . . . tribus diebusque* W. R.; *ann. L*[*II*]*II diebusque* (numero dierum omisso) Buecheler; QVE est mihi error quadratarii pro *quinque;* 5. *lib*[*erorum, quibus fato celeri*] W. R.; *celeri* eiecit Buecheler; 6. [*Victoria?*] *simul. depensa* W. R.; melius Buecheler; 8. *decessit* vel *recessit* W. R.; *dicavit* Buecheler.

**890.** VIII 5749=19146 Sigus

d m s | memorie | Clodi Proc | essi
multis annis navigando [e]t peregrinando hanc sede(m) peti
hanc quoque [d]omum aeterna(m) mihi vius posi et coni(u)gi;
et hoc est, quod videtis. amici valete!
v. a. LXXXV. o. t. b. q.

2. 3. septenarios vel octonarios trochaicos redolent, 4. iambos; cf. IX, 1658.

**891.** VIII 7999 Rusicade s. III p. C.

Pax sibi vivos homo posuit Antonius aram,



Digitized by Google

verna loci huius, qui negotiator habet
coniugem et natos; navigand[o] opera[mq(ue) pat]rando
[Romam] maternam venit laesitque [vi]am sacram.
·d m s | Antonius Pax, v. a. LXX h. s. [e.]

B 1383 3. *navigandum* videtur esse in lapide, sed de lectione non plane constat; 4. MATERNA | AVENIIILAESITQVE | AM SACRAM apographon Schoenii; emendavi ut potui; *materna Roma* dicitur, quippe unde hominis mater oriunda fuerit; tum quaesite sane *laedere viam* usurpatum pro *calcare*, cf. Verg. Aen. 7, 808 sq.: illa vel intactae segetis per summa volaret | gramina nec teneras cursu laesisset aristas; *navigando operaque vectando patrimonium invenit erexitque aram sacram*, B. ex. gr.

892. VIII 10927 Kherbet Madjuba a. 360 p. C.

haec est aeterna domus
et perpetua felicitas
et de omnibus meis
hoc solum meum.

1. cf. VIII, 4447. 4475. 10930; cf. etiam VIII, 2220. 10701; recepi etsi est christiana.

893. VIII 17261 Kudiat Setieh

m(anibus) c(ineribus) s(acrum)
L. Pontius Ex | tricatus sibi | suisque fe | cit |
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
i]am secura [iace]t nomen c[larumq(ue) supe]rstes
hi[c retinebitu]r in la[pide, quo] kara m[a]n[ebit].

totus detritus est titulus neque in ectypo neglegenter confecto quidquam est auxilii; 1. potest etiam esse *m(anibus) c(oniugis) s(acrum)*; cf. n. 1006; quae ante v. 4 leguntur, adeo incerta sunt, ut de restitutione desperarim; non nisi singula intelleguntur, ut *admodum* . . . . [*vi*]*x adulta* [*c*]*ui vita*(*m*) *brevem* [*de*]*dit* . . . . .; 4. 5 restituendi periculum ego feci vix tamen feliciter; [*supe*]*rstes* praeivit Schmidt.

894. VIII 18812 Aquae Thibilitanae litt. s. fere III ineuntis p. C.

d m s | Fortunatus | ark. se vivo sibi |
et cóniugi suaé
rarissime et in[c]ómparabilé
mem]oriam fecit

2. 3. iambi casu fort. effecti; eadem formula redit in titulo VIII, 18823 ibidem reperto.

Digitized by Google

**895.** IX 503 Venusia

Constantine, tuo fini dum providus esses,
hunc tumulum fieri praecipis ipse tibi.

B 1270 1 fin. cf. VIII, 2035 (super. n. 174), 4.

**896.** IX 604 Venusia s. I a. C.

hoc nómen, ho|spe[s], sei legis, ne vituperes:
. . . . . . . . . . . . . . . ius L. f. praeco.
domicílium fecit vív]os aeternum hóc sibei.
ratus hóspitiu]m esse, quód natura trádi[dit],
bene frúctusque es]t rebús cu ameiceís sueis.
sic tú tueis fac] vívos utarús. vale!

cf. add. p. 660.

B 57 ut dedi supra, explevit Buecheler, praeter v. 5, ubi proposuit olim *fructusque es]t*; sed adverbio carere verbum non facile putaverim; Ritschelii restaurationem (Opusc. IV, 244), quae a deperditarum litterarum vestigiis longius recedit, ex parte adscripsi:

v. 3: monumentum fecit ipsu]s aeternum hoc sibei;
v. 5: lepide sueis usus]t rebus cu ameiceis sueis;

curis iteratis s. n. dedit B. haec:

fructusque recte es]t rebus c. a. s.;

tum v. v. 4. 5 supplevit ex. gr. hoc modo:

dum reddendu]m esse q. n. tradi[tur]
scit fato: fructus]t rebus c. am. s.

**897.** IX 1658 Beneventum

C. Vibius | Stephanus | aed. Beneven | ti viv(us) sibi | fecit |
amici, valete!

2. cf. VIII, 5749 (sup. n. 890), 5.

**898.** IX 2749 Aesernia

L. Taminio L. f. Tro. Rufo
Princéps l(ibertus) fécit et sibi ét suis
(signa aliquot numerique)
vigul á mane an(n)a, ét capias sic aés cito!

B 36 3. VIGVL. A. MANFANA ET | CARIA. SI. CAES. CITO lapis ex Mommseni Ricciique apographis, quorum ille post Riccium non nisi VIGVL. A. M. . . . . . . . | CARIA . . . . . . . in marmore repperit; reliquorum apographis prae neglegentia uti non licet; *vigula matutinā* (scil. *hora*) *et capta sic* (*captabis* Buech.) *aes cito* legit Mommsen dubitans; *vigula mane, aiva* (=*adiuva*) *et capla* (=*copula?*) *sic aes cito* restituit Garruoci longe mi-

Digitized by Google

nus verisimiliter; temptavi ego ut supra: *annare* verbum notum ex Macrobio; sensus itaque hic mihi est fere: *vigul a mani per totum annum esto, et capias s. a. c.*

**899.** IX 3409 Capestrano

aetérnam ad Ditem vívos effecít domum.
(porta)

B 136 integra est.—2. imaginem *portae* interpretatur Buecheler quasi Ditis ianuam; equidem cogito de ea porta, quae memoratur XII, 915, 6: *porta probat homines: ibi est trutina ultuma vitai*; qua scilicet defunctus effertur.

**900.** IX 3895 Lucus

T. Peticius L. f. Chirurgus |
labóre et cura vívos perfeci hánc domum,
sed fílio ante huic, hómini iucundíssimo,
paravi tríbus, ube óssa nostra adquiéscerent.
mors me ádsequetur, túnc mihi demetúr dolor,
valéte et memores éstis pietatém patris.

B 90 2. *atque huic* coni. Lachmann, ut intellegerentur tres: pater et filius et servus; matrem esse tertiam putat Buecheler; 3. *ossa ube n. adq.* vel *ube o. n. quiescerent* Lachmann; recte monuit Buecheler contrahi solere *adquiescere*, collatis *quetus, requesco* simm.; 5. *memores scitis* vel *nostis* Lachmann; vidit Buecheler *estis* esse loco imperativi, ut passim; de accus. *pietatem* cf. IX, 5167.

**901.** IX 4370 Amiternum

eg]o adhuc adole[s]cens feci [monumentum mihi]
. . . . . . . .

B 140 suppl. Buecheler.

**902.** X 1336 Nola

. . . . . . . . . . . . . .
constítui aeternum [míhi me]isque términum
[h.] m. h. n. s.
[bene sít tibi.] et tibí.

suppl. Mommsen.

**903.** X 2533 Puteoli

[d] m s | [Ia]nuarius se vivo fec(it) | [sibi et] Ianuariae coniug(i) suae | hunc cubiculum | [suisq. om]nib. libert(is) libertabusq.

qui nostro sunt] ma(n)suri solo perpe[tuo, dum]
ven]erit summa dies et [ineluctabile t]empus.

B 815 2. *cubiculus*, cf. *Georges*, Lex. d. lat. Wortf. col. 182; 4. 5. suppl. Buecheler; cf. Verg. Aen. II, 324.

**904.** X 6053 Minturnae

Zotici
multó labore,] indústria, vigilántia
hic plúrumam sibi] ét sueis rem répperit;
pietáte egreg]ius sémper dilexít suos,
et hánc in vit]a instítuit aeternám domum.
tu, quí legis, memént]o te esse hominém. vale!

B 71 1. cf. n. 860, 3; 5. cf. X; 7697.—supplevit Buecheler.

**905.** XI 568 Caesena

Seia T. f. Marcellina sibi et | Vibennio Marcellino filio | viva posuit |
quod voluit <et> potuit, quod potuit <et> voluit.

3. utroque *et* eliminato habes pentametrum.

**906.** XI 1616 Florentia

d. m. v. f. | Q. Vibius L. f. Sca. | Maximus Smintius aerarius sexvir | sibi et Maeminiae Q. f. | Maximae uxori dulcissim(ae) | et Q. Vibio Q. l. Vero f(ilio) et L. fratri suo |
hic lapis et tutamen erit post morte(m) sepulcri
et dabit indicium obitos hic esse sepultos,
si tamen at manes credimus esse aliquit.
vivere quo prodest, nisi si post morte(m) cavemus?
nomen, fama—volat tantum, corpusque crematur,
aeternamque domum petimus et fine(m) laborum.
dum legis hoc, disce ponere et ipse tibi.

B 1190 5. morte; 8. morte; 10. fine; 11. melior iunctura *legis hoc* quam *legis, hoc*.

**907.** XII 916 Arelate

. . . . . . . . . . arbae surulib . . .
in hoc sepulchro sunt ossa . . . . .
alibi sunt cineres: struxsi[t hoc vivos sibi].

B 138 3. superesse ex praescripto vidit Buecheler; 2. supplet idem *hominis*

Digitized by Google

*optumi* vel *Oli Septimi* sim.; de usu praepositonis cf. *Church*, Beitr. p. 77; 3. suppl. idem.

**908.** XII 3619 Nemausus

hoc monimentum maesoleumque monimentorum
caussaque paratum,
manibus addictum sacrisque priorum,
ut aeque frui liceat, qui dominus fuerit huius,
vendere ne liceat, caveo <adque rogo> per numina divom.
vendere si vēlit, emptorem littera prohibet.
Hostilia L. f. v(iva) poss(uit)

B 579 hexametros imitatur; 1—5 in iustos numeros coegit Buecheler; 6. *probere=prohibere* esse Lucreti (I, 977; III,.862) monuit idem.

**908a.** XIII 2104 Lugudunum

d m | et m. aeternae L. Cl. Rufini |
Cl(audius) hunc vi(v)us Stygias Rufinus ad umbras
instituit titulum, post animae requiem
qui testis vitae fati sit lege futurus,
cum domus accipiet saxea corpus habens;
quodque meam retinet vocem data littera saxo
vo[ce] tua vivet, quisque lege[s titu]los.
Rottio hic sit[us es]t iuvenili robore quondam,
q]ui sibi moxq(ue) su[ae] <nutrici Marciane item Verinae
conlactiae> haec monumenta dedit,
et sub asc(ia) dedicavit, curante Cl. Sequente patrono.

B 1278 2. *umbrae Stygiae* docte sane pro loco sepulturae; 4. 5. *fati lege* iunge cum *requiem*; 6. 7. h. e. «vox mea, qui scripsi, vivet voce tua, qui leges»; 8. *Rottio* esse *Rufinum* celtica lingua Buecheler statuit probabiliter; 9. pentameter interpolatus.

**909.** XIV 1825 Ostia

si quae e[st cura tibi venturi temporis, a me]
disce, se[nex, leti vivus habere domum]:
nam mo[rs cuncta tenet, vivo nec parcitur ulli].....

B 1759 3. *mors* praeivit Dessau; sententiam carminis concinnavi ego; periit pentameter, talis fere: *huc omnes venient: tutior hic requies.*
2. cf. XI, 1616. 11.

**910.** XIV 2605 Tusculum

dis manibus | M. Publici M. lib. Unionis |

Digitized by Google

te rogo, praeteriens, fac mora(m) et perlege versus,
quos ego dictavi et iussi scribere quendam.
est mihi terra levis merito, sed quiesco marmore clausus.
reddedi depositum, coaglavi semper amicos,
nullius thalamos turbavi: nemo queretur.
coniunx kara mihi mecum bene vixit semper honeste;
praestiti, quod potui, semper sine lite recessi.
unus amicus erat tantum, mihi qui praestitit omnia semper honeste,
T. Fl(avius) Hermes v(iator) q(uaestorius),
tunc meus adsidue semper bene luxit, amice, focus.
fecit Unio sibi et Galliae Tyche | optimae coniugi *etc.*

B 477 5. *coaglavi* trisyllabum; 10. nomen extra tenorem carminis litteris ceteris maioribus insculptum; 11. corrige *dunc*; recte contulit iam Burmann Tib. I, 1, 6.

## IX.

# TITVLI NARRATIVI.

---

**910a.** I 582 prope Romam = VI, 32991 a. 90 a. C.

C. S]ergius M. f. | Vel. Mena |
L. S]ergius C. f. Vel. |
quom Q(uinto) Caepione proelio est occisus.

sepulcralibus titulis inseruit *Mommsen*, metricis *Zander*, VIA. p. 68.

**910b.** I 1050 Roma

Critonia S. l. Nice | locum dat et Petilliae |
L. l. . . . . . . [et] . . . . | Alexandro viveis |
ob fidelitate et oficeis monume[ntum].

3. fere hexameter, nescio an casu; cf. *Zander*, VIA. p. 68.

**911.** II 617 Metellinum

lapis cineres iste recondit:
sit ergo tibi terra levis!
cetera erant deleta

est fragmentum variis modis supplendum, velut:
Felicis iuvenis] cineres lapis i. r.
sed quia (vel *si*) sunt manes, s. t. t. l., *vel*:
astra tenent animam], cineres l. i. r.,
ergo defuncto s. t. t. l.

**912.** II 1103 Ilipa

. . . . . . us tri[stis] cinis [atque favilla]

Digitized by Google

. . . . . . plura recepis[se . . . . .
nondum completis] annis ablatum [esse . . . . .
abstulit atra] die[s] et funere [mersit acerbo].

B 1703 fragmentum desperatum, cuius non nisi v. 4 aliquatenus restituitur: vidit B. esse notum Vergilianum Aen. VI 429; supplendi periculum fecit idem; quibus ipse confido supra posui.

**913.** II 2314 Corduba

inspice, qui tra[nsis, primordia versiculorum]:
venator, studio ma[gno qui deditus arti],
lucorum cultor [fuit adsiduus nemorumque],
iungere qui vallis [cursu poteratque profundas]
adque novas scrobi[bus venandi condidit artes],
[nunc fessus tegitur parvo post fata sepulcro].
. . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . .

B 413; corr. p. 855 1. suppl. Froehner; 2—6 supplevi exempli causa; conferri iubet Huebner titulum II, 2335 (non 2235: est sane error typothetae)—perperam: sunt omnino diversi inter se, neque potest hic illius pars esse; sane venatorum sunt ambo.—

1. 4. 5 temptavit Buecheler hoc modo:

inspice qui tra[nsis iuvenis lacrimabile fatum]
iungere qui vallis [cursu montisque solebat]
adque n. scrobi[bus fallendi nexuit artis]

eleganter ut solet; post v. 6. periere vv. duo, quibus acrostichon *Iuliani* conficitur.

**914.** II 2335 Peñaflor

d [m] | Quintus Marius Optatus . . . . . . . . . .
heu, iuvenis tumulo qualis iacet a[bditus isto]:
qui pisces iaculo capiebat missile dextra,
aucupium calamo praeter studiosus agebat . . . . .

B 412 2. supplevit Morales; 3. confert Hosius Ov. Ars am. I, 763; 4. pro *praeter* mavolt Mommsen *pariter*, acute sane, sed non premendum arbitror; *praedae* olim Heinsius.

huius tituli partem esse putat Huebner titulum II, 2314 non recte.

**915.** II 3504 Carthago Nova litt. antiquis et optimis.

L. Sulpicius Q. f. Q. n. | Col. hic situs est | ille probatus
iudicieis multeis cognatis atque propinqueis.

B 363 1. vidit Huebner etiam hunc versum ad hexametri formam adspirare; potuit conceptus esse fere sic:

Digitized by Google

Sulpicius Quinti situs est hic, ille probatus, *etc.*

vel: hic situs est fortis vir et integer, ille probatus,

ut dedit Buecheler.

**916.** II 4350 Tarraco

d m | Clearchi |

hic Clearchus, qui dum vixit graeco magno nomine
nuncupatus factis meruit nomen hoc et litteris.
infans cap[tus auspicio] annis felici curr[entibus]
fuit [r]epos[i]t[us in patriam: sic] hostium [fugit dolos].

B 235 supplevi ego.—4. *cap[tus a Brit]annis* Buecheler; 5. NEPOSI apographa; post *felici* proponit Buecheler ex. gr. *cupidine*; venit tamen ei in mentem et *cursu fugit* (vel etiam *cura ducis*), quod tamen metri causa ipse reiecit; post dedit *cura deum, cursu redux*;—ad v. 4 cf. XI, 137: captus pubis aetate.

**917.** II 4428 Tarraco s. I p. C.

. . . . . . . . . . Lu]cili . . . . . . . .

rogo té, morar]e heic, hó[spes, paulispér gradum],
ut vítam n]oscas hóm[inis paucis vérsibus]:
Lucílius . . . .]igélla sit[us est hóc loco];
dum víxit,] offici é[t plenus fuit bénefici],
bené labora]vit, suáv[iter fecít sibi].
. . . . . . . . . . pr]ivign[o bene merenti . . . . . .]

B 981 1. *Lucilius* vel *Acilius* defuncti nomen fuisse putat Huebner; eiusdem cognomen videtur tale fere fuisse, ut Quadrigella, Caligella similia.—
carmen supplevi exempli causa; inter disticha refert B.; 2. *consist]e heic ho[spes]*, 3. *et n]oscas hom[inem]* proposuit Huebner; 7. IIVICN apographum Huebneri; videtur esse *pr]ivign[o]*; *huic*, B.; apparere dicit Huebner (Suppl. p. 973) etiam v. 8 vestigia, sed erant fortasse v. v. 7 et 8 prosa iam oratione concepti.

**918.** II 5907 Castulo s. II p. C.

siste, precor, quaeso, cip(p)um cognosce, viator:
Antisporus a VIII, carus | omnibus hic situs est | ;
et precor, ut dicas: ‹Antispore,› sit t(ibi) t(erra) l(evis)!»

B 1193 1. est notum: «siste, precor, gressum ac cippum c. v.»; *cipum* lapis; 3. abundat nomen, quo eliminato fit pentameter saepe obvius; potest sane et v. 2 in eandem formam redigi, non tamen urgueo.

**919.** III 1871 Narona

Pomponio Stercorio in | fanti infelicissimo |

Digitized by Google

non clausa in tumulo requiescunt ossa sepulcro
istius nunc iuvenis nec corpus morte sacratum
ces | itatiustec . . . .

B 609 2. contaminatus ex archetypis locutionibus *clauditur hoc tumulo* et *requiescunt ossa sepulcro*; debebat esse *sepulti*; fin. cf. *Weyman*, l. c. p. 544; de toto versu egit *Church*, Beitr. p. 78; 3. *infantis* legebatur; *iuenis* Mommsen dubitans; 4. *cessit at infernos* . . . . . . . dedit Buecheler.

**920.** III 6443 Sirmium

. . . q]ue fuit iuvenis . . . . .
in terr]a Syria genitus . . . .
fuit fel]ix vita et omn[i commodo . .]
set si mo]do est aliqua [mens inferis . .]
si manes] et Iovis Stygius a[liquid sapiunt],
eius ia]m ossua, praecor, [conquiescant bene].
. . . . e]st extinct . . . . . | . . . . . meque hel . . . . .

B 540 1. *q]ue*; 2. *terr]a*; 3. *fel]ix* praeierunt priores; sententiam informavi; 4. *si quan]do*; 7. *vita e]st extinct[a,] meque Hel[via condidit uxor* Buecheler; puto prosa fuisse oratione compositum.

**921.** III 6618 Alexandrea s. III p. C.

hunc habet aeternus cinis agcellonis honorem,
hic iacet adsiduo rapta puella loco,
quam genuit tellus Maurusia quamque coercens
detinet ignoto tristis harena solo.

B 1312 1: *agcellonis* corruptum puellae nomen, velut *Aglainis*, de voce ἄγγε-λος vel ἀγγέλλων dubitans Mommsen cogitat; *ancellonis* vocem protulit B. ab *ancora*, cuius imago inter anaglypha sepulcralia passim occurrit.

**921a.** III 6695 Berytus

vita brevis puero non fr]ucto bis [tribus annis],
ossa tamen pius a]c prodigus [urget amor].
fata dole nati par]vi tu seu [genitoris],
producantque tib]i patria [vota diem].

B 1779 supplevit Buecheler ex. gr.

**922.** III 6769 Ancyra

léctita, collís viator, h[ó]c memoriae cónditum.

B 246 2. *vlator* lapis: corr. Froehner; *hoc memoriae* iungendum vidit Buecheler,

Digitized by Google

collato III, 10545 *h(a)ec memoriae*; cf. VIII; 4447 (n. 886); potest tamen et *hoc collis* iungi, ut *hoc tumuli*; *memoriae* erit dativ.

**923.** III 7286 Athenae

o. cives, l]egite hoc Remi et Qu[irini]:
clarum] militiae decus, poeta,
ortus nobi]litate Flaviorum
Faustinus] sapientia politu[s]
in terra ci]nis hac [iacet sepultus].

B 1511 supplevit Buecheler. qui iussit conferri ad v. 1 Verg. Aen. 1, 292 (errore impressum in Corpore 1, 252) *Remo cum fratre Quirinus*; ad v. 2 Mart. 1, 55, 2 *clarum militiae togaeque decus*; carmen refert idem ad aetatem Hadriani Antoninorumve.

**924.** III 7407 Constantinopolis c. a. 398 p. C.

urna Valentinum haud totu(m) tegit haec: h[abet eius]
celum animum, acta orbis; pars ergo mi[nor manet istic].

B 655 suppl. Buecheler.

**925.** III 8002 Zsuppae (Tibiscum)

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
cui patrium dedit ingeniu]m patriaque notavit
arte Sais, quem et Ale]xandria coiuge iunxit,
quacum nil questus trigint]a pertulit annos,
huius in aeternum gest]arum fabula rerum
statque operaque manet c]ongesta fama laborum.

B 482 supplevit Buecheler hoc modo:

quem Nilotica ripa suu]m p. n.
ingenioque, et Ale]xandria c. i.,
unanimis quacum trigint]a p. a. (ut supra, idem in Corpore)
vana relicta modo est magn]arum f. r. (*iamque levis pereat van]arum*, id. in C.)
parvaque fortuna c]ongesta f. l. (*permaneat modo re c]ongesta* id. in Corp.)

v. v. 1. 2. 4. 5 ut supra, ego; ab initio nil perisse puto, nisi defuncti nomen; *Alexandria* mulieris nomen passim obvium, cf. III, 8862. 9623; XI, 74 all.; 3 fin. cf. *Weyman*. l. c. p. 540.

**926.** III 8225 Scupi

vita octogi]nt[a fluxit] tranquilla per annos
aemulaque in cunctis forma seni Pylio.

Digitized by Google

B 1275 1. pro *fluxit* potest etiam *data fuit* simm.; *vita nimis multos semper tr. p. a.* Buech.; 2. *Pylium* pro Nestore Ovidio saepissime usurpari constat; Verg. cat. 9, 16 contulit Buecheler; de nominibus Homericis cf. *Tolkiehn.* l. c. p. 257.

**927.** III 8836 Salonae

Sossius hic sit[u]s est Suc[cessus iure peritus],
Ravvenae genitus, Salon[is funere raptus],
libera quen rat[i]o semper [deduxit ad aequum].

B 589 suppl. Buecheler ex. gr.

**928.** III 8845 Salonae

hoc tumulo tegitur Pe]rcen[nius, acer in armis;]
morte inmat]ura disso[ciatus abit].
calluerat p]ugnis [populi plaudente corona],
[nunc iacet umbra levis pulvis et exiguus].

supplevi.—2. *dess* vel *diss* lapis habere dicitur; 3. *p]ugnis* praeivit Hirschfeld.—gladiatorem fuisse puto.

**928a.** III 9061 Salonae

si qua manent obitis transactae pra]emi[a vitae],
haec Callistus habet, qui par]va aetat[e puellus]
praestitit ingenium longae moresque] senectae.

B 1675 supplevi.

**929.** III 9504 Salonae a. 360 p. C.

. . . . . . . . . . . . . . . . [dederat quod]
Euse[bio nu]ll[os populus Roma]nus honores,
culpand[o est] nihilum dignus, set dignus amari
dux idem sociusque sui cum milite regis:
digna memoratu clueat per saecula fama!

B 650 1. explevi exempli causa; 2. EVSI . . . . lapis; Eus[ebius] proposuit Ielič; addit Buecheler *iacet hic ob spretos mag]nus honores;* tentabatur et *habuit si minus honores* vel *plenus honoris;* ‹Mommsenus cogitat de Romano quodam homine comite facto regis cuiusdam foederatorum . . . . .; quod is de quo agitur honoribus caruit, in eiusmodi condicionis homine facile explicatur›; quam ob rem supplendi periculum feci ut supra; 3. *culpand*[*i*] Corpus, sed lacuna quattuor fere litterarum exstante *culpand*[*o est*] proposui; confert Buecheler Verg. Ecl. V, 89.

Digitized by Google

**930.** III 9602 Salonae

Maxima, quae mater Sperantia n[omine vixit],
[funesto occubuit ecce puerperio].

B 1729 1. suppl. B. usus apographo meliore; 2. supplevi ego ex. gr.; 2. cf. III, 9632.—Ad eundem titulum refert Ielič III, 9613 (n. 932), 9635 (prosa oratione, ut videtur, compositum) et frgm. s. n. 12874, quae quomodo iungantur, non perspicio.

**931.** III 9607 Salonae

quisquis praeteriens bustum cernisque sep]ulcrum,
nosce perexiguu]m parvi tu[mulum esse, viator]:
. . . . . . . . . . . . meri hic [corpus requiescit].
. . . . . C. Nigra . . . . . . | . . . . [vix.] an . . . . . |

supplevi ex. gr.

**932.** III 9613 Salonae

hic puella iacet pr[imis cito rap]ta sub annis
Silvia, [materno reno]vans in nomine fletus;
quae vitam] pro morte tulit ne[q]u[e Tartara foeda]
vidit et ad dulcis [paradisos nunc] aditu[ra]
ut] speravera[t . . . . .
occ[idit i]nfelix, serv[ans in saecula n]omen.
que . . . . . . . . na iubent . . . . . . beatos.

B 751 suppl. de Rossi 1—3 (init.) probante Buechelero; v. v. 3 fin. 4. 5. 6. init. suppl. Buecheler; v. 6 fin. de Rossi; 7. *qu(ae)* (h. e. *praemia*) *habere* (vel *gaudere*) *divina iubent praecepta beatos* dedit Buecheler dubitans; archetypi pagani passim vestigia.
ad v. 6 attulit Hosius Verg. Aen. XII, 641; Sil. It. XV, 553.

**932a.** III 9634 Salonae

conditur hic coniunx] miseri pie[tate] mariti,
q[uo bis octonos tantum] est potit[a per annos].
. . . . . is sib. indol[em virtu]tib(us) ornat;
pig[noribusque patrem par]tus geminus [decora]vit.
respicit [ingenio dum et clar]o nomine na[tus]
auctorem generis, fat]is miserand]us iniquis]
eripitur] . . . . te oerfi . . . .

B 1688 titulum male scriptum supplevi, quatenus formulas usitatas adgnosco, cf. III suppl. p. 2141; fragmento altero, quod eiusdem tituli dicitur esse, uti nescio.—3 et 7 non attigi; 3 fin. VRNAT traditur; 4. *geminus* MVS contignatis descriptum.

Digitized by Google

**933.** III 10947 Scarbantia

Dasius C. Far | racis Iucundi |
hoc posita in tumulo pueri sunt ossa, viator,
quem super in titulo [dici] cum pa[tre vid]eto.

B 1209 3. supplevi incerta scripturae vestigia; *in titulo* [*lacrimat us*]*qu*[*e*] *pa-*[*te*]*r* dedit Buecheler, qui tamen hexametrum fuisse posse non negat.

**933a.** III 11451 Carnuntum

litera nula doccet nomen causanque sepulcri:
scultu ines lapide bult[us: en ipse tibi].

B 923 2.=sculptus inest lapidi vultus *et acta notat,* B.; imaginis ergo formam pro titulo esse voluit qui scripsit.

**933b.** III 13111 Salonae

. . . quaeris] si . . . . .
heu, rapitu]r puero t[risti lux sorte . . .
bis quinos nondum q]ui vixit [terminis annos],
. . . . quem nunc] hauser[unt Tartara maesta]

4. VAVSER ectypum; potest QVE]M AVSER. . . .

**933c.** III 14190 Dorylaeum

pos hobitum letus meriti memoria(m) posuit:
de provincia Tracia civitatem Ancialis,
et moritor Doroleum, de domnicomontanis.
vale, viator: tunc leges et repausa.

ante v. 1. perierunt multa; *laetus meriti*=gaudens merito; 2.=civitate; 3. i. e. de metallariis caesarianis; 4. speciem habet iamborum, *tunc*=dunc, dum, cf. III. 14406a.

**933d.** III 14190[1] Dorylaeum

ho]c iacet tumu[lo] Lamyrianus qu[ond]am iuvenculus,
quem b]is octonos du[cent]em luminis an[nos]
abstulit atra di[es et a]cerbo funere mersit.
. . . . inius Solicianu[s . . . . A]ugustor(um) . . . . [filio benemere]nti.

**933e.** III 14588 Timacum minus

v]itam insidiis in sacra urbe finivit.



Digitized by Google

P. Maius Cleme[n] | tinus eq. roma | nus filio dul | cissimo b. m. p. |

hexameter barbarae notae, vix tamen casu effectus.

**933f.** I 1342 Tarquinii I a. C.

Aurelia L. f. optuma femina | vixsit an. XLV |

*opt. f. v.* tamquam exitus hexametri.

**933g.** V p. 617 ex sylloge Palatina n. 833 s. XI n. 6 (Mediolanium) in carmine christiano:

v. 1: . . . . . recubat hoc marmore tectus
v. 6. 7: membra solo posuit, coeli perrexit ad astra
ter denos geminans transcendit cursibus annos.

B 778 v. 6 redit V, 6404.

**934.** V 563 Tergeste aetatis infimae

Constantius munerarius gladia | toribus suis propter favorem mu | neris munus sepulcrum dedit: | Decorato retiario, qui peremit | Caeruleum et peremptus deci | dit; ambos extincxit rudis, utro | sque protegit rogus. | Decoratus secutor pugnarum VIIII | Valer(i)ae uxsori dolore(m) primum reliquit. |

B ad n. 1851 eliciuntur metrica aliquot, veluti 1. 2. *propter f. m. munus dedit*, 3. *peremit C.—decidit* senarius fere iustus; 3—4. *ambos ext. r. pr. rogus* item senarius minoris elegantiae; totum titulum in carminis formam non cogo; verborum lusus passim notandus. ut *munerarius-muneris munus*, *peremit-peremptus*, *ambos-utrosque*; 5—6 locutio detorta ex nota formula: *de quo (qua) nihil doluit nisi mortem*,

**935.** V 1191 Aquileia

Diphilus |
dives si]ne avaritie [vix]it, ad [Ditem] venit. vale.

B ad n. 247 septenariis troch. adnumerant Fleckeisen Buecheler; cf. tamen *Zander*, VIA. p. 75.

**936.** V 1623 Aquileia 423 p. C.

egregius fidei, sanctus mitisq(ue) sacerdos,
dignus quem cuperet ple(b)s aliena suum.
dign(u)s ita geminis ducibus consortia sacra
participare fidei, consilio regere,
hoc iacet in tumulo, proprium cui nomen Amanti

Digitized by Google

venturi meriti pr(a)escia causa dedit.
bis denis binis populis pr(a)esedit in annis;
si non migrasset, laus erat ista minor.

B 1350 ex paganis multa desumpta.—1. *fidei* pro *fide*; 3. requiritur *item*; 5. *Amanti* potest esse genet. ab *Amantius*; adludi ad *Amandi* nomen B. putat.

**937.** V 4905 Sabini aet. Aug.

P. Atinius L. f. Fab. | hic situs est |
si lutus, si pulvis tardat te forte, viator,
arida sive sitis nunc tibi iter minuit,
perlege: cum in patria(m) tulerit te dextera fati,
ut requietus queas dicere saepe tuis:
«finibus Italiae monumentum vidi Voberna,
in quo est Atini conditum [corpus ⏑ ⏓]

B 982 4. *inpatria* lapis; 6. h. e. *Vobernae*, sed non mutandum; 7. *in quo Atini corpus conditur exanime* Alciatus interpolans; scandendum fort. *conditu* supplendumque *corpus* ut supra, certi tamen nihil inveni.—ad Anth. Pal. VII. 500 revocavit *Kaibel*, Hermes, 35 p. 568.

**938.** V 5595 Sibrium

L. Sentius L. f. Ouf. | Niger signif(er) | leg. IIII Scyticae |
hic nátus, híc situs ést.

2. tripodia iambica nescio an fortuita.

**939.** V 5719 ager Mediolaniensis

hoc, qui scire cupis, iaceant quae membra sepulchro,
disces, dum relegas hos modo versiculos.

B 1449 «desunt quattuor versus». 2. iunge *dum modo*.

**939a.** V 6202 Mediolanium

in carmine christiano:

v. 2: ter denos aevo binosque quater attulit annos

B 740 recte *tulit* reponit Buecheler.

**940.** V 6221 Mediolanium 492 p. C.

Eutreptus iustis bis senos cursibus annos
egit, at ante diem mors illum mersit acerbo
funere, nec potuit cuiquam superare suorum.



Digitized by Google

B 695 tota ex paganis.--2. 3. illud Vergilianum *abstulit atra dies et funere mersit acerbo*, Aen. XI, 28.

**940a.** V 6723 Vercellae

in carmine christiano aetatis infimae:

v. 3: sat dedit agnosci virtus quem mille labores
v. 12: sulpureasq(ue) undas corrupto corpore adire
v. 20: magnanimum vicere sitim fluvialibus undis

B 704 conferri iussit Hosius ad v. 3—Verg. Aen. VIII, 291; Sil. It. VI. 386; ad v. 12—Stat. Theb. I, 91; ad v. 20—Ovid. Metam. 1, 82.

**940b.** V 6727 Vercellae

in carmine christiano:

v. 1: hic recubat . . . .
v. 3: nomine dictus Aper, Gallorum partibus ortus

B 780

**940c.** V 6739 Vercellae

in carmine christiano:

v. 1: discite, qui legitis d. m. r.
v. 5: septies hic quinos transe[g]it corporis annus
v. 10: ad dominum meliore via requiemq(ue) mereri.

B 779 1. solita locutio, cf. V, 3403, ad v. 10 attulit Hosius Lucan. IX, 394.

**940d.** V 6742 Vercellae

in elogio christiano:

hoc positus tumulo . . . . . quiescit,
. . . . . superas rediturus ad auras
gratus in officiis atque omni strenuus actu
. . . . . fratrum dilectus amore

B 703 4. clausula Vergiliana, Aen. I, 344.

**940e.** I 1067 Roma s. I a. C.

P. Va[lerius P. l. . . . Victori]na [uxsor. . .]
hic posit[i . . . . .

**940f.** I 1096 Roma s. I a. C.

heic sunt ossa | Variae C. l. Glucerae | feminae sanctissum[ae].

*h. s. o. fem. s.* senarium trochaicum efficiunt.

**940g.** I 1103 Roma

ossa heic sunt | Urbiliae Primi, mihi me pluris | decessit an. XXIII, carissuma | suis.

verba *Urbiliae—decessit* heroicum efficiunt. licet pessimae notae.

**941.** VI 1285=31589 Roma

Cornelius Lucius Scipio Barbatus,
Gnaivod patre prognatus. fortis vir sapiensque,
quoius forma virtutei parisuma fuit;
consol, censor, aidilis quei fuit apud vos;
Taurasia, Cisauna, Samnio cepit,
subigit omne Loucanam opsidesque abdoucsit.

B 7 de singulis horum elogiorum formis vide quae conscripsi in Ephem. Min. Publ. Instr. 1884 m. Januar. in sect. philol. class.; egit de titulo *Wölfflin* Rev. de Phil. 90, XIV, p. 121; Sitzb. d. bayr. Ak. 1892, p. 192; *Zander*. p. 59.

5.=in Samnio, *Wölfflin*, Rev. p. 121; 6. ABDOVCSIT lapis inserta ab ipso quadratario littera S corrigendi causa, quae minio nostra aetate non obducta non apparet nisi diligenter intuenti; cf. quae adnotavi in Ephem. eadem a. 1888; probarunt lectionem *Wölfflin*, opp. citt.; *Lindsay*. Lat. Inscr. p. 41 not.; lapidem inspicienti Huelseno inter C et I nonnisi foramina duo rotunda apparuere, quae casu dicit esse effecta; amicis tamen Romae degentibus. cum mea causa titulum hoc loco denuo inspexissent, de S littera eadem quae mihi fuit sententia; etiam ad SVBIGIT illud quod attinet, cum iis facio, qui errorem eum putant lapicidae, pro eo quod et metrum et sententia requirit. SVBEGIT.

**942.** VI 1287 Roma

honc oino ploirume cosentiont R[omane]
duonoro optumo fuise viro,
Luciom Scipione, filios Barbati.
consol censor aidilis hic fuet a[pud vos],
hec cepit Corsica Aleriaque urbe.
dedet Tempestatebus aide mereto...

B 6 egit de titulo *Wölfflin*, Rev. p. 122; Sitzb. p. 193; *Norden*. Kunstpr., p. 178, 1; *Zander*, p. 60; 2. *viro[m notom]* suppl. *E. Baehrens*, frgm. p. 1. praef. p. 17 perperam sane: 3. *filiom* Woelfflin fort. recte, Buechelero tamen non probante. Adservatur in aditu Bibliothecae Barberinae, ut hucusque traditur. non ipse lapis, sed ectypum tantum latericium optime confectum; titulum vero genuinum in repositis Musei Lateranensis servari mihi quaerenti responsum est anno 1888 a bibliothecae custodibus.

Digitized by Google

**943.** VI 1289 Roma

L. Cornelius Cn. f. Cn. n. Scipio
magna sapientia multasque virtutes
aetate quom parva posidet hoc saxsum,
quoiei vita defecit, non honos honore;
is hic situs, quei nunquam victus est virtutei.
annos gnatus XX is [div]eis mandatus,
ne quairatis. honore quei minus sit mandatus.

B 9 egit de titulo *Wölfflin*, Sitzb. p. 199; de metro *Zander*, p. 62; cf. *Church*, Beitr. p. 33; de graecis archetypis egit *Lier*, Philol. LXII, 3, p. 455; 3. de interpunctione vide opusculum nostrum «El. Scip.» (ad VI, 1285); 5. locus vexatissimus; displicet sane Mommseni LOCEIS, nec Buecheleri DIVEIS ab omni parte perfectum; de usu vocis *locus* in inscr. sepulcr. et de hoc versu egit *Church*, Beitr. p. 92; 6. de positione *quairatis honore* v. *Birt*. Rh. Mus. 99, 54, 1, p. 208; fin. *mactus* Lachmanni probatur *Woelfflino*, Sitzb. p. 201.

**944.** VI 1290 Roma

L. Corneli L. f. P.[n.] Scipio quaist. tr. mil.
annos gnatus XXXIII mortuos. pater
regem Antioco subegit.

2—3 initia quasi saturniorum.

**945.** VI 6049 Roma

heic situs sum Lemiso.
quem numquam, nisi mors,
feinivit labore.

B ad n. 1851 numeros aliquos secutus non adsecutus est auctor; 2. suppl. *quidquam*; 3.=laborem.

**946.** VI 6821 Roma

ossa T. Quincti hic sita sunt, Stabilio cognomine vixit.
multiplici cura defessus nunc securus quiesco.

B 375 hexametri iusto longiores; anapaesti sunt *Zandero*, VIA. p. XC; 1 fin. usitatius *cognomine dictus*; 2. abundant *de* et *nunc*; fin. cf. *Weyman*. l. c. p. 535.

**947.** VI 8621 Roma

Claudius hic positu]s, vir s[implicitate probatus]
quem fatum e]necuit[, heu, nimis ante diem,]

Digitized by Google

nondum consumptis exa]cti tem[poris annis;]
calluit] eloquio, [calluit arte sua].
cuius vix po]terit titu[lus comprendere laudes:]
quae cond]i in libris [debuerant potius].

B 1715 3. *exa]cti tem[poris]*, 5. *po]terit titu[l]* praeivit Henzen, reliqua concinnavi ego; *nomen et hic titulus poterit servare. . . ., maior at ingenii in libris tua gloria fertur*, B. ex. gr.

**948.** VI 9241 Roma

hic iacet Helpidius, fatis extinctus iniquis,
egregius iuvenis, causarum orator honestus.

B 425 1 fin. cf. *Weymann*, l. c. p. 535.

**949.** VI 9403 Roma

M. Rapilius Serapio hic | ab Ara Marmor(ea)
oculós reposuit státuis, qua ad vixít bene.

B 208 senarium fecit B.

**950.** VI 9545 Roma

hospes, resiste et hoc ad grumum ad laevam aspice,
ubei continentur ossa hominis boni, misericordis, amantis pauperis.
rogo te, viator, monumento huic nil male feceris.
C. Ateilius Serrani l. Euhodus, margaritarius de
Sacra | Via in hoc monumento conditus est. viator,
vale! |

B 74 1. numeros restituit Ritschl reposito *et hoc grumum*, Buecheler *et hunc gr.*; 2. *pauperis* erit genet. sg. vel potius acc. plur., utrumque iungatur cum *amantis*; *amator pauperum*, C. VI, 31997; 2—3 conflatos ex archetypis senariis viderunt editores; 5. verba *in hoc monumento conditust* clausulam efficiunt senarii.—margaritarii de Sacra Via memorantur C. VI, 9546. 33872.

**951.** VI 9685 Roma

«anaglyphum magnum marmoreum», in quo «sculpta est taberna negotiatricis carnis ferinae» cum versibus his:

dum montibus umbre
lustrabunt, [c]onvexa polus dum sidera pascet,
semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.

B ad n. 1786 ex. Verg. Aen. I, 607—609; cf. B. ad tit.

Digitized by Google

**952.** VI 9783 Roma fort. a. 307 p. Chr.

d m s | Iulio Iuliano | viro magno, phi | losopo primo |
hic cum lauru feret, Romanis iam relevatis,
reclusus castris inpiă morte perit.

B 1342 1. *philosopo* lapis: non mutavi; 2. *laurŭ fĕret* est mihi *laurum ferret*; *lauru(m) fe[r]t*, Corpus; corruptum tituli metrum aetati ipsius plane convenit, de qua cf. Mommsenum ad titulum; ad Alarici tempora removet B.

**953.** VI 10021 Roma

Laetus | Athenais | Laetia | de Capitolio |
vita bona fama fuit, mors exitu honesto.

B 839 2. post *fuit* videtur perisse *et*.

**954.** VI 10081 Roma

hic es]t ille situs [m]irus Nicys [car]rucotechnites,
qui sibi, dum vixit, fecit ubique bene.
Nicys: | «sodales, havete!» |

B 1259 1. abundat nomen; supplevit Henzen; initium occurrit VI, 6275; 3. supplendum *dicit*, non *have*.

**955.** VI 10103 Roma

P. Cornelius P. f. Esq. Nig[er] | tertiarum hic situs est |
quoius pietas laesit neminem.

B ad n. 211 2. clausula senarii.

**956.** VI 13830 Roma

Caeciliae Sex. f. Iustae | quae vixit an. XLVII m. III |
cuius reliquias cinerum | hic ossa sepulta
pie nunc | blandae memoriae quiescit |
tute tecta Tiburtino, Lunense, Lesbio lapillo |
q. v. f. et f. o. isto. |

B 497 3. reponendum *reliquiae cinerum atque*; *ossa s. pie* etiam pentametri clausulam potest efficere; 5 eliminato *Lesbio* fit hexameter; 6. *quae viva fructast et fruetur obito isto* supplet Buecheler ad instar carminis.

**957.** VI 14397 Roma

Carfinia M. l. M[a] | vixit an. XX . . . | iucunda sueis |
gratissima amiceis | omnibus officiosa | fuit.

B 364 1—2. (*haec mulier*) *iucunda s. gr. a.* || *o. o. f.* suppl. Buech.

Digitized by Google

**958.** VI 14786 Roma

parvulus hic situs est: vixit tris usque per annos,
inque novem menses invalidosq(ue) dies.
nomine Grusoglosus, amabilis, utque erat, infans,
flebilis et misere raptus ad inferias.
Saturninus filio, Velia Lalema | delicato suo posuit |

B 1162 est *Chrysoglossus*; 3. *infans* videtur cum *flebilis* non esse iungendum; cf. tamen superius n. 306; 3; 463. 4; lusum in nominibus pueri et mulieris ostendit B.

**959.** VI 15837 Roma

Clodiae C. l. | Raphinis |
virginis ossa iacent in p]rima aetate sepultae:
laudibus haec nituit o]mnibus in specie;
cara suis vixit, grata et co]mmunis amicis,
quam properans fat]is pressit acerba dies.

B 1304 2. *p]rima*, 3. *o]mnibus*, 4. *co]mmunis* praeivit Henzen; reliqua supplevi ego; aliter B.; 4. ad. sent. cf. VI, 14397, 2.

**960.** VI 15897 Roma

diis manibus | T. Cocceio Euhemero
bis ternos annos vix(it) et mensibus quinque:
incrementa [tulere] eius currentia fata.
. . . . . . . . . . . . .

B 459 4. *rupere* suppl. Henzen; *tulere* vel *negant* Buecheler; sed cum constet lapidem infra fractum esse, perisse aliqua videntur.

**961.** VI 16614 Roma

ultuma | suorum | Cupiennia | L. f. Tertulla | fuveit, quius |
heic | relliquiae | suprema | manent. |

1. *cupieinnia* lapis; *fuveit*, Arch. f. l. L. II, 101; III, 235; 2. est *cuius*, non *quius*; *suprema manent*=«suprema munera expectant», *Mommsen* ad tit. C. I, 1051.—speciem praebet metri; cf. *Zander*, p. CCI.

**962.** VI 16653 Roma

Curtia hic sita est, Fabiae nata Fabiaeque Cerealis;
egregiae gentis nomen Curtiorum Fabiorum
compositum tumulo semper sub Tartara vibunt.

Digitized by Google

B 549 1. nisi error subest legendumque est *Fabiique Cerealis*, iungenda videntur inter se *Curtia h. s. e*, *Fabiae nata Fabiaeque* (*gentis*) *Cerealis* (*uxor*); *Fabiaeque* (*gentis*) *Cerealis* (*maritus eius*) expl. Buecheler, qui interpungit post *egr. gentis*; *Fabiae nata Fabi aeque Cerealis* (uxor) Henzen in adnotatione; dedit tamen *C. h. s. e.* [*Curtii*] *nata* ·*Fabiaeque* [*Cerealis*] in transscriptis.

**963.** VI 17540 Roma

d m | L. Fabio | Ianuario | qui et | Derisori |
qui vixit | bene et | consum | mavit bene. |

B ad n. 211 2. eliminato *et* fit pentapodia iambica, sed fort. casu.

**964.** VI 17876 Roma

. . . . . . . F]elix vixit ann. | . . . . . . . p. condidit.
in fluct | [us quem fata dede]re Anienis iniqua. |

B 842 *F*]*elix* Henzen. *inf*]*elix* Buecheler; [*quem*] *p*(*ater*) idem; 2. suppl. idem.

**965.** VI 18324 Roma

d m | Flaviae Dionysiadis
hic iacet exiguis Dionysia flebilis annis,
extremum tenui quae pede rupit iter.
cuius in octava lascivia surgere messe
coeperat et dulces fingere nequitias.
quod si longa tuae mansissent tempora vitae,
doctior in terris nulla puella foret!
vixit annis VII m. XI diebus XV | fecit Annia
Isias vernae suae b. m. |

B 1166 1. h. e. *Dionysias*; 2. contorto nimis sermone dicit poeta puellam tenui (h. e. tenera) aetate obisse, cf. VI, 21846 (inf. n. 970, 6); *extremum iter* idem erit atque *fatale iter*, VI, 5953; conlato Gell. I, 5, 3 saltatricem fuisse puellam putat Buecheler, quod tamen solet clarius indicari.—graeca carmina similis argumenti attulit *Lier*, Philol. LXII, 3, p. 454.

**966.** VI 18926 Roma

Gavia E[uphrosyne] | vixit a[nn . . . . . .]
proba . . . . . . . . . | cara su[is . . . . . . .]

2. reliquiae metri fort. dactylici.

**967.** VI 19055 Roma

hoc iacet in tumulo secura Glyconis honesto;

Digitized by Google

«dulcis» nomine erat, anima quoque dulcior usque.
que nucquam tetricos egit sibi lucis honores,
set magi lascivos, suabes: Bacchoq(ue) madere,
simplicitate sequi cantus, mollesq(ue) coronas;
lusibus ipsa suis generabat saepe et amore
dulce sibi natisque suis, quos pube reliquit,
Castorea fratris sub imagine quos generavit,
digna quidem frui perpetua de luce benigna:
    set celerat quo nos fata benigna vocant.

B 495  3.=quae numquam; 4.=mage (magis), suaves; 6.=amorem; 7.=dulcem; 8.=fratres.

4. psaltria fuit Meyero, tibicina Buechelero fort. recte; 5. dubitat idem an legendum sit *simplicitate(m)*; ad clausulam laudat Ovid. III, 555: *sed madidi murra crines mollesque coronae*; equidem cogitabam de *choreis*, cf. Ovid. Met. VIII, 582, quae et ipsae *molles* dicuntur, Mart I, 104, 9; sane ad *cantus* melius quadrarent; 7. *pube* est abl. non acc. plur.: 8. gemellos fuisse intellegendum; 10. *severa*, *sinistra*, *maligna* solet emendari; confert Buecheler Iuven. XVI, 4: *plus etenim fati valet hora benigni.*—Ad sent. cf. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 73 not. 2.

**968.** VI 20584 Roma

I]ulia Olymp[ias . . . . . .] | verecund[ia plena . . . . ] | et
innocent[i vita . . . . .] | et vitae mira[bilis . . . . . . .] |
praevio flo[re . . . . . . ae] | tatis ut ov[. . . . . . .] | tiae
fuer[ant sic fa] | ta gereb[ant].

sunt reliquiae versuum dactylicorum notae plebeiae;--1. cf. n. 164, 1.

**969.** VI 21674 Roma

. . . . . . . . . . . . Lupensia
hic ego sum inlata Consutia Rufa,
cuius ossa leviter tegat terra mate(r).

B 1579  1. remansit ex praescriptione; 3. *mate* lapis.—2. *inlatus* archet.; 3. vice pentametri fungitur: *ossaque iam mater terra tegat leviter*, emend. B.

**970.** VI 21846 Roma

umbrarum secura quies animaeq(ue) pior(um),
    laudatae colitis quae loca sancta Erebi,
sedes insontem Magnillam ducite vestras,
    per nemora et campos protinus Elysios!
rapta est octavo fatis instantibus anno,

Digitized by Google

carpebat vitae tempora dum tenerae:
formosa et sensu mirabilis et super annos
docta, decens, dulcis grataque blanditiis.
perpetuo talis gemitu lacrimisq(ue) colenda,
infelix aevo tam cito quae caruit.
an felix aegrae potius subducta senectae?
sic Hecubā flevit Penthesileă minus.

B 1165 1. *Quies* dea; 2. *laudatae* a poetis; cf. Verg. Georg. IV, 471 sq.; *Geffcken*, l. c. p. 54; 3. *sedes* pro *ad* vel *in sedes:* 4. cf. Verg. Aen. VI. 639 sq.; nota figuram homoeoteleuti (cf. v. 5. 6. 8. 11), *Luc. Mueller*, de r. m. ed. 2 p. 570.—Vel ipso Catullo esse dignum carmen indicarunt Fabretti Bonada; aetate Traiani non inferius esse idem Buecheler arbitratur recte omnino.

**971.** VI 23010 Roma

L. Nonius L. f. Ar. | Izgynus | vix. ann. III |
ter singulos non dum conpleverat annos,
quo caruit lucem et te[ne]bris se miscuit atris.

B 503 2. CONPLEVLRAT lapis; 3. *quo* supple *tempore*; clausula Vergiliana.

**972.** VI 23083 Roma

Blesamus hoc Novius requiem sortitus in aevom

. . . . . . . . . . . . . .

contra locus sanctus, plausu qui excepit agresti.
cum primum fundo venerat hic dominus.
parebat nemo, Fauni Nymphaeque sonabant,
laetitiam divom sensit et ipse locus.
hic olim statuis urbem decoravit et orbem:
nomen habet populus, corporis hic tumul(us)

B 1254 2. versus scalpro deletus antiquitus fortasse; *quem vivus coluit, iam cubat ipse loco* suppl. Buech.; 3. h. e. nemus cultu aliquo caerimoniisque insigne; 7. cf. Ovid. artis amat. I. 174: orbis in urbe fuit.

**973.** VI 23685 Roma

hic ést sepulta Pacilia Sospita, pia, proba,
bonís probata, súmma quae vixít fide:
qui béne cognorunt, cógnitam bene exístumant.
havo ét vale!—quae optas, éveniant tibi ét tuis.

B 64 2. idem init. X, 6009.

Digitized by Google

**974.** VI 24429 Roma

P]ompei Cn . . . . .
. . . . cla]ud[untur . . . . . . . . . ossa . . . . .

dactylici metri frustulum.

**975.** VI 24525 Roma

Pompeia Asclepias heic sepulta est,
amantissima suis, fide maxsuma, pia.

ad numeros tetendit qui scripsit; creticos adgnovit *Zander*, p. CCI; *amantissima*=amatissima, cf. *Woelfflin*, Arch. f. l. L. I, 266; III, 13; *Paucker*, Zeitschr. f. Oest. Gymn. 1881. 481; *Zander*, p. 75.

**976.** VI 24682 Roma

Pomponia | A. Pomponi l. | Tyrannis nata an. XX |
hic eíus ossa súnt sita.

est dimeter iambicus.

**977.** VI 24758 Roma

Pontia Ↄ. l. Tryphera |
dum víxit, pia fuít suis.

**978.** VI 24930 Roma

hic situs est Primus, qui vixit (more) iucundo
(et) se(m)per silbae ∠ stetit officio.

B 1322 «quid in scribendo, quid in describendo titulo peccatum sit, distingui non potest».—*qui vixit iucund*[*e*] *se*(*m*)*per* [*et pr*]*aest*[*i*]*tit offici*[*a*] editores Corporis; *silbae* esse *silvae* defunctumque saltuarium fuisse rectius putat Mommsen; distichum informavi; 2. exspectatur *constitit*.

**979.** VI 25531 Roma

in anaglypho supra carmen cernitur «vir vestitus in lecto recubans, dextra coronam, sinistra vas potatorium tenens; ante eum mensa cum vasis; adsidet a dextra iuvenis (centurionis habitu vestituque), dextram versus eum qui recubat porrigens»; subscriptio tituli haec est: «C. Rubrius Urbanus sibi et Antoniae | Domesticae coniugi suae et Cn. Domitio | Urbico filio suo . . . . . . fecit»; sequitur carmen:

qui dum vitá datast, semper vivebat avarus,
heredi parcens, invidus ipse sibi,
hic accumbentem sculpi genialiter arte
se iussit docta post sua fata manu,

ut saltem recubans in morte quiescere posset
secuaraque iacens ille quiete frui.
filius a dextra residet, qui castra secutus
occidit ante patris funera maesta sui.
sed quid defunctis prodest genialis imago?
hoc potius ritu vivere debuerant.

B 1106 ad v. 1. 2 cf. VI, 26158: Sempronio Donato, homin(i) frugalissimo..... cuius frugalitati heres maximas gratias aget amplius merenti.—De sensu totius monumenti egit *Schröder*, Stud. zu d. Grabd. p. 3.

**980.** VI 26538 Roma

. . . . . . . . . . . . . .
hi]c situs Euphrosynu[s, qui vixit semper honeste
anni]s octo et triginta c[arus mihi coniux],
quinque tame]n minus autumnis . . . . .
. . . cu]ius festinavit [fatum male rumpere vitam].

B 1818 suppl. B.; 3. ut supra ego; *no]n minus autumnis [viginti*, B.

**981.** VI 27657 Roma

Trophimi Aug. lib. |
reliquiae pueri quondam Phrygii pastoris,
vix(it) annis
duodecies senis, nam tertius apstulit illum.

B 1815 2—4 aenigma est suum Oedipum adhuc exspectans. *Phrygium pastorem* putat esse dictum Trephimum Henzen, quod sacris Magnae Matris initiatus fuerit, Bormann quod cum Paride propter speciem compararetur, Mommsen denique quod in Phrygia natus sit trienniisque in urbem adductus; erratum esse in annorum indicatione compendiis male solutis suspicatur Huelsen, qui corrigit *annis duodecim mensibus (tot), nam (decimus) tertius abstulit illum*; equidem cum Huelseno facio; fuit fort. incisum *vix. an. XII S.* h. e. XII semis; sed ad *tertius* addi *decimus* non necesse; anni LXXII vixisse, LXXIIIº decessisse Trophimum putat B.

**982.** VI 29053 Roma

Mutatae Vistiliae hic ossa sepulta quiescunt.

B 1817

**983.** VI 30199 Roma

. . . . . . . . . [multa pericla
pertulit] Europae, sed graviora Asia[e];
ad patrias sedes] donec remearet Ulixes

Digitized by Google

iactata est va]ria sorte Pelasga manus;
hic quoque per gentes] structas et moenibus urbes
fertur ab exortu] solis ad interitum.

**B 884** 1—4 supplementa sunt Bormanni; 5—6 cogitabat idem de Agamemnone suppleritque hoc modo:

multas per gentes] str. et m. urbes
Atrides rediit] sol[u]s ad interitum;

rectius Mommsen Buechelerque, qui de negotiatore quodam praedicando intellegunt; supplevit B. hoc modo:

v. 2: finibus] Europae s. gr. Asia
v. 3: ut quondam in patriam] d. r. U.
v. 5: tot gentes hominum] str. et m. u.
v. 6: vidit ab exortu] s. ad i.

quae mutatis paucis recepi; cf. VIII, 5749. 7999; X, 2792, sim. et Horat. Sat. I, 4, 29 sq.; Epl. 1. 1, 45 sq; in iis quae perierunt praedicabatur fort. Alexander Philippi.

**984.** VI 30139 Roma

bis] denos vita [sine crimine p]ertulit [annos]
. . . . . . . . . . . . . . . . vi]rtus
. . . . vires, mores, [plu]s corde benignus,
matris in obsequio et <et> fratris clarus amor[e].

**B 840** 1. potest et *vita[e* . . .; 4. hiat versus, *et* abundat.

**985.** VI 30140 Roma

. . . . . tri]ste satis letum c[ognosce, viator],
omnibus atque suis la]crimis fletuque ge[mendum
. . . . russ iste fuit parib[us . . .
. . . . r in cunctis si vom . . .
. . . superve]nit Lachesis, iacet [ille sepultus
. . . uxorem c]um castam duce[re vellet
. . . . us carus cunc[tis . . .

**B 1669** suppl. B. ego.

**986.** VI 30145=36652 Roma

in]matura dies fa[to consumpsit acerbo]
et rapu]it iuvenem c[oepto vix flore iuventae];
hic mores c]astos semper [servavit honeste]
. . . . . . . . . s primum ti . . .
. . . . . . . . . . ta pau . . .

Digitized by Google

. . . . . . . . . . . am s . . .
. . . . . . . . . . . . i . . .

B 1649 suppl. B., Hense, ego.

**987.** VI 30674 Roma (?)

. . . . a]etat . . . .
. . . . ra vigebant
. . . . i vic sunt
praec]lara cui
. . . . m gena flori
. . . . u d m c

B 1699

**987a.** VI 31746 Roma

dis genitoribus | A. Plotio C. f. Pol. Sabino | praetori *etc.*
Sabinus praetor—magna res—Formi(i)s periit.

B 207 de *formis* iuris legumve simm. solet cogitari; cf. B. ad tit.; de viro aquaeductuum instituendorum perito accepit Mommsen; verum perspexit Gatti.

**987b.** VI 31934 Roma

haec pater insonti filiae suprema peregit.
d(epositio) Tullianae iun(ioris) kal. Sept.

filia est Acciae Mariae Tullianae et Artorii Iuliani, n. 153.

**987c.** VI 31992 Roma a. 427 p. C.

hic pietas, hic prisca fides, hic i[ntegra vita],
hic labor inmensus, prudens h[ic iuris honestas],
felix simplicitas mentis, doctri[na probata],—
Floridus hau parvis magnus g[enitoribus ortus],
et qui maiorum velarit nomine [famam];
liber, sed docili laudatus per fo[ra lingua];
urbani primum praetoris fasc[ibus auctus],
auxilio pos[t] hunc iudex cum [posceret ipse],
hoc lateri[s] socio crevit vica[rius urbis].
mox raptus Romae regimen sus[cepit ---],
post Ligurum in populis regum praetoria r[exit].
consiliis iterum Romana sacraria fovit,
publica post docuit Romani foedera iuris.
sexaginta duos vixit bene purus in annos,

occidit Hierio qui consule clauditur anno.
Floride—non aliter venerandus—floride perge
caelestis per regna dei: sic vita meretur.

B 686 supplerunt de Rossi Buecheler.—Pagana archetypa passim excerpsisse nostrum apparet; 1. cf. Verg. Aen. VI, 878; C. X, 4539; 6. PEREO | lapis errore quadratarii; 7—13. cursum honorum enarrarunt de Rossi Huelsen ad tit.; 10. nomen provinciae desideratur; 16. *floride—Floride* B.

**987d.** VI 32049 Roma a. 509 p. C.

hic requiescit in pace Turtura ꝗ. f., dulcis Petroni coniux | ,
Deo serviens, unic(a)e fidei, amica pacis, castis moribus ornata | ,
communis fidelibus amicis, familiae grata,
nutrix natorum et numquam amara marito,
quae vixit pl. m. ann. XXXVII *etc.*

B ad n. 702 1. *dulcis P. c.* quasi initium hexametri; 4. hexameter notae inferioris (vidit Leo).—In eodem lapide legitur et Petroni mariti elogium heroicis conceptum.

**987e.** VI 32311 Roma s. II ante C.

rogat, út resistas, hóspes. t[e] hic tacitús lapis,
dum osténdit, quod mandávit, quoius umbrám te[git].
pudéntis hominis, frúgi, cum magná fide,
praecónis Oli Gráni sunt ossa heíc sita.
tantúm est. hoc voluit, néscius ne essés. vale.
A. Granius M. l. Stabilio | praeco |

B 53 ad A. Granium a Lucilio poeta praedicatum referri posse vidit B.—2 suppl. *(is) q. u. t.*; 5. redit in Pacuvi titulo (Gell. I, 24, 4) et in apographo eius, quo usus est Philotimus vascularius (B. 848; *Cocchia*, Saggi fil. II p. 139 sqq. 368; *Kubitschek*, Arch. ep. Mitth. aus Oest. 1894 p. 160 sqq.; *O. Iahn*, Hermes, II, 243 sqq.; *Buecheler*, Rh. Mus. 37 p. 521).

**987f.** VI 32458 Roma

hic iacet Ogygii Bacc]hi dei nota [sacerd]os,
pastophorus]quae deae Nilo[tidis usque p]udica,
nomine Ale]xandria, cui flos [vixd]um iuventae,
cum iam P]arcarum nota sustu[lit] invida Diti.

B 547 supplevit B.—2.=*pastophorusque*; ita dicitur Alexandria in graeco carmine eidem lapidi inscripto; 3. nomen recurrit n. 34. 925; exspectes *iucundum, pulcrum* simm.; *flos* neutri habes n. 682 (B. 103, C); 4. possis *nuper*, sim.



Digitized by Google

**987g.** VI 33865 Roma a. 348 p. C.

felix vita viri, felicior exitus ipse:
Caiani semper crescit per saecula nomen,
nescit fama mori, sed semper vibit ubique.
advenit hospes Romanus princeps in urbem,
qui fuit hic primum iuris consultor amicus.

B 659 ex paganis multa.—1. cf. VI, 31987, 12; 4. *romanus princeps* Manutius solus; *pr. rom.* vulgo ad metrum correctius; 5. *qui*=cui, cf. n. 470, 5.

**987h.** VI 33898 Roma

Euphrosyne | pia | docta novem musis | , philosopha, v. a. XX |

paene heroicus; cf. n. 395. 9.

**987i.** VI 33904 Roma s. III p. C.

d m | M. Romani Iovini | rhetoris eloquii Latini |
conditus hac Romanius est tellure Iovinus
docta loqui doctus, quique loqui docuit.
manibus infernis si vita est gloria vitae,
vivit et hic nobis, ut Cato vel Cicero.

B 1251 carmen doctum luminibus eloquii consitum si quis ab ipso Iovino esse compositum contenderit, non dissentiam.—4. minus recte interpungitur post *infernis*; sensus hic est: *si gloria vitae est vita post mortem* (*m. inf.* ablat. potius, quam dat.), *vivit* etc.

**987k.** VI 33905 Roma s. III p. C.

d m | M. Romani Iovini | Restituti |
Restitutus hóc infelix tégitur in tumuló puer
sociús parenti gémino tumuli foédere.

B 105 filius est Iovini rhetoris, VI, 33904; carmen notae non optimae.—2. *Restutus* formam volgarem si restitueris, tamen una syllaba senarius normam excedet; 3. *parente* lapis.

**987l.** VI 34001 Roma s. II ex. p. C.

Moribus hic simplex situs est Titus Aelius Faustus,
Annis in lucem duodetriginta moratus,
Cui dederant pinguem populis praebere liquorem
Antoninus item Commodus simul induperantes.
Rara viro vita et species, rarissima fama,

Digitized by Google

I]nvida sed rapuit semper Fortuna probatos.
Vt signum imvenias quod erat, dum vita maneret.
Selige litterulas primas de versibus octo.

B 1814 3. dispensatorem fuisse ab oleo mulsoque Macarium significatur; 4. *A. item Marcus* metro satisfaceret; 6. *rapuit* aor.; 7. confusa *dum* et *cum*. ut h. s. n. 852; XI. 6080; cf. quae adnotavimus ad n. 852; *imvenias* non mutavi.

**987m.** VI 34114 Roma s. I ex. p. C.

dis manibus | Flaviae Athenaidi | Apollonius | imp. Domitiani Aug. | Germ. ser(vus) pecul. et | Flavia Pallas parentes | filiae carissimae fecer(unt) | vixit mensibus VIII diebus XXVI |
rapta sinu matris iacet hic miserabilis infas
ante novem plenos lunae quam viveret orbes;
hanc pater et mater maesti flevere iacentem
parvaque marmoreo clauserunt membra sepulchro.

B 397 4 in. cf. n. n. 359. 515. 1382; fin. *infas* lapis ut videtur; cf. Ovid. Met. XIII. 450; Her. VII. 135.

**987n.** VI 24792=34154 Roma

. . . Po]pillius Laena[tis l. Plo]camus filio, v a. XV . .
in terris] cineres alius loc[us, hic h]abet ossa,
effigies v[aga per sid]era sic colitur.

B 1062 supplevit B.

**987o.** VI 34576 Roma

Attiae Q. l. Eu[pl]ae | Q. Attius Hermes lib. | carissimae, de qua | dolorem hoc solum | tulit
vixit annis | XXVIII.

2. metricus color quidam.

**987p.** VI 34817 Roma

immerito retines puerum] hic, Fortuna, sepul[tum]:
aetati tenerae] parcere debueras.
moribus innocuis parvum bl]andisq(ue) Charinum,
qui iam ferre pium coepe]rat opsequium.
natales functi quaeri]s si forte, viator,
Narcissus genitor, Par]thenope patria.
commu]nis vix. an. III.



Digitized by Google

B 1226 3. *blandisq.*, 5. *quaeris*, 6. *Parthenope*, 7. *annis* praeivit editor; v. v. 3 et 4 suppl. B., reliqua ego; 7. supplevi ex 35112; de nomine sive signo defuncti minus cogito.

987q. VI 35508 Roma

. . . . . Iucunda] vixit annos XXIIX |
maiorem pater hi]c posuit, sed funere acerbo
ter senis annis] concidit il[l]a minor.
infelix genitor, geminas componere] luces
(periit pentameter et distichon integrum unum)
o, lapis hic felix et littera muta se[p]ulc[ri],
Iucundam a[e]terno tempore quod retinet.

B 1294 1. filias duas composuit pater, quarum Iucunda maior fuit; ad sensum explevi quae potui;—3. ILIA lapis; minus placet *filia* metro adversante; 5. SEDVLC descriptum.

987r. VI 35554 Roma

C. Iulius Facu[ndus et Iu] | lia Chrysopo[lis Primi] | tivo coniugi [et patri] | q. v. a. XL *etc.*
tam bene reliquias n(on) hoc vi[vorum opus ornat],
congrua tam bene] n(on) manibus aedis erit,
quam ben[e post obitum iuvenis pul]cherrimus ille
clarificat man[es ipse sua specie].

lusi ex. gr.

987s. VI 35769 Roma

d] m s | . . . . e puer L. Malius Epagathus, qui vixit | [an. . . . . . die]bus LXXV
hic fuerat similis roseo Cupidine [voltu],
quem] myseri posuimus hic immaturu(m) parentes,
Sex. Gos. [F]estus et Malia Amanda, scelerati.
huic enim si li[cuisset] vivere pluribus annis,
conferrendus erat Latonio [Phoeb]o et Semeleio Bromio,
aut a Nymphis adamato Nar[cis]so.
magna quidem habuissemus gaudia genitores,
t]hura mero semper inposuissemus in pleno, frequenter
laurea(m) capitibus, confrequentaremus templa deorum.
nunc, quia non licuit frunisci nostrum ave raptum [Ga]nymeden,

Digitized by Google

velim quidem facerent caelestia fat[a, ut eode(m)]
iremus properes ad nostrum inmaturu(m) tuendum.

prosa oratio ad instar carminis heroici; supplevit B. magnam partem.— 3.=Cupidini; 9. *magnam* lapis; *genitores* rarissimum syllepseos genus pro parentes; 10. h. e. «impletis mero pateris ac ture supplicassemus», B.; 12. nomen abundat; 14.=properi; *immaturus* substantive.

**987t.** VI 35957 Roma

d] m | Nymfi(u)s subita | nea morte ne | catus, vixit bre | ve
tempus: an. | V m. VI d. VIII |

species aliqua metri dactylici apparet vix casu.

**987u.** VI 36278 Roma

hi]c est sita | [Ru]tilia Hila | [rit]as dolor | [he]u luctusque |
[pa]rentum | [qu]ae vixit an | [nis] VIIII mens. VI | die]b.
VII *etc.*

ludi in puellae nomine dolorisque voce hexametrumque esse corruptum ex archetypo tali *h. s. e. Hilaris. dolor heu l. q. p.* vidit Henzen.

**987v.** VI 36426 Roma

. . . . et . . . . .] Thaumaste sibi fecerunt |
hi sancte coluere deos], vixere fideles,
post obitum Elysios ut] possent visere campos;
utque darent coniuncta aet]ernae membra quieti,
quod saepe optaver]e senes, haec dona tulere.

2—3 redeunt n. 745 unde supplentur; 4—5 suppl. B.

**987x.** VI 36552 Roma

sede sub hac recubat bimus] Vincentius infans:
carus nobis erat qui et dul]cior semper amicis;
praereptus fletum luctumq]ue repente reliquit.

christiana notae inferioris: supplevi.

**987y.** VI 36589 Roma

ossa sub [h]a[c] lapidum felicia mole quiescunt,
sacra animam in[n]upte virginis aula [t]ene[t].

suppl. Muratori; christianum carmen archetypa pagana secutum, cf. h. s. n. 1193. 831. 648 all.; cf. Ballistae latronis epitaphium.

Digitized by Google

**987z.** VI 36658 Roma

. . . . Pr]ocula [fec.]
ac tri[bus est] da[ta nunc requies et in aethere sedes]
cunct[a] super cael[i: mihi soli cura relicta est]
vitaque cum gemitu f[l]etuque miserrima somno]
in cura fraudata diu sitiens [Stygis undas].
hi mihi cernentes rutilantia sidera [caeli]
o, utinam d]igitis operirent lumen inane
cura[rentque levi] componere membra favilla,
ac tum[ulo, sic ut decuit, patrem] tumularent.
o, Fortuna duplex, adi[mendo prompta maligne],
ut semper cruc[ias miserum male fida parentem!]
hic erat ille puer [cunctis, dum vixit, amatus]
cui t]elae parvos br[evis orsus Fata dederunt],
c]uius et ipsa soro[r Phoebi, Latonia] nata
non tenuit pha[retram livens] dea, cuius ab ore
r[oscida fluxerunt me]lla et rubor in fac[ie haesit]..
adsidu]o puer in studiis a[tque artis amore]
deditus] ecce suos ludo [captabat amoeno]
festivisque iocis coetu r]egnabat in omni,
dum lepidos versus med]itatur et cupit i . . .
. . . e mans volun[tat . . .
comica iam [virtus nituit serm]one faceto,
cum rapido Fatum m]otu volt [omnia verti].

B 544 e praescriptione non nisi litterae ceteris maiores OCVLAI remansere; *procul aspice* dedit B., quasi versus partem; ad nomina pertinere putat Huelsen rectius, ut mihi videtur.—Carmen duobus elogiis constat, quorum prius (v. v. 1—10) tribus pueris fortasse dicatum est (ab initio periere multa admodum), alterum (v. v. 11—22) eorum uni adolescenti litteris iam satis imbuto; supplevit B., qui curis secundis in Corpore s. n. paucula mutavit.—9. ADI | lapis; *ad acerbos promptior ictus,* B.; ut supra ego temptavi; 13. | NATA lapis; *visu furiata* B.; ut supra ego. melius desiderans; 19. 20. metrum omnino vitiosum itaque supplendi non datur certa facultas; *comitatur et cupit ire . . . . . . amans(que) voluntas* mihi in mentem venit.

**988.** VII 229 Coccium

his terris tegitur | Ael(ia) Matrona quond(am) |
vix. an. XXVIII m. II d. VIII | *cett.*

1. initium hexametri.

Digitized by Google

**989.** VII 412 Uxellodunum

hic exsegere fata | . . enus s(ing.) c(ons.) Germa . . . |
. . . s Reg. vix. an. . . | . . . s vix. an. . . | . . . ix. . . |

frustulum carminis.—2. *Regis* nomen VII, 409; videntur fuisse fratres.

**990.** VIII 241=11347 Sufetula «litt. nitide sculptis»

Marcellus hic quiescit,
medica nobilis arte,
annis qui fere vixit
triginta et duobus.
sed cum cuncta parasset
edendo placiturus
tertium muneris, ante
valida febre crematus
diem defunctus obiit.

B 1521 Periisse possunt defuncti nomen civile et honores si qui fuerunt.

Huius elogioli metra ne Studemundio quidem, qui dimetros ionicos a minore pessime factos constituerat, definire contigit; nec mihi carmen illud diu multumque versanti res melius cessit; sane possis versus istos taliter qualiter in hanc cogere formam: (⏓) ⏑́ — | ⏑⏑⏑ | —⏑; praestat tamen non attingere; «metrum ionicum refractum iambis leviterque tractatum», B.; 7. iunge *edendo tertium muneris*, Africano sermone pro *tertium munus*; ante diem tertium muneris sui obisse Marcellum B. putat; de tertio muneris die cogitabat Wilmanns.

**991.** VIII 352=11572 Ammaedara

dis m s | L. Cassius L. fil. Quir. Faus | tus vix. annis XLIIII |
homo bonus, rebus ho | minibusq(ue) pernecessa | rius,
quem quaerit patriae maximus hic populus,
terra tegit felix, lux a[u]tem ingrata reliq(uit).
L. C(assius) E. frat(er) p(ius) p(osuit)

B 1239 4. *attem* lapis, corr. Schmidt; scripturam *attem* tuetur Buecheler collato *Agustus* simm., cf. Stolz, hist. Gr. 1894 p. 212, 204.

**992.** VIII 685 Gasr bu Fätha s. fort. IV p. C.

Umbrius Victorianus
ne dubium long(o) umquam (q)uereretur in ebo,
quis hoc mortalium fuisset conditus humo,
Victórianum scríbere curaé fuit,
qui suís omnes partítus opes (suás)
posteritati ea(s) magna piaetate relinquit.

B 774 2. interpretatur Wilmanns ita: *ne umquam longo in aevo dubium vereretur. quis* etc.; recte Rossius vidit Lucani esse versum (2. 344): *ne dubium longo quaeratur in aevo*, itaque emendandum *(q)uereretur = quaereretur*; redit versus etiam in titulo christiano ap. Rossium I. C. 1. 201, Buech. n. 678; de usu vocis *humo* cf. *Church*, Beitr. p. 83; 5. *suas* addidi metri causa; nulla lacuna in lapide; 6. *ea* lapis; *relinquit* est fort. *reliquit*.—de tituli aetate cf. Huebneri Exempla, Prolegg. pp. LVIII, LXVII, LXX. Christianae aetatis est, sed totus ad exemplum paganorum confectus.

**993.** VIII 1074 Carthago

d] m [s]

hic si]tus est infa[ns septem d]esertus ab annis,
fert iam digna] viro tunc nomin[a quique] decent[er].

B 458 2. *hic si]tus* suppl. Wilmanns; *infa[ns]* et *d]esertus* idem; *Victor* ante *desertus* expl. Buecheler: *septem* ex. gr. ego, collato tit. X, 578. 1; VI, 9118 laudat Buecheler; 2. *invidere] viro tunc nomin[a ferre] decent[er]* h. e. *anni*; ut supra, ego.

**994.** VIII 1540 Thugga

Tirinius Fortu | natus
vir armis ingénio et animo máximo,
qui cúm [lati]nis ét graecis - [óp]timis
h. l. t. p.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
vixitque iaetos duos zozimos iovis
p. v. (a.) XXXIIII h. s. e.

titulus totus fere evanidus neque qua par fuit cura descriptus; de restitutione desperandum; 6. vixitque laeto semper animo . . . . (?).

**995.** VIII 4681 Madaura

d m s | T. Clodius Lo(q)uella | aed(ilis), II vir, q(uaestor) fl(amen) p(er)p(etuus), sac(erdos) | Liberi patris v. a. XLVIIII |
hic situs est, (fuit qui) colum(en) moru(m) ac pie(tatis).
Laud(ibus) ac titulis ornatus v(ixit) hon(este);
Omnibus hic carus fuerat; felic(iter) a(nnos)
(Quinquaginta) minus uno gessit; studiose (e)t
Vsus on(oribus) ordinis est adque viru(m); v(ir)
Egr(egius), fl(amen), patriae p(ius) admod(erator),
Largus munidator, ed(ium) sator ing(enio)su[s],
Lenaei pat(ris) cultor fel(ixque) sac(erdos),

Digitized by Google

Addidit hic decus ac nomen suae Claudiae genti.
inspicies, lec(tor), primordia versiculorum.

B 511 titulus fere totus per compendia scriptus est, quorum non omnia adhuc feliciter soluta.—2. *Lovella*=*Luella* nomen defuncti fuisse putat Buecheler, qui carmen incipi volt a *columen* voce efficique acrostichum tale: *Clo. Luella*; 4. extra nominis acrostichum positus, cf. VIII, 7156 init.; *fuit qui* addidi metri causa; item v. 8 post *est* potest inseri *hic*, nisi *ordĭnis* molossum voluit esse poeta; 5. *hon(orum)* posse etiam solvi monet Buecheler; 7. A. L. MINVS VNO lapis; in fine STVDIOSET lapis, quod minus probabiliter possit et in *studio set* diduci ut mavolt Buecheler; 8. post *vir* interpungit idem: 9. compendia solvit Studemund; 10. ED SATOR. ING. SVO | | | apographa; *ing(enii)* Renier; ut dedimus supra, dubitanter suppletum in Corpore; *ed sator in g(ente) su[orum]* proposuit Buecheler; 13. ut v. 4. extra acrostichum positus.—8. *ordo adque viri* est ordo et populus; 9. *patriae pius admoderator:* «significatur duumviratus»; 10. *munidator.* cf. VIII, 241, 5—7; verbis sequentibus «significatur, sane perverse, aedilis».

**996.** VIII 5784 Sigus

bonús vi(ator), ó(pto) t(u) vali(á)s (bene).
C. Iulius C. f. Q(uir.) Pon | ticus
perégri poteus, quám domus suaé
prorsús, sicut meruít apud laré(s) suo(s),
vitá privatus ést.
v. a. LXII, o. e. b. q.

2. BONVS VIOTVALIS lapis ut videtur; ut supra datur, solutum dubitanter in Corpore; *bene* addidi ego; 4.=*peregre potius*: plenus fit senarius, si addas in fine *miser* vel simile quid; 5. PROESVS, LARE SVO lapis.

**997.** VIII 7854 Cirta

. . . . . . . . . . . . (perierunt multa)
saep]e meis tumulis avis Attica parvula vēnit,
et satiata thymo stillantia mella relinquit.
mi volucres hic dulce (c)anent viridantibus antris,
hic viridat tumulis laurus prope Delia nostris,
et auro similes pendent in vitibus [uva]e.

B 468 3. dulceanent; 5. pendunt.—1. *saep]e* Buecheler; *dequ]e* Renier; de plurali *tumulis*, simm., egit *Church*, Beitr. p. 94 sq.; de forma praesentis *vēnit* cf. Buechelerum ad tit.; 5. de *uvis* in re sepulcrali egit *Schröder*, Stud. zu d. Grabd. p. 14.—Ad v. 2 cf. Verg. G. IV. 169; Aen. I, 436; Ov. Met. XV, 80; ad v. 5 cf. Ov. Met. XIII. 813; Amor. I. 10, 55.

Digitized by Google

**998.** VIII 7856 Cirta

[hic situs ille pius . . . . . . . . .
annos pervenit qui ad centum] ipsos, a[d eosque]
post casu]s multos [adiecerat ins]uper octo.
praeterien]s, si legeris [ista,] legeris [a]moen[e].

B 1705 fragmenti non satis accurate descripti sententia qualis fuisse possit, non qualis fuerit, supplendo adsequi conor; 4. ad sentent. cf. II, 59.—

3. VS MVLTOS, 4. || EGERISMOENIA excepit Cagnat ex ectypis Renieranis, litt. IA non satis certis.—De aetate defunctorum in Africa cf. *Seidel*. röm. Grabinschr. p. 20 sq.

**999.** VIII 8233 Mileu

d m s | memoriae aetern | ae C. Valeri Sa | turnini, qui vix. annis
— noviens denis prope convenientibus annis.

B 1609

**1000.** VIII 8287 Bu Thuil

d m | Iulia Q[ui] | ntosa [ra] | rissima [fe] | mina v. a. X.... |
i]gne [fa]ta[li] flore sui [de]ducta
h. s. [e.]

2. ONAE IN TA | vel ONFENTA | traditur; *in ta*[*li*] | *flore sui* [*huc*] *ducta* supplent editores; supplevi ad exemplar tituli I, 1220, 8 (n. 227).

**1001.** VIII 8870 Tupusuctu

hisce locis Flori requiescunt ossa sepulta,
aetatis primae, miserando funere rapti
Ditis ad infernas sedes locosque piorum.
quem docta studiis ornarat diva Thalia,
qui prope vicenos bis iam suppleverat annos,
ni Lachesis brevia rupisset stamina fuso.
pro dolor! ut nulli decreta rumpere fas est
Parcarum divae, durosque evadere casus!
h. s. e.

B 501 2. rapto; 5. supleverat; 8. diva.—

1 fin. 2 fin. cf. *Weyman*, l. c. p. 541; de forma plurali *locis* egit *Church*. Beitr. p. 93; 2. *rapto* retineri mavolt Buecheler, ludere putans poetam in locutione *Flori aetatis primae* quasi *floris aetatis pr.*; 4. malim *doctis*; 7. *ut nulli* traditur; corr. Studemund; 8. *diva* traditur, *dira* Studemund, *divae* ego ad Lachesin referens; *diva* recte sese habere putat Buecheler.

Digitized by Google

**1002—1003.** VIII 9442 Caesarea

Atm. Baribal(is) f. vixit anis | quinque
eréptus ést suis.

potest redigi in hanc fere archetypi formam:
annórum quinque eréptus est suís puer.

**1004.** VIII 9625 Manliana

(perierunt multa)
funera componit subito languore so[lutu]m
. . . . . . . . . . . . . . .

B 1241 1. IVNERA apographa, corr. Mommsen; SVRITO eadem, corr. idem; LANGVORES D | | IVM, LANCVORESO | | | | M apographa, correxit Buech.; 2. seqq. nihil certi datur: | IC | | | AF N | | | | E | | | OEBE | | | | |. vel | | | | I | | | M | . . . . . DOLOR . . . . apographa; possis sane conferre titulum VIII, 1359 (14883), unde arioleris:
ha]ec [ego carmin]a in[scripsi dictant]e dolor[e]:
ad v. 2. conferri iussit B. Mart. IX, 85, 3; Ov. Met. XI, 648.

**1005.** VIII 9686 Cartenna

d m s | Varia Honorata
virgó decóra et innocéns
quae própe novós obiít torós.

B ad n. 211 3. inocens; 4. obit.—dimetros iambicos constituit Studemund.

**1006.** VIII 10775=18657 Bir-el-Ughla

d m c s | C. Co. Primus | vixit an. LXXV |
suó leto, suis mé[ri]tis mor[tuús]

«id est vitam finivit quando et qualem fata voluerunt» Th. Mommsen ad tit.—Ad v. 1 cf. n. 893, 1.

**1007.** VIII 11091 Taparura

. . . . . . . . . . . pietati]s honorem
migro . . . . . . . . . . . . . . . . . [la]udes
et p[ia turba dedit lacrimas . . . . .

B 1627 christianus fort. non est.

**1008.** VIII 11635 Ammaedara

d m [s]
Fervida, dum potuit lusit m[odo kar]a pr[opinquis]:
[nunc tosti cineres et levis umbra manent].

Digitized by Google

B 812 «hexametri erant ad puellam praemature mortuam spectantes», Schmidt; supplevi ego et quidem v. 3. exempli causa; puerum etiam potuisse significari putat Buecheler *fervidam* iuventam intellegens.

**1009.** VIII 12159 Hr. Sidi Amara

d m s | M. Antonius Faustia | nus Nepos Principinus | insigni piaetate praeditus | . moribus et ingenio clarus, | acceptus patriae, dicen | di peritus. his cum sum | mo honore parentium | dilectus, p. v. a. XVIII d. VI |

2. PRAEBITVS lapis.—3. *his*, si recte descriptum, est fort. ablat. neutr.; sed in eiusmodi titulo potest et pro *hic* vel *is* accipi.—frustula metri passim deprehenduntur, ut 2. *insigni pietate* (cf. Verg. Aen. I, 10), 2. *moribus* <*et*> *ingenio clarus, acceptus patriae, dicendi peritus*, 3. *cum súmmo honóre paréntiúm diléctus*.

**1010.** VIII 13535 Carthago

rure o[pulens caru]sq(ue) suis Callistrat[us ipse]
in]terpres [voluit] nominis [es]se sui:
qui licet et [cen]su dives mansisset et a[uro],
invidiae numqua[m fer]vida vela t[ulit].
fortunatus olim, u[ni non] sibi, vixit ami[cis]:
au]xit congest[o p]redia rure nova.

B 1417 christianus est titulus, sed ad archetypa gentilia compositus; suppleverunt de Rossi Schmidt Mommsen.

4. *li*]*vida* [*t*]*ela* maluit de Rossi; *li*]*vida vela* placuit B·o; 5. *u*[*t non*] •*sibi* Mommsen; *v*[*ilis*] *sibi*. B.; *v*[*ixit*] *sibi*, Leo; *u*[*ni non*] *sibi* ego; ipsa sententia in lapide lineolis utrimque inclusa est, ut facile parenthesis dinoscatur; cf. Mart. IV, 73, 5: iam sibi defunctus, caris dum vivit amicis; 6. *stru*]*xit*, B.; praedia pro aedificiis accipiens.

**1011.** VIII 14697 Thuburnica s. I in.

Q. Annaeus | Q. f. Pol. Balbus Faven | tinus ann. LIII meiles | leg. V, donatus bis, II | vir Thuburn. h. s. e.
vixit honeste;
et tu ave.
arbi | tratu Q. Annae[i S]capulae.

3. nota clausula hexametri.

**1012.** VIII 15719 inter Ucubi et Siccam

et iacet hic talis, qui nunquam fraudibus iste

laetatus, post magnos actus pauperes reliquit liberos spe liberos.

B 623 1. exspectes *ipse*; *qui* aut *iste* abundare putat Buecheler; 2—3 eliminatis *pauperes reliquit* evadit sept. troch.—

«reliquit igitur servus filios sperans fore ut manumitterentur, (cf. n. 768, 4).—Alter titulus, quo nomen defuncti praedicaretur, videtur cum hoc coniunctus fuisse».

**1013.** VIII 16566 Theveste

. . . . . . . . . a] *vel* co]gitare iuvenilis amor | ullo magistro data. | reliquis totidem annis vixi | bene, ut fata scripsere mihi. | ferarum multo fuit potior, | quem domui quadripedem freno. | milibus, ut vili, vinti fuit sub | me si qui cecurrit ecus. | metae, quod fuit optabile mori, | sum cornuo labsus: | sicut fuit in voto, peri, licet | ob grave(s) casus. | nunc requiescunt reliquiae trig[a] | ri solo, per quo(d) fui notus. | C. Iulius Camma[rinus? . . . . . . .

B 1332 1. initio unam litteram excidisse testatur Schmidt; sed et *CO* potuit nexu fuisse exaratum; 6. PERI lapis: non mutandum; 6. *grave*; 8. *quo* lapis.—«tam ob versuum discriptionem, quam ob complura, quae dignoscuntur, exitus vel frustula dactylica et ob inflatum orationis genus scriptorem ad poetae partes adspirasse suspicor», Schmidt ad tit.—1. 2. «*ab anno inde . . . , non desii, quo eram iuvenili professionis meae amore, certamina* (vel potius *vehicula*) *agitare ullo magistro data*. i. e. a magistro quocunque mihi commissa», Schmidt, Mommsen; 3. «*ferarum* genet. pro ablativo», Schmidt; potest esse genet. partit.; 4. «*quadripedem* accus. per attractionem pro nomin.», idem; «*ut vili*=ut minimo». Buecheler; 5. «*cecurrit*, cf. Gell. N. A. VII, 9», Schmidt; 5. 6. «*metae cornuo, quod* (=ut) *fuit optabile mori, labsus sum*, i. e. in curriculo agitator metam circuiturus axe quam proxime admoto currum ei impegit et eius ruina periit. In locutione *metae cornu* certe nemo offendet», idem. De forma *cornuum*=*cornu* cf. *Georges*, Lex. d. lat. Wortformen, II p. 174 s. v.; 7. «*trigarium* est area, ubi trigae agitantur et equi exercentur, cf. Plin. H. N. 37, 202; C. VI. 8461; Corp. Gloss. II, 201, 45; Mittheil. des Archäol. Instit. Romae IV, 3, p. 268; vide etiam nomen, quod est *Trigarius*, n. 8650», idem; egit de voce illa etiam *Funck* in Arch. f. l. L. VI, p. 565 qui vertit «Rennbahn».

**1014.** VIII 16651 Theveste

hoc sit[a est tu]mulo c[as]tis[si]ma [femina? . . . .

B 625 HOC SIT | MVLOC | TIS MA I | lapis: supplevi ego; *hoc sit*[*us est tu*]*mulo C* . . . . Schmidt; *C*[*arus fa*]*tis ma*[*le raptus*] vel *C*[*hristi bap*]*tisma*[*te natus*] Buecheler; cf. VIII, 11581: Clodia Dativa, kastissima femina semper.

Digitized by Google

**1015.** VIII 18792 Bordj el Hadj Tahar

d m s | C. Aemilio Ianu[a] | rio iuniori, signo | Agentis memoria
[l]itterárum amandi; o, sórte(m) e[t] fortuna(m) ímproba(m)!
qui cúm per annos bís octonos vitá(m) gerit,
non út meruit, pestí vita functús est (subito)
inofesus cum ministeria tria: Fortunata Augendus Augenda. Et conscius [a]eter. h. e. b. q.

B 1788 prorsus idem est tenor huius tituli atque n. 10828, quocum recte Schmidt iubet conferri; potest Januarius filius fuisse Matronae.

1. 2. MEMORIA | | | IIIERARVM AAANDIOOB | lapis; *memoria [l]itterarum amando* Schmidt, qui inde ab *amando* vult metrum incipere, interpretaturque «librorum amabilium editori», sane nimis contorte; est nota constructio *memoria litterarum amandi* cf. *Draeger* H. S. II² p. 831; O autem post *amandi* vocabulum inserta itemque v. 3 inter *gerit* et v. 4 *non* mihi est distinctionis vel adeo interpunctionis quoddam genus, ut in titulo Carthaginiensi VIII 13134 O et Q; 2. OB | SORTE lapis; *ob sorte(m)* Schmidt, qui supplet *defuncto*, sed. cf. VIII, 10828; 4. *subito* suppletur ex titulo VIII. 10828; 5.=inoffensus; 6. EI CONSCIVS || ETER lapis, ut in titulo gemino; *h. e. b. q.=hic est, bene quiescat*, B.; *h(ossa) e(ius) b. q.*, vel *h(ic) [o(ssa)] e. b. q.*, ego.—Totam locutionem *signo agentis memoria(m) litterarum amandio* interpretatur Mommsen: *signo—agentis l. m.—Amandio, Amandio* pro signo accipiens, verba autem *agens m. l.* pro amplificatione «scribentis», nimis artificiose.

**1016.** IX 1533 Pagus Veianus

. . . . . . . . . . . . .
hon]or et ne tot[us pereat . . . . .
vivat] sine fraude aut sin[e dolo . . . . .

frusta sunt sententiae iambico numero compositae: cf. VIII 11824, 32.

**1017.** IX 1764 Beneventum

Basseus Beneben[tanus]
vixit annos . . . . .
hospés, resiste et túmulu[m contemplá meum],
lege ét moraris, iám sc[ies fatúm meum].
vixí, qua potui, kárus Ru[finó fide];
hic súm sepultus, híc os[sa in terrá cubant].
valéte et bene fácite vo[bis, dúm licet].

B 76 supplevit Buecheler, et quidem v. 1 ex titulo III. 6416 (confert etiam IX, 2128, V, 6808): *hospés, resiste et túmulum contemplá meum*; correxit s. n. v. 2 *fatum grave*, et v. 3 *Ru[fino patri]*; 2. et 4. ut supra. praeivit iam Conrads; ad v. 4 dedit Buecheler s. n. *os[sa ille condidit]*; idem olim

Digitized by Google

(Anthol. Lat. Epigr. Spec. I p. 24 n. 50) vv. 1 et 3 suppleverat hoc modo:

hospes, resiste et tumul[um hunc excelsum aspice].
vixi, qua potui, karus pa[riter omnibus];

disputavit de titulo Krascheninnikow in Ephem. Min. Publ. Instr. vol. 287 (1893) m. Iun. p. 143 sqq. (sect. class.); 2. *moraris* imper. cf. III, 9733; IX, 3895.

**1018.** IX 2042 Beneventum

Zoticus hic nomen nudum vanumque reliquit:
in cineres corpus et in aethera vita soluta est.

B 590 2. ad sent. cf. VI, 12087; X. 8174; XII, 631 all.; Ovid. ex P. IV, 13, 26.

**1019.** IX 2385 Allifae

P. Curiatio Ɔ. l. Tertio |
fessus labore hic requiescit honeste.

sunt fort. iambi.

**1020.** IX 2975 Iuvanum

C. Utius C. f. leto | occidit |
honéstam vitam víxsit pius et spléndidus,
ut síbi quisque exoptét se honeste vívere.
Arn. a. n. LXX

B 70 disputavit de restituendo titulo *Kraschenínnikow* in Eph. Min. P. I. m. Nov. et Dec. 1892 sect. phil. class. p. 70 sqq.; 1. *leto occidit* sumpta esse ex iambicis recte monet Buecheler; *leto* ablat. potius (ut dicitur *occidere ferro*) quam dat. (leto occumbere).

**1021.** IX 3193 Corfinium

. . . . . . . . . . . . .
C. Gavius C. l. | Idonius cum sui[s] |
qui caliculis, lana, | pelliculis vitam | toleravit suam.
[t]u, qu[i] legis, vale et, cum voles, [ve]nito.

B 209 2. h. e. *qui fabricandis vasis vestimentis calceamentis v. toleravit suam*; fortasse non sunt versus; 3. paucis transpositis fit senarius:

tu. quí legis, vale ét venito, cúm voles;

ad v. 2. 3 excogitavit Buecheler archet. hoc:

hic quaestu honesto vitam toleravit suam;

scite egit de titulo etiam *Zander* in Woelfflini Archiv VI (1889) p. 528 (cf. ibid. II, p. 121), qui carminis metra constituit hoc modo:

qui cáliculis, laná, pelliculis vítam toleravít suám;
tu quí legís valé et | cúm volés venito,

Digitized by Google

explicatque ita: qui caliculis (h. e. calliculis. «mit den Schalen der frischen welschen Nüsse») lana, pelliculis (tractandis) v. t. s., unde tinctorem fuisse defunctum colligit; cf. id. VIA. p. 68.

**1022.** IX 4463 Ager Amiterninus s. II a. C.

Protogenes Cloul(ei) suavei heicei situst mimus,
plouruma que fecit populo soveis gaudia nuges.

B 361 *Clouli* servus; *suavei* fort. pro *suaveis*, erit Nom. sg.; *suavis mimus* dictum ut *suavis homo; heicei* non est *heic (h)ei*, ut voluerat Ritschl, sed est locativus, de qua forma disputavi in opusculo «elogia Scipionum» in Eph. Min. P. Instr. 1884.

**1023.** IX 5258 Asculum Picenum

tu, quí proper]as, re[s]íste et perlege h[únc titulum]:
est cónditus hic M]odéstus dōmei Núm[idia],
misér, q]uoniam leto ínmatu[rus tráditus].

B 61 1. *qui proper*]*as*, 2. *m*]*odestus*, 3. *q*]*uoniam* et *inmatu*[*r* . . . . supplevit Mommsen; reliqua ego; 3. potest *inmaturus occidit;* 2. *domei*=*domi* positum pro *domo*; quattuor versiculos fecit Buecheler.

hac gressum qui cit]as, resiste et perlege:
. . . . . . . . . . . . . . . . . . usque m]odestus domei.
num[quam ulli acerbus, multis dignus fletibus,
q]uoniam l. inmatu[ro raptus sum patri].

**1024.** IX 5659 Trea

Q. Sertorius Q. l. | Antiochus colonus |
paupér fuit
aequo ánimo, scibat móriundum sibi.

**1025.** IX 5785 Ricina s. II p. C.

raeda[r]um custos numquam latravit inepte:
nunc silet et cineres vindicat umbra suos.

B 1174 epitaphium canis.

**1026.** X 578 Salernum

hic puer octavo fraudatus clauditur anno
impia quem fati saeva ruina premit.
nomen erat Clemens, minime laedendus et annis:
spes erat in puero: nunc cinis et gemitus!

B 1232 2. requiritur *impii*; 3. *et annis spes erat* iungit Buech., qui tamen ma-

Digitized by Google

volt *et omnis*; ego ludi puto in nomine pueri, qui cum ipse ‹clemens› fuerit, minime *omnis* (tempori, fatis) laedendus erat.

**1027.** X 672 Salernum 367 p. C.

Repositus man]et [hic] tabo pribatus luci in[tus],
Vixit et annos bis de]nos iunctoque secundo,
Se[d] mi[nu]s, incolumis, [sanus corpus a]nim[umque];
T[er]r[i]s humatus debitum (con)sumpsit perpetu[ale]:
In] manibus haec sors [est], nec [f]u[g]it aliquis ipsa[m].
Cu]ius si, lector, vis nomen nosse sepulti,
Ordin[e dec]urso a summa [l]i[tte]ra disc[e]s.
compari bene [merenti,] | qui vixit annos XXII
minus VII menses | [dies] XV deps. X kal. Maias
post consecrationem | Fl. Gratiani Augusti |

B 651 6. *hu]ius*, 7. *s]urso*, *l]i[tte]ra*, 8. *bene[mer . . . .]*, 9. *[dies]* supplevit Mommsen; idem putat v. 9. 10 male solutam in apographo esse formulam POST CONS.—Uberrime disputavit de titulo restituendo Krascheninnikow in Ephemer. Min. Publ. Instr. vol. 288 (1893) m. Iul. p. 3 (sect. ph. class.); ego supplendi, ut supra, periculum feci exempli gratia.—2. de annorum numero recte conferri iubet Krascheninnikow titulum Anth. lat. 1250, 7 M. simm. 3. *similes* apographum; emendavi ex versu 8; de nomine *Suagrius* cogitat Buecheler.

**1027a.** X 1195 Abellinum

in carmine christiano:

v. 1: respicis angustum precisa rupe sepulcrum

B 788 redit etiam ap. Huebnerum, Inscrr. Hispan. chr. 49, B 789.

**1028.** X 1284 Nola

Nardu' poeta pudens hoc tegitur tumulo.

B 962

**1029.** X 2503 Puteoli

en iuve]nis l[atis septe]m miser occidit annis
Heracleon, septem mensibus atplicitis,
quos super atvixsi [se]ptemq(ue) decemq(ue) diebus.
qui legitis, moneo: vivite, mors properat!

B 1231 1. ‹lectio prorsus incerta›, Mommsen; temptavimus B., ego; 3. ATVIX-SIPI | PTEMQ lapis, corr. Mommsen.



Digitized by Google

**1030.** X 2598 Puteoli

d m | Iuliae Iuliane, vix. ann. | XX m. XI d. VII |
possidet non merita locus hic cito corpus iniquum,
quae talem vitam meruit, ut curva senectus.
noluerunt superi: cito reddidit vita nefandis.
quod fuit ad superos, inimica nemini vixit.

B 509 2. h. e. *non meritam*; corrigebatur *immerito*, *emeritae* et in fine *iniquus*; vocatur *corpus iniquum* eius, quae fato iniquo mortua est; 3. confert Buecheler Ovid. Ars am. II, 670: *iam veniet tacito curva senecta pede;* idem redit fere Tib. III, 5, 16; ceterum facile crediderim post v. 3 excidisse hexametrum integrum talem fere: *conficeret fessam placide requiemque petentem*; 4.=vitam; *nefandum!* coni. Meyer; 5. *quod*=quoad, quad, ut passim.

**1031.** X 2645 Puteoli

hic cineres ad]q(ue) ossa iacent tantumodo [clusa]
adque animae sanctae (testis adest titulus).
sed qu]od aput manes sensus valet, [iam p]raeco(r) illae
ereptaeq(ue) animae [sit] quoq(ue) terra levis!
. . . . . . . Lais, Genices l., vix. an. XXXXV, hic s. e.

B 1324 1. supplevimus B., ego; in f. *clusa* ego; *vitae* B.; 2. supplevi pentametrum; minima vel potius nulla in lapide videtur fuisse lacuna; 3. *qu]od* suppl. Mommsen. reliqua B., ego: VALET | . . . . . . RAECO · ILLAE lapis; *imp]raeco* B.; 4. expletur nullo labore; 3. 4. solita sententia: *sed quia sunt manes, s. t. t. l.*

**1032.** X 2726 Puteoli

A. Memmius A. et Ɔ. l. | Celadus |
quei défuít nihil.

2. «significatur Celadum in nulla re officio defuisse», Bormann; mihi *quei* est *quoi*.

**1033.** X 2792 Puteoli 41 p. C.

C. Octavius Agathop(us) Min(or) |
ab oriente ad occidente fessus hic requiescit.

voluit qui scripsit fortasse iambos.—mercatorem fuisse credo, cf. Horat. Sat. I, 4, 29 sq.; Epl. I, 45 sq. et supra n. 983.

**1034.** X 2933 Puteoli

d m | Saturninae |

dié Saturni náta,
dié Saturni <diem> fúncta,
vix. annis III m. V d. XX.

3. *diem Satur* | *ni diem functam* | traditur; nominum lusus notabilis.

**1035.** X 2971 Puteoli s. II p. C.

Stallius Gaius has sedes Hauranus tuetur
ex Epicureio gaudivigente choro.

B 961 2. *gaudivigens* novum.

**1036.** X 4540 Capua

pinxit et ut decuit diverso fulxit honore.

B 323 traditur ut integra; aetatis Longobardae vel etiam s. XV esse putat Mommsen; cf. tamen *Weyman*, l. c. p. 534 et *Le Blant*, I. G. C., 206, 3.—*fulxit* erit *fulsit.*

**1037.** X 5019 Venafrum litt. antiquissimis.

alei ín venerieis [rébus fert opém Venus],
mihei cóntra ri[sit númquam ne minimúm quidem].

B 181 1. ut dedimus supra, supplevit Krascheninnikow in Ephemer. Minist. Publ. Instr. vol. 288 m. Iul. p. 14 (sect. class.); 2. suppletur ab eodem l. c. hoc modo:

mihei contra ri[det illa numquam, nec favet].

sed praeteritum hoc loco magis adridet, itaque mutavi, ut supra; suppleverunt alii aliter:

aleí in vénerieís [Chloé,] miheí contrá ri[xósa est]

Garrucci, numerum Saturnium sibi visus adgnoscere;

alei ín venerieis [rébus rem perdúnt suam]
vel: a. in ven. [rebus vitam conterunt],
mihei cóntra r[em bene aúctam fortuna ínvidet].
vel: m. c. ri[te partam Venerem mors rapit]

Buecheler, nam v. 2 RI in lapide esse adfirmatur, non RE; *furtis capiunt gaudia* et *Venerem mors tulit* fecit Leo. Quodsi tamen sensu inverso quis temptarit, nempe hoc modo:

alei in venerieis [rebus negat opem Venus],
mihei contra ri[sit semper et favit dea].

conferre iubebo titulos VI, 15258. 17985a; VIII, 1027. 7858; XIV, 914 alios.

**1038.** X 5282 Casinum litt. antiquis.

hic est ille situs nunc Q]ueinctius Gaius Protymus;
quoad veixsit, populo su]mma qum laude probatus,



Digitized by Google

quoius id ing]enium declarat pietatis alumnus.
Gaius Queinc]tius Valgus patronus (liberto fecit).

B 12 Buecheleri adnotationem integram hic repetere non ab re esse puto: «difficile est decernere, cum tam parvum carmen sit tamque mutilum, utrum iustos versus habuerit an consarcinatis poetae dictionibus in speciem versuum exeat. nam 2 *su]mmá cum laude probatus* et 3 *declarat pietatis alumnus* clausulae videntur hexametrorum; at 1 non potuit esse nisi Saturnius *heic ést sitús Q]ueinctiús-Gáiús Protýmus* (qualis est ille *donú danúnt Hércolei-máxsumé méreto* et in Corfiniensi lapide modo inventus *pes prós ecúf íncubát—cásnar oisa aetáte*). Saturniosque numeros aperte exhibet initium versus 3 *quoius íng]eniúm declárat*, etsi altera pars *pietatis alúmnus*, si ita pronuntiata est, ab solita genetivorum mensura abhorret. itaque versus 2 supplementum *) non audeo mutare. quod litterarum numero bene congruit cum 3, licet versiculus sic fiat magis tolerabilis *boneis vireis sú]mma-qúm laudé probátus*. —*Pietatis* sive cum *ingenium* sive cum *alumnus* coniungitur, durissimum est, nec tamen credibile in sequente versu nomen periisse, ex quo illud aptum fuerit. eius v. exitus vel Saturniis vel hexametris convenit, totus non differt a prosa». Eadem fere posuit s. n. Cum itaque hexametros non prorsus respueret vir rei poeticae lapidariae peritissimus, visum est et nobis eandem ingredi viam supplendi, sane non nisi exempli causa. Scite docteque disputavit de carmine Krascheninnikow in Ephemer. Min. Publ. Instr. vol. 288 (1893) m. Iul. p. 14 sqq.; ad *ingenium, pietatis alumnus* conferatur titulus II, 1699:
lanifici praeclara fides, pietatis alumna
priscae praecipue fama pudicitiae;
de C. Quinctio C. f. Valgo Pompeiano Ciceronis aequali cf. quae protulit Mommsen ad tit. X, 844, et Nissen, Pompeian. Stud. p. 119.

**1039.** X 6054b Minturnae

clara viri titulus tegit hic eva]nidus acta,
cuius et ossa simul hic tumulus] retinet.
sit licet ille cinis, multo sed] parta labor[e]
fama manet semper, facta manent h]ominis!

B 1765 3 *labor* apographum.
temptavi ego; lusit et Buecheler eleganter ut solet:
hic longa vita requiescit [*nomen in* IDVS] acta,
defunctumque suo terra sinu] retinet;
huic vivo non parva fuit res] parta labore:
iam parvas sedes ossa tenent h]ominis.
ad v. 1. cf. III. 7407. 8003; VI, 12086. 12087. 22215.

**1040.** 7738 Carales

hic sita, quae fuer]am prisca fidei [integritate],

---

*) h. e. *ameiceis sú]mma qúm laudé probátus*, ut editum est in Corpore.

Digitized by Google

sed nascend]i sorte lăbor ci[nis atque reponor].
ad manes iam op]erum penetrat s[i fama meorum],
oro precorque, tega]t t[erra levis cineres!].
supplevi ego.

B 1716 1. cf. X. 4539.

**1041.** X 7750 Carales litt. parvis vix Christianae aetatis.

hic pietatis h]onor, hic [sunt pia dona mariti].
casta sub hoc tumulo coniunx requi]escit Apici,
Iulia cui fuerat, dum vixit, Zosim]a nomen.
hanc sedem dederat populus, qu]od iu[s]sit et ordo.
supplevi ego.

B 536 1. cf. VIII, 590. 591 (n. 484); III, 1537 (n. 15); Anthol. Lat. 1202 M.
3. nomina posui exempli causa.
in duos hexametros coegit Buecheler:
ter dènis h]onor hic [annis requi]escit Apici,
ecce un]a nomen, [tempus qu]od vi[x]sit et ordo.
vel: t. d. h. h. equitis r. Apici.

**1041a.** X 7972 Sardinia

elogium christianum s. fere VII p. C. incipit a solita locutione hic situs.

**1042.** X 8089 Metapontum

Occius hic situs est, Mani prosapia, Festus.

B 370

**1043.** X 8174 Neapolis

Patricium domus haec aeterna laude tuetur:
astra tenent animam, caetera Tellus habet.

B 1420 christiana est; ad v. 2 cf. VI, 12087; IX, 2042; XII, 631 simm.

**1043a.** XI 319 Ravenna s. VI ex.

carminis christiani principium ex paganis:
clauditur hoc tumulo, tantum sed corpore, Drocton:
nam meritis toto vivit in orbe suis.

**1044.** XI 973a Regium Lepidum

. . . . . . . . . . .
nobilis ingenio, notus] et arte fuit;
quoius, ut est lenis, patrium diffusus in aer
spiritus, hic mater corpus operta tenet.

Digitized by Google

B 1108 1. periit unus hexameter, vix plura; 2. supplevi ego; *ingenio pariter clarus*] *et a. f.*, suppl. Hense; 3. 4. sententia solita; cf. III, 8003; XI, 3963; XII, 631; VI, 12087; IX, 2042; X, 8174 simm.; cf. etiam Ovid. ex P. IV, 13, 25 sq.; 4. confert Bormann Verg. Aen. VI, 140: sed non ante datur telluris operta subire.

**1044a.** XI 2836 Volsinii

ex paganis desumpta haec:

v. 4: sed traxit Fortuna diem nec distulit horam
5 fin.: tempora vitae; 6. nomen Alexander . . . . .

4 fin. cf. V, 6714; 5. clausula sollemnis.

**1045.** XI 3194 Falerii

ingenio, virtute, modo, doctrina, decore,
omnibus officiis praepollens, sed brevis aevo,
qui sex bis denis tantum [. . adi]ecerit annos
. . . . . sit . . . .

B 584 1. cf. *Weyman*, l. c. p. 544; 3. *tantum . . . bicerit* Garrucci qui *bicerit* interpretatur *bixerit, vixerit*; corr. Buecheler, qui inserit post *tantum cum*; 4. fort. *sit*[*us*].

**1045a.** XI 3571a Centum Cellae

. . . . . . ann]os bis q[uinque] . . . .
. . . . . . . . . . tradit[us . . . . .
. . . . . . fati v]i rapt[us iniqua]

est infimae aetatis, vix tamen medii aevi.

**1045b.** XI 4332 Interamna a. 468 p. C.

hoc parvo teg[itur Firmus post fata sepulcro],
qui fuit us[que] fide l[audeque notus item].
paenituit vitae . . . .
credere ne co . . . . .
a Domino celi . . . .
nec tamen id . . . . .
et pius . . . . .

B 1857 dederunt priores: 1. *tegitur*, 2. *fultus* vel *fuit usq.* (FVITVS FIDEL | , FVIFVS FIDE · L | , FVITVS FIDE P | , FVIT VS . . . FIDE · L | apographa antiqua); *fide legis* B. dubitans; 7. *et pius* Bormann.

**1045c.** XI 4866 Spoletium

artibus ingenuis, cura perdocta suorum

Digitized by Google

sortita egregium corporis omne decus,
nondum bis septem plenis praerepta sub annis,
hic Crocale casta condita sede iacet.
ludite, felices, patitur dum vita, puellae:
saepe et formosae fata sinistra ferunt.

B 1167 1. suarum Gruter probante B-o; 4. *casta* rectus ultima producta; 6. *formosae* lapis; *formosas* emendavit Gruter probante B-o, quod sane ad sententiam longe melius quadraret: solent enim *fata auferre* hominem, non *homo fata* in sepulcralibus.

**1045d.** XI 4980 Spoletium s. V fere p. C.

. . . . . proba]tur
. . . . . repperit] ille finem.
dum petit astra, animus mortalia cl]austra resolvit.
aeternā, extincto corpore, lu]ce vīvit.
. . . . . . . . . . . s]everus,
. . . . simplex, moribus ille p]robus.
. . . . . . . . . . . . vit . . . .
. . . . . . . . . p]ium;
. . . . . . . . . . . . sep[ulcra
. . . . . . . . . . . . . itate

B 1858 elogium viri cuiusdam metro elegiaco compositum; sententiarum frustula explevi; 10. ITATΓ · traditur fuisse in lapide (descripsit Bormann); sed cum pentameter non recte procedat, *ita te* puto legendum esse, non *itate*.

**1045e.** XI 4983 Spoletium s. VI p. C.

. . . . ṅ]ullive . . .
. . . aet]hera n . . . . .
. . . . . t]angeba[t . . .
. . . . . m fert hic . . . . .

B 1858 videntur fuisse hexametri quattuor.

**1045f.** XI 4984 Spoletium

tres [men
ses s[eptem
defun[ctus
est n[obis
pridi[e no
nas iul[ias

suppl. Bormann; metrum aegre dispicitur.

Digitized by Google

**1045g.** XI 4994 Ferentillum litt. s. circ. IV.

ceis il
po]titur
ulanu
v]ident

reliquiae distichorum duorum.

**1045h.** XI 5074 Mevania

d m |
T. Aelius Hospes hic situs est Mevan(iae) natus,
vixit ann. XII d. LII sine crimine vitae:
florentes annos subito nox abstulit atra.
vivite felices, moneo: mors omnibus instat.
T. Aelius Primitivus | filio pientissimo |

B 803 1. 2. corrupti hexametri duo passim obvii, velut n. 300, 5. 7; 3. usurpatur et pentameter: *florentes annos abstulit atra dies*, vel *mors ipsa eripuit* (n. 354, 6); 4. sententia trita, cf. n. 300, 8; 354, 7; B. 486, 3; 845. 2 all.; cf. ad n. 300; 4. 5. *abstulit atra* et *vivite felices* Vergiliana (Aen. 6, 272. 669; 3. 493 all.), passim occurrentia.

**1045i.** XI 5148 Mevania

iiiidi
s]ecundi
. . . . tulit
a]nn. XXVI
me]ns. XIIII
di]es XVIII

2. 3. exitus distichi; 5. erratum a quadratario pro VIIII.

**1045k.** XI 5193 Vettona

. . . marmor[eum post fata sepulcrum]
àeterno . . . te]mpore pone[tur . . .
. . . Marcio Secund[o . . .
. . . si]ve privatorum fiat [locus
iussimus] inscribi ut mores t[ui sint . . . . .
. . . . quoque imitandi . . .

elogium viri cuiusdam sepulcrale, ut videtur, etsi marmoris species (giallo antico) in sepulcralibus rarissime occurrit. Prosa oratio versuum particulis mixta atque composita. Sententiarum fragmina supplevi.

Digitized by Google

**1045l.** XI 5325 Hispellum

Melantus | mensum XIIII |
dulcis amicis, carus suis | .
qui neminem offen(dit) nisi quom est mortu(u)s.

3. senarius notae mediocris.

**1045m.** XI 5357 Hispellum

degere cum caris,] si quaeritis, ossa Sereni
non]dum desierunt, set, quasi vivat, amat.
hic iac]et; at viridi requiesce viator in herba,
ne]u fuge, si tecum coeperit umbra loqui.

B 1098; add. p. 857 1. ut supra, suppl. Rothstein; *respondere tamen*, B. collato Prop. V, 11, 83: *atque ubi secreto nostra ad simulacra loqueris. ut responsurae singula verba iace*; Leo proposuit *nos novisse tamen;* 3. | ET · AT · lapis a Bormanno collatus; minus igitur apta sunt supplementa *nemo vetat* Mommseni et Leonis, *si laetat* Hirschfeldii. *nosque petat* B-i in adnotat.; ut supra, Rothstein; *et monet, at* B. in textu.

**1045n.** XII 338 Gaiola s. VI p. C.

ex paganis desumpta:

v. v. 1. 2:
stemmate precipuum, trabeatis fascibus ortum
Innodium leti nunc sopor altus habet.
v. 9: hoc tomolo cuius tantum nam membra quiescunt.

B 1369 2. fin. cf. Ovid. Met. II, 417; 9. exitus sollemnis.

**1046.** XII 973 Arelate

gaudia semper [agens] quondam, dum vit[a manebat]
(sexaginta quinque) vitam [transegit] in annis.
. . . . . com . . . .

B 628 1 fin. explevit Le Blant, cetera Buecheler; 2. LXV lapis.
potest fuisse christiana.

**1046a.** XII 1045 Avennio

in carmine christiano anni p. C. 586 (cf. add. p. 821) archetypa pagana redolere videntur haec:

mensibus et geminis concludens tempora vitae
vivit in aeternum nullum moritura per aevum.

B 716 qui praecedunt versus decem falsi omnino haberi solent, sumpsisse tamen aliqua ex paganis poetam apparet velut: *condita sunt pia membra sepulcro, post cuius fata superstes. lustris iam denis et quatuor insuper annis.*

Digitized by Google

**1047.** XII 1122 Apta aetatis Hadriani imp.

Borýsthenes Alánus
    Caésareus verédus,
per aéquor et palúdes
    ét tumulos Etrúscos
5 voláre qui solébat
    Pánnonicos in ápros;
nec úllus insequéntem
8 dénte aper albicánti
9 ausús fuit nocére
12 út solet eveníre,
10 vel éxtimam salivā
11 spársit ab ore caúdam;
13 sed íntegér iuvénta,
    ínviolatus ártus
15 dié sua perémptus
    hóc situs est in ágro.

B 1522 4. *et ruscos* Masdeu; 9—12 transposuit Buecheler; tamen et quo leguntur ordinem posse defendi idem monet; equidem versus 9—13 acrostichon *ausus* efficere moneo, vix casu; v. 11 ante v. 10 posuit Riese; 10. *salivam* apographa, corr. Scriverius probante Buechelero.

de titulo egregiae notae vide Hirschfeldium et B. ad tit.; de Hadriano Caesare eius auctore v. *Tolkiehn*, inschr. Poesie, p. 164.

**1048.** XII 1499 Vasio s. VI.

in carmine christiano, quod propter amplitudinem non refero, ex paganis videntur desumpta haec:

v. 1 inlustris titulis, meritisque haut dispar avorum
v. 15 libertate animi, parcus sibi, largus amicis
v. 18 abstulit hunc rebus decimo mors invida lustro

cf. etiam v. v. 3. 9. 12—14.

**1049.** XII 1981 Vienna

Aspice, praeteriens, mo[numentum et perlege versus],
Vt noscas, fuerit quantus [vir quamque probatus]:
De parvis rebus censum [sibi opesque paravit],
Et patriae clarum de[cus extitit; annos . . . .
Natus, at eloquium f[uit consummatum animusque].
Tot titulis functus [requiescit marmore clausus]:
Iam non sentit on[us, levis est cui terra sepulto].

Digitized by Google

B 438 1. *monumentum*, 4. *decus*, 7. *onus* suppl. Hirschfeld; 1 fin. 3. suppl. Buecheler, cetera ego; 4 fin. excidit fort. numerus extra metrum ut solet positus.

**1049a.** XII 2113 Vienna

hi(c) requiescit in | pace Eunomiola | quae v[i]xit
[b]is de | nis et novem simu(l) labentibus ann(i)s.

B 763 1. *vixit*, 2. *eis* lapis.—2 fin. cf. Verg. Aen. II, 14; Horat. Od. II, 14. 2.

**1050.** XII 2114 Vienna

septenis decies cum Eustacia vixerit annis
hoc electa deo conditur in tumulo.
deponens senio terris mortalia membra,
sed revehens caelo pro meritis animam.

B 1444 est christiana, sed ex paganis v. 1. 2. fin.; 3. 4. cf. XII, 2660, 3. 4; *coelo* traditur.

**1050a.** XII 2124 Vienna

hoc iacet in tumulo sacra qui mystica semper
divisit populis pietate, honore decorus,
quem nemus Aelysium Marinum conclamat omne.

B 766 2. *pietatis* reponit Buecheler; ad instar paganorum elata esse nonnulla apparet.

**1051.** XII 2130 Vienna

hic requiescit in pace Mercasto,
qui florentem aevum LX egit per annos;
iucundam vitam (pius) haec per tempora duxit.

B 762 2. iussit conferri Buecheler XII, 2127 a se suppletam:
aeterna hic Martina in pace quiescit
qui [fl]oren[tem ae]vum [sexaginta e]git [in annis].

2. *aevus*=aevum, cf. Georges Lex. d. lat. Wortf. col. 26; 3. suppl. Buecheler.

**1052.** XII 3564 Nemausus

Dom[i]ti[ae] [F]or[tu]natae
nec i[u]ss[u]s [testamento] n[e]c voce rogatus
. . . . . . . . . p]i[is]si[m]a[e] posui
Cn. Cornelius Tanais.

3. potest fuisse pentameter; cf. XII, 5278; III, 13096.

Digitized by Google

**1053.** XII 4036 Nemausus bonae aetatis.

extollit p]atroni famam barbar[a tellus],
    cuius Roma libris adserit [ipsa fidem].
amissos ornat titulis, en aspice, iunctos,
    quos habet incolumes fovit amore pari.
supremas error ne posset rumpere ceras,
    arte sua cavit, clausit operta fide.
excipiet manes, sua qui sine lite reliquit,
    laudabit studium, cui sua cura cavet.

B 1112 1. suppl. Hirschfeld; *auxit p]atroni f. barbăr[ica tellus]* Hartel; *auxit p. f. barbat[us alumnus]* Buecheler; 2. suppl. Hirschfeld; 3. liberorum amissorum titulis nec non et protomis ornatum fuisse monumentum vidit idem; 5. *supremae cerae* de tabulis testamenti; 7. *excipient* mavolt Hirschfeld; posse tamen ad ipsum patronum referri, qui sibi vivus monumentum illud fecerit, putat idem; 8. *l. st.* h. e. heres. cui caverat testamento; nimis quaesite interpretatur Mommsen hoc modo: «defuncti ii, qui eius adiutorio usi sua sine lite reliquerunt, hunc advenientem plausibus excipient; item vivi, qui eius ope tutum patrimonium habent, similiter eum laudabunt»; *cui sua cura quies* coni. B.—ad 1 cf. XII, 5026.

**1054.** XII 5273 Narbo litt. s. I inc. p. C.

nec iussa testamento, neque voce rogata,
    sed pia pro meritis sponte sua posuit.

B 1008 1. 2. cf. XI. 1273; XII, 3564. 5274 all.

**1055.** XII 5350 Narbo .

in carmine christiano ex paganis desumpta haec:

v. 1: [. . . . . . . feliciter annis]
v. 2: vixdum transcursis Elysium ingrederis.
v. 4: tradita Gregorio Festa iaces tumulo.
v. 8: adfectus, pietas, forma, pudicitia.

**1056.** XII 5862 Valentia litt. s. f. VI p. C.

hic titulus teget <diac.> (A)emilium, quem funere duro
(h)eu, nimium celere rapuit mors impia cursu,
    XXXVIII etatis sue anno: mor | tem perdedit, vitam
    inve | nit, quia auctorem vi | te solum dilexit. |

B 768 mixta ex gentilibus et christianis.—2. *celere*=*celeriter*.

**1056a.** XIII 3048 Parisii litt. s. I p. C.

a! nimis indign]e rapuistis fata [puellam],

Digitized by Google

quae cunctis fue]rat propenso d[igna favore].
insignis forma, m]ixto lasciva [decore],
facunda et sapie]ns, comis, pia, ca[sta, pudica].
at nunc invidia f]atorum mort[ua virgo]
in terrae grem]io iungit ses[e abdita Diti].

supplevit Buecheler; 6. fin. fort. *matri* vel simm.

**1056b.** XIII 1393 Lemovices s. f. II p. C.

artis grammatices doctor morumq(ue) mag[is]ter
Blaesiănus Biturix, musarum semper amator,
hic iacet aeterno devinctus membra sopore.

B 481 1. cf. XIII. 128, 1; Lucretianum.

**1056c.** XIII 2315 Lugudunum s. III p. C.

. . . . . fi . . . .
. . . nom]en curio[si] . . .
voltis] si scire, quae . . .
. . . . . corpus et ipsum . . .
. . . pe]r mare Romam p . . .
. . . t albeus insontis
p]lures in Tartaro misit
p. c. et] sub ascia dedicavit

B 645 2. 3. suppl. Buecheler; 4. 5. clausulae hexametrorum duorum; 6. 7. *albeus misit* hexameter integer; cf. Verg. Aen. IV, 243: alias sub Tartara tristia mittit; 7. *in Tartaro* cf. Petron. Sat. c. 26 fin.: in balneo sequi.

**1056d.** XIII 633 Burdigala s. III p. C.

hic iacet | exanimen | corpus Do | mitiae civ. |
Treverae, | def. V. K. Febr. | Postumo | cos.

1. *examimen* positum pro *exanimem*, h. e. *exanimē*, *examinē*, Romanensium modo; ceterum de *m* finali prodiit modo in lucem accuratissima disquisitio epigraphica a *Diehl* (Jahrbb. f. cl. Phil. 1899 Supplbd.) conscripta. archetypi dactylici exordium, cf. n. n. 282. 404. 817.

**1056e.** XIII 911 Burdigala s. V p. C.

Leonti[i]
displicuer[e animae] venienti in corp[oris] usum
res [viles] hominum, D[omini pla]cu[ere do]cendae.
septe[nnis iacet hic caeca pes]s[umda]ta nocte

Digitized by Google

et [cuncta in cassum ceciderunt] v[ota par]entum.
la. . . .

B 631 1. signum defunctae; signa generis masculini feminis etiam tribui observavit Hirschfeld ad XIII, 2591. tenorem carminis informavi praeeunte Buechelero, nisi quod v. 3. *Domini* proposuit Bormann, *docendae* Hirschfeld; 6. non ita multa perisse videntur.

**1056f.** XIII 2371 Lugudunum 504 p. C.

. . . . ede . . . . i . inna . . .
. . . . d]edere necem
. . . . toris cura redemti
. . . . a flenda manu
. . . . Cytheo v. c. cons.

B 1364 1—4 disticha duo; 1. an *sede perenni*?

**1056g.** XIII 2374 Lugudunum 510 p. C.

hic cuiu(s) in hoc condun[tur] membra sepulchro
Saraga [dict]us est *etc.*

2 cett. prosa oratio.

**1056h.** XIII 2386 Lugudunum 552 p. C.

hic iunctae saepulchris | iacent Maria venerabilis |
religione et eius Eugenia neptes; | sed Maria longum
vitae c(u)rs(u)m | centeno consule duxit. ob(iit) d. id(u)s |
ian(uaria)s. Eugenia XVIII ann(o)s habens | iuventatis flo-
rem amisit durae | violintia mortis. ob(iit) d. III kal(enda)s |
ianuarias XII p. c. Iustini ind. prima |

B 711 e paganis v. 1. 3 (cf. Martial. VIII, 45, 4: amphora centeno consule facta minor; cf. Leblant ad tit.), 5; ad hexametros tetendit qui composuit.

**1056i.** XIII 1489 Augustonemetum litt. s. VI p. C.

de]betum naturae quidem co[m]p[le]ve[rat ipse];
fragele umeda terra sumit, non tenit ad[huc?] hic antra sepulcri,
sed h[abitat] celos, quem iusta [fecere] felicem.
condetu[r] hoc tomolo levita Dni . . . . . . . Innocencius illi
nomen ab avo protra[hens . . . . . ]beatus in morebus,
vitam benigna(m) to[lit. . . . . . .]vix gesserat annus,
cum s[ubito saeclum . . . . . . . . . proiecit inane].

Digitized by Google

2. potest et *adtamen*; 3. *acelos* traditur; supplendum *facta*; 4. *condetum* lapis; supplementa non ubique certa. v. 1 redit in titulo metrico corrupto s. VII (636 p. C.), XIII, 1513, 1.

**1056k.** XIII 1483 Augustonemetum s. VI vel VII p. C.

hoc tegetur tomolo, qui | legis, intellege iacentem, |
diacon(us) Emellio nomine | ipse; ter denus et lustra sic |
gesserat annus, set mors | inveda abstolit iovenim |
vitam obiet sub die V Kalend. | Augustas, anno XXXVII rigni
do]m(n)i Chlotharii regis.

facile dinoscuntur notorum archetyporum frustula barbaro modo consuta.
2. erit fort. *ter denos et lustra sex*. sed obstat v. 3 fin.; *vix gesserat* XIII, 1489.

**1056l.** XIII 1315 Avaricum aetatis labentis.

clauditur oc gremium Sperendeus rite sepultus,
qui studuit vitam semper abere piam
obiit VIIII id. Iulii.

1. *gremium* est *gremiu*, *gremio* (Terrae scilicet); *Sperendeus* est Francogallorum *Espérandieu*.

**1056m.** XIII 1491 Augustonemetum

hoc iacet in tumulo sacrata Georgia Christi
et divota bonis mente fide merito.
ob quam magna patrem premeret cum turba procorum,
illa Deum legit feliciore toro.

2. fuit in lapide fort. *devota*.

**1056n.** XIII 1547 Cadurci

conditus hoc tumulo tegitur Gregorius exul
exulis et P[et]ri quem posuer[e] manus.
qui tamen Hispana natus tellure supremum
conplet Cadurcis morte deflendă diem.

B 1419

**1056o.** XIII 1603 Ager Vellavorum

. . . . . . . . . i . . . . . i . . . . . .
ti]tulum monime[nti]
e]xiit ann(os) XXXIII di[e]s
. . . . . . . . sis filior(um) ma . . .

. . . . imo . . . in . . . . . . . . . . . . . .
si]c est vita homin[um]

1. 2. hexametrorum aegre dinoscuntur frustula; certe v. 6 trita sententia dactylicum prae se fert colorem; supplevit Hirschfeld.

**1056p.** XIII 1827 Lugudunum

Au]gusti l. l. aquar(ius) | [b] m p |
. . . . . . . m]ens clara recessit
fl]amma dedit . . .
msde]ratus, honestus
. . . . . . . . . . . . .

titulum valde mutilum supplevit Bormann.

**1056q.** XIII 1856 Lugudunum

d m | T. Flavio Floro | domo Philippopoli | ex prov. Thracia |
veter. leg. I Min. P. F. | ex bf. proc., qui
septies denos animam sine crimine pertulit annos
Threptius Val. Primus Viperius | et T. Fl.
Protus her. | et sibi f. c. et s. a. d. |

B 814 3. archetypum dactylicum adgnovit Allmer; 4. *Threptius* «alumnus» est eidem, vix recte.
cf. ibid. 1891: sexies denos a. s. cr. p. a.

**1056r.** XIII 2429 Lugudunum

hoc conten[ta iacent] Taurini me[mbra sepulcro]
. . . laris in ho . . .
. . . iam relegi[onem]
. . . tenui[t] . . .

v. 1 suppletur ex XIII 2433, quod Leblant fecit.

**1056s.** XIII 2433 Lugudunum

hic conte[nta iacent *illius* mem]bra sepulcr[o]
. . . . de vita perpetua . . .
. . . . radium solis o . . .
. . . . ut inter elect[os]
vix.] an(ni)s VI et dies . . .

1. cf. XIII, 2429.

**1056t.** XIII 2435 Lugudunum

. . . . . . . . . . v]eneraris mente tri[n]u . . .

Digitized by Google

. . . . . que funde precis.
vir iacet hic saecli qui] summo dignus hono[re]
. . . . . . . . . . . . .

2. h. e. *preces.*

**1056u.** XIII 2436 Lugudunum

. . . . . i . . . .
. . . . d]uxit culmine . . . .
. . . . sacerdotii oi . . . .
. . . . i auri ponder[e . . . .
. . . . co]nplevit m . . . .

sacerdotis elogium amantis pauperum ut videtur.

**1056v.** XIII 2312 Lugudunum

neque iussa testamento | neque voce, sed bona |
piaque mente nota |

notum archetypum, cf. n. n. 1052. 1054.

**1057.** XIV 1865 Ostia

hic situs [est . . . . . .
finita luce [est subito detrusus ad umbras].

supplevi ex. gr.

**1058.** XIV 2771 Labici

. . . . . . son[ore, cum teneret] memoria
nomin]is multi foratas musicis arteria[s],
ips]e caestata can[ebat] comica Atella[nica]
. . . . . . pas pa . . .

B 236 suppl. Buecheler; 3. *can[tica]* Dessau in add.—2. *multiforatas* iungit Dessau in add.—de cantore agi iocoso sermone ait Buecheler; de ludis diversi generis Dessau.

**1059.** XIV 3870 Tibur

. . . . . . . . . . . ri data se[des . . .
. . . . . . . sopo]rata quie[scit]
. . . . . . . donaverat [aram]
. . . . . . . con]diderant . . .
. . . . . . . su]peros tam[en
. . . . . . . f]lectere te . . .



Digitized by Google

. . . . . . . v]irtute pu[ellae]
. . . . . . . su]peri . . . . . . .

B 1665 8. potest fuisse solitum *vivite felices superi* cett.

**1060.** XIV 3871 Tibur

. . . . . mo]rtis lingua mea . . . .
. . . . . consiste et gene[ris . . . . . .
. . . . . quam est qui r . . . .
. . . . . . . . . . . . iutui . . .

B 1681 2. solita adlocutio ad praetereuntem; 1. 2. sententia potest fuisse talis fere: «licet vi mortis lingua mea defuncti devincta sit, loquitur titulus», cf. VIII, 7156: *hic ego qui taceo (sic lapis) versibus mea vita demonstro*; XIV, 480: hic ego qui sine voce loquor . . .; *a*]*rtis l. m.* [*et carmen si quid tenet, hospes*, lusit B.

Digitized by Google

# X.

# TITULI AUTOBIOGRAPHI.

---

**1061.** II 59=5186 Pax Iulia s. I ex. II-ve in.

quisq(ue) praet[eriens] sitam viato[r]
[flore] termine legeri[s peremptam]
me aetatis vicesim[o], dolebis;
et si sensus er[it] meae quietis,
qu(a)e lasso tibi dulcius precabor,
vivas pluribus et diu [se]nescas:
qua mi[hi] no[n l]icu[it], fruare vita!
si t]e flere iu(v)at, quitn[i] inge[mi]scis?
Ann(ius) Inachus haec ma[terque] Io fac(iebant):
i, potius, propera: nam [qui] legis, ipse legeris!
Nice a. XX v.

B 1553 post Huebnerum Hauptium Buechelerum disputavit de hoc titulo Kraschenninnikow in Ephem. Min. Publ. Instr. v. 287 (1893) m. Iun. p. 113 sqq. (sect. philol. class.).—

1. QVISQ lapis; est *quisque*=quisquis, ut iam vidit Haupt; *quisq(uis)* B.; *praet[eries]* Haupt (=praeteribis); solitam participii formam restituimus B., ego; 2. *si cum*] *termine* Haupt, *postquam* Buecheler, *flore*] ego; *peremptam* Haupt; 3. *vicesim[o]* Haupt, qui conferri iussit Catulli carmen LV; 5. QVE lapis; *lasso tibi*, cf. IX, 3358; 7. MI | | | | | | | NC | lapis; fuit itaque sine dubio MIHI incisum, etsi *mi* requiritur, ut vidit Haupt; 8. IVAT lapis; v. v. 4—8 dedimus ex Hauptii restitutione; 9. 10 sunt hexametri mediocres, a Buechelero restituti; cf. II, 4315; 9. ANN lapis; *Ann(ii)* magis placet Huebnero, quam *Ann(ius)*; *Ann(ius)* probavimus Buech., ego; 10. *nam* [*qui*] *legis* Mommsen; [*i*]*am* [*quod*] *legis* Buecheler olim, Huebner; sed NAM certum esse videri dicit Huebner in Supplemento: *legerisi* lapis casu vel quadratarii errore; 11. NICE AXXV | lapis cuius ectypum Hueb-



Digitized by Google

ner (in Suppl.) iterum contulit; potest sane esse *Nice a(nnorum) XXV*, ut legit Huebner in Supplemento (error sane typothetae est *Nise annor(um)* XXV, sed ut iam Haupt monuit, repugnat v. 3, qui tum restituendus erit hoc modo:

me aetatis vicesim[o quinto] dolebis,

ut dedit Huebner in Supplemento; tamen licet occurrant id genus vitia in annorum numeris defunctorumque nominibus, praestat *Nice a. XX v.* legere cum Hauptio pro eo quod esse debuit *Nice v. a. XX*; nec repugnat Huebner, qui V illud etiam quadratarii neglegentia effectum esse non negat (Suppl.).

**1062.** II 1821 Gades

«ave».— | Herennia Crocine, | cara sueis.
inclusa hoc tumulo Crocine, cara sueis.
«vixi ego, et ante aliae vixere puellae:
iam satis est; lector discedens dicat: ««Crocine, sit tibi terra levis!»»
valete, superi!»

B 1566 redigitur satis facile ad archetypum:

inclusa hoc tumulo . . . . . .
vixi ego et ante aliae (multae) vixere puellae.
iam satis est; lector, solito de more sepultae
discedens dicas: «sit tibi terra levis»!

archetypi v. 3 suppletur ex titulo II 1293, 6; eiusdem v. 1 potest etiam hoc modo concipi:

cara suis tegitur tumulo hoc ⏑⏑–⏑ puella;

v. 1 init. *ave* legentis, cetera narrantis.

**1063.** II 3181 Valeria

d m s | Ael(io) Herme | roti aurige, | defuncto | Ilici ann. XXIII; | Hermia s(ervus) | r(ei) p(ublicae) Val(eriensis) | f[ili]o in | conpara | bili; s. t. t. l.
frequéns viator, saépe qui transís, lege:
natús pro te, sum [iniú]st[o fa]to có[nditus].

B 123 5. «senarii alterius supplere verba nescio; desideratur sententia talis fere: quamquam ut tibi prodessem natus sum, tamen occubui», Huebner ad tit.; temptavi ego litterarum umbras incertas secutus; lusit Buecheler hoc modo:

natus pro te sum, [mox eris tuto loco]
vel: n. p. t. s. [dormies (traderis) t. l.]

**1064.** II 3256 Baesucci litt. s. primi.

. . . . . . Cassius Crescens h. s. [e.]
tu, qui] praeteriens nostro remor[are sepulcro].

Digitized by Google

ia]m festinato lumine pauca l[ege.]
Cre]scens hic ego sum: fueram [modo nomine «crescens»]:
quod non adcrevi, nome[n inane fuit.]
o]mnis amor patriae populi m[e voce secutus]:
hunc mors praecipuum testi[ficata mea est].
n]obilis ingenii virtus virtute [loquelae],
cum pietate pudor non tem[eratus erat],
ha]s laudes tumulo nostro pa[ter optimus addit],
i]ndice quo solo mors m[ea nota tibi est].
qu]od via finitimast m[onimento, iam precor, hospes,]
t]u me praeteriens ne [fuge conspicere],
o]mnis e numeris [trahitur nam vita sepulti]:
iam q]uia legisti, dic: «s[it tibi terra levis!»]

B 1196 10 init. ex lapidis fracturae forma conicit Huebner ante S fuisse A litteram; in fine ipse dedit S, in Supplemento autem p. 949 correctius legit P/ ¦ ; 11 init. N fuit aut V; 12 in fine M dedit idem. adfirmat tamen posse legi et AR\ (fuit sine dubio MON); 13 in fine fuit I vel E; 14 init. M fuit aut A aut etiam I.—carminis v. v. 2. 3 supplevit Huebner nullo adiuvante; v. 2 *paulum pr.*, v. 3 *dum f.—legis* Buecheler; v. 4 explevit Hirschfeld in addendis p. 710; potest etiam suppleri: [sed nomine tantum], cf. XI, 313; *fueram spes magna parentum*, Buech.; 5—9 supplevit Haupt; 10. *ha*]*s* suppl. Huebner, sententiam hanc fere fuisse addens: «laudes meas huic tumulo nostro inscribendas curarunt, nam tumulus solus index earum esse potest, quia tam iuvenis occubui»; supplevi ego; *pater ipse notavit*; Buech.; idem v. 11 dedit *mea morte caret* quaesitius; 12. 13 init. suppl. Huebner interpretans distichi sententiam hoc modo: cum ad viam sepulcrum situm esset, rogare defunctum, ne a praetereuntibus neglegeretur; supplevi ego; v. 12 *multis haec scripta legentur*, v. 13 *ne violare velis*, B.; 14. init. suppl. Huebner, *numeros* recte de carmine intellegens vitam defuncti continente; supplevi ego; *manis e n. nostris ut gratia tangat* Buech.; 15. suppl. Huebner recte monente Hauptio tale fuisse pentametri corrupti archetypum:

dic, quia legisti, sit tibi terra levis!

*dic super ossa*: *vale* Buecheler.—

13. *praetereens* lapis; videtur non esse retinendum; 14. malim *omnis de numeris*; sed cum primum elementum etiam I fuisse posse adfirmetur, *carm*]*inis e numeris* potest suppleri.

**1065.** II 4174 Tarraco

bene sit tibi, viator, qui me non praeteristi legendo.
Paus[ania]s iaceo miles . . . . . . triaria natus.
vi(xi) ann. LV men . . . . . .
si quit superu hic mesoleus nemin[em] debet.

Digitized by Google

videtur lapis et aetate laborasse et parum accurate esse descriptus.— 2. hoc fere nomen a variis corruptelis restituitur, sed id ipsum fuisse non adfirmaverim; MIL. SAMIISTRIARIA vel similia traduntur; nihil occurrit certi; *Samothrakia* dedit Muratori coniectura fortasse; 3. IV quod a melioribus traditur, videtur esse LV; 4. eliciuntur haec fere: *sequi superu(m) hic maesoleus nemin(em) debet*; ceterum videtur tituli auctor hexametri formam adpetisse.

**1066.** II 4314 Tarraco

d m | Eutycheti | aurig(ae) ann. XXII | Fl. Rufinus et |
Semp. Diofanis servo b. m. f. |
hoc rudis aurigae requiescunt ossa sepulchro,
nec tamen ignari flectere lora manu:
iam qui quadriiugos auderem scandere currus,
et tamen a biiugis non removerer equis.
invidere meis annis crudelia fata,
fata, quibus nequeas opposuisse manus.
nec mihi concessa est morituro gloria circi,
donaret lacrimas ne pia turba mihi:
ussere ardentes intus mea viscera morbi,
vincere quos medicae non potuere manus.
sparge, precor, flores supra mea busta, viator:
favisti vivo forsitan ipse mihi!

B 1279 2. est nomen *Diophanes*; 14. forsitam.—9. 10. cf. VIII, 16566; 13. 14. cf. II, 3181.

**1067.** II 6130=VI 23942 Tarraco

d m | Sexti Perpennae Firmi |
vixí, quem ad modúm volui:
quaré mortuus sum, néscio!

«putabat fortasse qui fecit versus se dedisse, cum adhiberet formulam vulgatam», Huebner ad tit.

**1068.** III 293=6825 Antiochia Pisidiae s. I p. C.

T. Cissonius Q. f. Ser. vet. | leg. V Gall.
dum vixi, bibi libenter: bibite vos, qui vivitis.
P. Cissonius Q. f. Ser. frater | fecit |

B 243 2. metrum adgnovit Buecheler; lusus redit saepius etiam in medii aevi carminibus, veluti
nectar clarum Scripturarum
potant liberaliter:

Digitized by Google

**bibant bibant, vivant vivant**
**omnes aeternaliter,**
**(Herradt v. Landsperg, ed. Engelhardt, p. 128).**

**1069.** III 1854 Narona

. . . . . . C. l. Fortu[nata] | an. XIIX h. s. e. |
si pietas prodest qui(d)quam vixisse modeste,
vos precor, o mane[s, sit] mihi terra levis!
libertas [olim] fuer[at] promissa [merenti],
[en r]es sub fatum veni[t in] arbitriu[m].
vivite felices, quibu[s] est fortuna superst[es]:
spenque meam oppress[i]t fatus in Hiluricum.

B 1117 v. v. 1. 3. 4 (fuerat). 5 fin. 6. 7. suppl. Mommsen; reliqua ego ad scripturae ab innovatore tituli corruptae vestigia; menda gravia subscribere necessarium non puto.—2. asyndeton notae volgaris; debuit *quidquam ac*; innovatori corruptelam imputari debere Buecheler opinatur fort. recte; 4. *libertas cui iam f. p. set ante* Buech.; 5. fin. supplendum *fati; Ditis s. f.* Buech.; cf. Petr. frgm. B[3] p. 117 XXXVIIII, 4; 7.=in Illyrico.

**1070.** III 3576 Aquincum s. V p. C.

Francus ego cives, Romanus miles in armis
egregia virtute tuli <bello> meă dexteră semper.

B 620 1. *cives* lapis, quod non mutavi; probavit et Buecheler; 2. *bello* abundat; *tuli arma* interpretatur Buecheler; puto iungi debere *virtute egregiā tuli* h. e. *facta*, ut dicitur *ferre fraudem*, *grates*, sim. «litteris non bonis, sed Latinis, non barbaris».

**1071.** III 3676 Pannonia inferior

ille ego Pannoniis quondam notissimus oris,
inter mille viros fortis primusq(ue) Batavos,
Hadriano potui qui iudice vasta profundi
aequora Danuvii cunctis transnare sub armis,
emissumq(ue) arcu, dum pendet in aere, telum,
ac redit, ex alia fixi fregique sagitta;
quem neque Romanus potuit nec barbarus unquam
non iaculo miles, non arcu vincere Parthus.—
hic situs, hoc memori saxo mea facta sacravi.
viderit anne aliquis post me mea gesta sequ[a]tur:
exemplo mihi sum, primus qui talia gessi.

B 427 2. *primus fortisque* (h. e. *fortesque*) Buecheler ad codices minoris fidei, fortissimum cohortis miliariae intellegens, ad sensum recte; *inter m. v.* cf.

Digitized by Google

Ovid. Met. XI. 528; Sil. It. X, 174;. 6. *ex alto* corr. Schrader otiose: 9. *hoc memori* Buech.; *hic memori* Corpus; 10. *gesta sequatur* Fabricius probante Buechelero; *facta sequentur*, *f. sequetur*, *f. loquentur*, *f. sequatur* alii.—de tituli primarii antiquitate iam nemo est qui dubitet.

**1072.** III 4483 Carnuntum

C. Valerius C. f. | ser. her. tub. | mil. leg. XV | Apoll. stip. | XVI ann. | XXXVI | h. s. e. |

vivite felices, quibus est data longior hora:
vixi ego, dum licuit, dulciter ad superos.
dicite, si merui: «sit tibi terra levis!»

B 1082 1. *ser. her. tub.* quid sit ignoratur; tribum domum patriam significari putat Buecheler recte fortasse; 3. *ora* lapis; 5. *tera* id.

**1073.** III 6416 Burnum s. I p. C.

P. Fanniu[s] | Ani. Cremon(a) | eq. leg. XI an. | XXIX stip. XII | h. s. e. f. f. pos. |

hospes, resiste et tumulum contempla meum,
mora[re gressu]m, litteras nos[tras lege];
mando, et st[ilo consigne]s, alter [ut sciat],
[miseris vitae nobis] legem [incertam dari].
[nam fa]tus aliqui[d ex improviso] facit.
titulum intuere scriptum, quo fato occidi:
rumore sancto Ilyrici iaceo in solo.
infunde lacrumas, quisquis es [mihi] misericors:
aetate [cuncta] ceciderunt mecum [brevi].
ae]quo animo vive vitam, [quoad] fieri [potest].
oiam | [pi]gnoris al | r quaedam | sademii | nomen
in p[rincipio] | quorum . . . . .
prima noc[te] | vivo fieri | satis | .

B 82 epigramma scriptum esse ante Claudium vidit Buecheler.—
4. suppl. Mommsen; 5. 7. 11. 12. 14. 15 expl. Buecheler; 6. ego; 11. cf. *mors tua perfecit*, *ut essent omnia brevia*, El. Scip.; spei et fortunae vale dicitur alibi; 13—15. fragmenta duo eiusdem fort. tituli; supplendi copia datur fere nulla.

**1074.** III 8160 Singidunum

in[p]ia fata mea Falconi [morte fuerunt],
qui plus non vixi, quam [septem parvolus annos].
Romulus [filio]

B 566 1. 2. suppl. Buecheler; 1. iunge *mea Falconii morte*.

Digitized by Google

**1075.** III 9733 Delminium s. I p. C.

Q. Baebius Q. f. Serg. Conan(is) | miles leg. VII ann. XXXXV | stip. XX h. s. e. |
quamvis la[ss]e viator, rogo, ne graveris et tumulum contempla meum,
lege et moraris, iam aliquid resciveris:
dum vixi, hilaris, iucundus amicis (fui);
nunc to[stu]s iaceo, hic o[ssa req]u[ies]cunt mea;
natus sum Canonis, conditu(s) in Illurico.
vale et bene facito vitae. dum fatum venit.

B 77 centonem insignem ad tempora Augustea rettulit Buecheler, qui suppl. v. 7. (*tostus* ego, *torpens* Buech.); metri dactylici passim apparent vestigia, veluti *quamvis lasse viator* (3), *dum vixi* . . . *hilaris*, *iuc. am.* (6). *nunc tostus iaceo* (7); hendecasyllabum fecit Buech. 3: *quamvis lasse rogo legas viator*; totum carmen in senariorum normam coegit idem hoc modo:

rogo ne gr. tum. c. meum | lege et morare i. a. r.
dum v. amicis h. i. fui | nunc torpens i. h.'o. r. mea
natus sum Romae, in terra aliena conditus.

6. de hiatu cf. *Birt*, Rh. Mus. 99. 54. 1, p. 222; 8. debuit esse *Conanis*; 9. *facito*, *vitae* Buech. in Corpore; *facito vitae*, id. in Anthol.

**1075a.** III 14850 Salonae

Q. Sept(imio) Antonio, def(uncto) ann. XVIII m. V d. II, et | Q. Sept(imio) Antonino, def(uncto) ann. XXII m. XI dier. XXIII |
«ego, Antoninus, umbra tenu(i)s, «have» tib[i] dic[o], meator,
quamvis festinanti gradu [c]arpas [i]t[e]r, res[is]te pau[l]um [e]t leg[e] casu(m).
sic ego v[ixdum anim]am m[ei fr]atr[is re]tinere cupisco,
spiritu[s extemplo] mo[rientia] m[embra r]eliquit,
malignusqu[e] casus ma[le fecit] corpori toto.
post cuius exi[ti]u[m reliquias]que funeris [t]erre datas
decubui pro [tem]po[r]e [ego] noctesque diesque.
iam trahor [i]n tenebras ducorq(ue) amplectere fratr(em):
hoc fatali casu da[tu]m est: pergam nunc Tartara divo,
reliquiasque meas cu[rent hi]c or[b]ati parentes!
iam casum cognosti meum: feliciter pe[r]ge, viator».—
decepti [s]enes testemur funera natuum:
et pi]etas titulo d[ep]lorat [fata parentum].

carminis pessimae notae, versibus in lapide evanidis, restitutio difficillima; fecimus quae potuimus Buecheler ego.

Digitized by Google

5. ***retinere***, 6, ***reliquit***, 8 (toṭum), 12—15 (totos) praeivit Buecheler, reliqua supplevi ego.—3. VMBRATENVS traditur; ***umbra tenus***, h. e. «quatenus umbra personam gerere potest», B.; 9. ***pro[pe tres annos*** suppl. B.; 11. ***Tartara [a]divo***==T. adibo, B.; ***T. a divo*** Kubitschek; malim ***dira*** vel certe ***divi***; ***divo*** dativus erit; 14—15. parentes defunctorum iuvenum loquuntur.—Ad sent. cf. n. 657.

**1075b.** V 192 Pola

d m | Laeliae One | sime. eram | quondam fa . . . . .

est frustulum metri dactylici.

**1076.** V 1727 Aquileia

praeteriens hoc quisque le]gis, mea fata dolet[o]:
Urbicus hic iaceo qui] prima (a)etate dec(ep)tus
vix. ann. . ] m. V dies XV |

supplevi.—2 fin. ***dectus*** lapis h. e. ***deceptus*** potius quam ***defunctus***.

**1077.** V 2931 Patavium

dis | manibus | Claudiae | Ti Augusti l. | Toreumae | annor. XVIIII |
hac ego bis denos nondum matura per annos
condor humo multis nota Toreuma iocis.
exiguo vitae spatio feliciter acto
effugi crimen, longa senecta, tuum!

B 996 4. ***iocis*** Furlanetto et Mommsen, qui lapidem recognovit; ***locis*** Petrettini inepte; puellae ***ioci*** magis respondent.

**1078.** V 3415 Verona

Q. Octavio | Q. l. Pob. Primo | VI viro Aug. | sac. iuven. | Octavia Tigris pat(rono isdem) | coniugi b. m. et sibi | v. f. |
quaerere consuevi semper neque perdere d[esi]:
nunc ab utroque vaco decasa paul . . . . volvit.
hic mea conposito requiescunt o[ssa sepulcro]
et labor a puero, qui mihi semper erat.
nunc labor omnis [abest durus] curaeque molest(a)e:
nec scio, quit nunc sim, nec scio, qu[it fuerim].
parva tamen nostro remanent solacia facto:
vivent, qui l[audent], vivi quia dona fruuntur.
vivite felices, quibus est fortuna [superstes].

B 1095 3 fin. cf. V, 2986. 4656. 6842. 7047; Manil. IV, 3; ***d[ona]*** Haupt non recte; 4 fin. ***de casa pau[sa re]volvit*** Haupt dubitans; cogitabam de ***decasa***

*paula revolvit*, ut dictum esset *decasa* sicut *repulsa*, pro *casu*: de foliis pomisve deciduis («decasis») intellegit B. suppletque *paulum flaminis voluit*; 5. 7. 8. 10. suppl. Haupt praeeunte ex parte Muratorio et Burmanno; 5. *ossa quiescit* B.; 7. *abest semper* B.; *abest vitae* Dorville; 9 fin. *facto* lapis; *fato* Burmann Haupt fort. recte etsi *factum* pro morte passim obvium; 11. *superstes* Buecheler ego ad locutionem solitam; *relicta* Haupt; potest suppleri etiam *beata*, *peracta*.

**1079.** V 4445 Brixia

L. Naevidius | C. f. Fab. VI vir | Aug. sibi et | Vitali, Faustae, Gnomini, | Fidae libertis | t. f. i. |
deinde hoc elogium breve:
diu viven]do multa vidi incom(m)od(a),
apto requievi f]essus aevo tempore.

B 142 disputavit de titulo Krascheninnikow, Eph. Min. P. I. 1895 sect. phil. class. p. 78, qui lascivo nimis sermone in Buechelerum nostrum invectus carmen putat a vocabulo *breve* incipere, quamquam verba *deinde-breve* teste Mommseno in lapide omnino alia ac maiore ceteris scriptura sunt insculpta, suppletque hoc modo:
breve [vixi at oppi]do m. v. i.
ut nunc moriar iam f]essus a. t.
*oppido*que adverbium ducit non ab *oppidi* vocabulo ut adsolet, sed ab *ope* seu potius ab adiectivo *opidus* a se ficto, qua occasione usus etiam Woelfflinum prosternit, qui contra sentire audet; iterum tractavit in «Anticritica» (Dorp. 1896, p. 81) laudavitque ad v. 5 Ovid. Met. VIII, 703: *annis aevoque soluti*.

2. *cnomini* lapis; 3. est dimeter iambicus, ut vidit Buecheler; cf. Ovid. Met. XIV, 442 *breve carmen* (secuntur versus duo); Her. 14, 128 *titulus brevis* (versuum 2); Mart. I, 93, 5—6 *titulus brevior* (item versuum duorum); id. X, 71: brevis titulus; 4. 5. suppl. idem.

**1080.** V 4656 Brixia s. II p. C.

v. f. | Minicia | Fortunata | sibi et | Miniciae | Tryphaenae lib. |
quaerere cessavi nunquam neq(ue) perdere desi:
mors intervenit—nunc ab utroque vaco.
vivite felices, qui legitis ⏑⏑–

B 1091 4. *titulum* vel simile quid si suppleveris, habebis pentametrum.

**1081.** V 5049 Ausugum litt. s. I p. C.

e]dideram munus m[irabile m]ense [N]ov[embri],
a]nnonaq(ue) meo su[mptu est lax]ata ter an[te].
solliciti insonte[s] proponi magna put[antes]

Digitized by Google

sperantesq(ue) mihi se munera ferre, fereb[ant]
funera; set sanctus deus hic felicius i[lla]
transtulit in melius; sic denique fata tuler[unt]:
a]uratam faciunt generatis undique nummi[s],
i]nvidia crevit de nomine magna: patronu[m]
si]c tamquam domini cives expellere temp[tant].
pleb]i praecisus pudor e[s]t: ut forte lucus[tae]
pal]a[nt]es timidae neque[u]nt defendere ses[e],
agmi]nibus iuncti[s q]uae pabula saepe secat[a]
inpa]vidae campis hominum pecudumque [retondent]:
sic pop]ulus fuerat constans, disiunctus [iniquis]
cedit] quisque sibi timidus. ut protin[us] erret . . .
(perierunt multa)
hoc mih]i Claudia s[ola]ci pia casta f[idelis]
. . . sos proba v[ovit . . . . .
. . . . . . s . . . . a . . . .

B 417 supplerunt Mommsen Haupt Bormann Buecheler, qui monuit funebre esse elogium.

2. *ter ante* vel *ter anno* Buecheler; *per annum* ceteri; 6. conferri iussit idem Verg. Aen. XI. 426; Ovid. Heroid. VII. 149; addidit Hosius Verg. Aen. II. 34; Ovid. Trist. I. 3. 101; IV, 4. 82; cf. *Weyman*, l. c. p. 537; 7. *auratam* statuam; *generatis* collectis; 8. confert Hosius Hor. Sat. I, 6, 26; 10. *exin* alii, *plebi* Buecheler; 12 fin. *secat[a]* alii, *seca[ntes]* Buecheler: 13. *mox a]vidae* alii; *inpa]vidae* Buech.; *recumbunt* idem, ut supra—ego; *devorant* ceteri; 14. 15. *disiunctus* [*eorum*] | [*exin*] *quisque* alii, *disiunctus* [*iniquis*] | [*cedit*] *quisque* Buech.; 15. fin. *esset* alii, *erret* Buecheler; 16—18 *H(erculi) i(nvicto) C. S[uccessa Ti. Iuli Classi]* | *ci p. c. f[idelis]* . . . . | [*in*]*sos proba v[ovit]* . . . . . | *v.] s. a. [l. m.]* Mommsen; fuit fort. *hos mih]i* . . . . *ver]sos* . . . .

**1082.** V 5930 Mediolanium

Ma]rtiae . . . . cui . . . | coiugi et Petronio | Primitivo lib. |
qui in arte sua quod fecit male, quis melius? quod bene, non alius;
qui apud superos honestus vixi(t) plus fama, quam fortuna,
qui post annos tandem aeterna sede receptus silet.

B 1589 2. fin. supple *melius*; ad heroicos potius inclinat tenor tituli, quam ad iambos; metra restituit aliquatenus B.

**1083.** V 6808 Eporedia s. I p. C.

C. Paguri C. l. Gelot[i]s
hospes, resiste et tumulum hunc excelsum aspic[e],

Digitized by Google

quo continentur ossa parvae aetatulae.
sepulta heic sita sum verna, quoius aetatulac
gravitatem officio et lanificio praestitei.
queror fortunae cassum tam iniquom et grave(m).
nomen si quaeras, exoriatur Salviae.
valebis hospes; opto ut seis felicior!

B 63 4. *haec* ms.; corr. Gruter: *verna* ἐαρινή est Hauptio et Buechelero. qui corrigunt in fine *aetatula* vel *aetas fuit*; interpretor sic: *cuius* (nempe *meae) aetatulae* (parvae, levioris igitur momenti) *praestiti gravitatem officio et lanificio*; 5. fin. *praestitit* olim emendabatur; 7. *exoraturi salviae* ms.; *est C. Paguri Salviae* Gruter; *Echo Paguri salve* Buecheler olim; ut supra idem in Anthol.; *exaratum Salviae* Haupt; 8. *ut sanctis* ms. ortum ex *ut scis*; corr. Gruter Haupt.

**1084.** V 7047 Taurini s. II p. C.

have, Vitalis! |
L. Tettienus Vitalis, natus Aquileiae, | educatus Iulia Emona, titulum posit | ante aeternam domum Iulia | Augusta Taurinorum. dicit: |
quaerere cessavi numquam, nec perdere desi:
mors intervenit—nunc ab utroque vaco.
credite, mortales <astro nato> nihil est sperabile datum.
. . . . . . . . . . . .

B 1092 2. *aquileie*; *edocatus*, lapis.—7. *astro* (h. e. malo) *nato* abundant; lapide infra fracto periit pentameter talis vel similis:
hospitium vitae nec solet esse diu.

**1085.** V 7127 Taurini

. . . . . . terras nec minus et maria
impuri aqu(a)e Padi nec minus et Savi.
. . . ira quod optavi mihi tamen perveni.
perpetuam requiem posco . . . .

B 1266 mutilum neglegenterque descriptum tituli dactylici fragmentum.
1. *percurri terras n. m. et m.*, 2. *emporiaque P.*, 3. *atque deum dedit ira* vel *nunc hic dat mors dira*, 4. *requiem post obitum teneo* Buecheler ex. gr.

**1086.** V 8652+Suppl. Ital. 384 Iulium Carnicum

. . . . . Laet[i]lio C. [f.] Ga[ll]o de[curioni]
dum c[u]pidus i[u]venis urbem voluisse(m) videre,
inde regrediens incidi febribus acris.

Digitized by Google

at pres[s]us graviter omisi cun flore i[u]vent[a]m,
quoniam [in]iqua me iam sic fata voca[ru]nt,
intonsamque tuli [in ipso fu]nere barbam,
infelix nec potui p[e]rfer[r]e vota meorum.
f]unere acerbo iace[o] sedibus istis,
et misera mater abet in corde dolorem,
cottidie fletus dat, et in pectore palmas.

B 629 3 fin.=*acribus*, vide *Georges* Lex. d. lat. Wortf. col. 8; 4. *ac. amisi* proposuit Pais; cf. tamen X, 2496, 2; 5. *meam* traditur, corr. Buecheler; 6. suppl. idem; 8. excidit *nunc*; 10. malim *in pectus*. sed respondet fortasse *in corde*, v. 9.

**1087.** VI 1292 Roma

s
Sci]pionem
qu]o adveixei

B 10 3. *qu*]*o ad* separantur in lapide; iungi tamen solent *quoad veixei*; cf. *Ritschl*, Op. IV, p. 255.

**1088.** VI 1293 Roma

Cn. Cornelius Cn. f. Scipio Hispanus pr. aid. cur. q. tr. mil. II X vir sl. iudik. X vir sacr. fac.
virtutes generis mieis moribus accumulavi,
progeniem genui, facta patris petiei;
maiorum optenui laudem, ut sibei me esse creatum
laetentur: stirpem nobilitavit honor.

B 958 3. *mieis* lapis errore fort. lapicidae; quamquam potest aliquatenus et *mīeis* defendi a *mius*, cuius Vocativum in *mi* habemus contractum pro *mie*; 4. PROGENIEMI | lapis, sed I altera casui debita, ut et mihi visum est lapidem diligenter intuenti.

**1089.** VI 1372 Roma s. II p. C.

ille ego, qui quondam prae[tor] paucisque diebus
praetextatus agri iudex finisque regendi
iustitiam colui matremq[ue] aequaliter ambas,
hic sum, quem cernis, nunc Cassius Agrippinus.

B 426 1. tritum exordium; ex poeticis attulit Hosius Ov. ex P. IV, 3, 11—17; Sil. It. XV, 59. 61; lepide imitatur etiam Plinius alter Epl. I, 6, 1: *ille ego, quem nosti*, ubi metrum vitavit transpositis *ego ille q.*; 3. *partesque* corr. Dorville perperam.

Digitized by Google

**1090.** VI 1417 Roma c. a. 271 p. C.

d m | T. Fl(avius) Postumius Varus | v. c. cos. orator, aug., XV vir, praef. urb. |

vixi beatus dis, amicis, literis.
manes colamus, namque opertis manibus
divin[a] vis est ae(vi)terni temporis.

B 106 3. minus placet *dis amicis*; *diis* ms.; 4. *opertis m.* est *dat.=conditis, sepultis*; 5. *divini aeterni* ms., emend. Baiter, Ritschl; iungenda *vis aeviterni temporis* vidit Ritschl Op. IV p. 250.—Ad sent. cf. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 7.

**1091a.** VI 1692 Roma cos. 340 p. C.

Populonii

ille ego sum Proculus, totus qui natus honori:
aut dic, quis sit honos, quem mihi inesse negas?

collegium pistorum | patrono pr(a)estantissimo |

B 892

**1091b.** VI 1693 Roma

hic bis praefectus patriae, praefectus et idem
hic Libyae, idem Libyae proconsul et ante,
ter vice qui sacra discinxit iurgia iudex,
consul et aeterno decoravit nomine fastos.
cetera quid memorem tanto sub iudice gesta;
cum Proculum videas, toto qui natus honori est?

collegium suariorum patrono pr(a)estantissimo |

P 25 de ipso Proculo cos. a. 340 p. C. vide Henzenum p. 367 post n. 1695. Etsi revera honorarii sunt tituli, tamen cum ad sepulcralium normam proxime videantur accedere, recepi.

1091b, v. 4 attulit Hosius Lucan. II, 645; Mart. XII, 26, 5; Claudian. Theod. 67; Hon. 4, 155; 5. iussit idem conferri Horat. Sat. 1, 8, 40; adde Ovid. Am. I, 5, 23; *Weyman*, l. c. p. 534; 6. exspectes *totus*, ut supra.

**1092.** VI 1819 Roma

L. Naevius L. l. Urbanus | scr. libr. quaestorius | e tribus decuriis | minoribus ab aerario |

vixi iudicio sine iudice.

3. decurrunt dactyli nescio an casu.

Digitized by Google

**1093.** VI 5534 Roma

Calliste mihi nomen erat, quod forma probavit:
annus ut accedat, ter mihi quintus erat.
grata fui domino, gemino dilecta parenti:
septima langueuti summaque visa dies.
causa latet fati: partum tamen esse loquontur:
sed quaecumque fuit, tam cito non merui.

B 1035 cf. n. 117; 2. mortua videtur esse annorum XIV; 4. *tanguenti* olim Henzen descripsit; corr. Mommsen Buecheler, nec lapis abnuit iterum conlatus; 5. h. e. *causa fati;* attende lusum in *fati* et *loquontur*.

**1094.** VI 8012 Roma

C. Gargilius Haemon Proculi | Philagri divi Aug. l. Agrippiani f. | paedagogus idem l. | pius et sanctus |
vixi, quam diu potui, sine lite, sine rixa,
sine controversia, sine aere alieno,
amicis fidem bonam praestiti,
peculio pauper, animo divitissimus.
bene valeat is, qui hoc titulum perlegit meum.

B 134 3—7 ad senarios tetendit auctor, effecit duos (6—7) tolerabiles; 5. bona clausula *praestiti bonam*; 7. *titulum* neutri, ut passim.—Ad sent. cf. VI, 2489.

**1095.** VI 8534b Roma

Ti. Clau(dius) Pardalas | Tertullianus |
discens castrensis maioris ego sum.
bene sit tibi, qui me legeris.—«et tibi».
Claudia Isias alumna | fecit. bene [sit] t[ibi].

2—3 sunt paene senarii uno pede manci.

**1096.** VI 8991 Roma

L. Marius L. f. | Vitalis |
vixí ann(os) XVII d(ies) LV cónsummatus líttter(is),
paréntes suasi, ártefic(ium) díscerem.
discéssi ab urbe ín praetorio Hadriani Aug. Caésar(is);
ubi dúm studerem, fáta inviderúnt mihi,
raptúmque ab arte trádiderunt hóc loco.
Maria Malchis mater | infelicissima filio sanctissimo |

B 101 2. suppleri potest in hunc fere modum:

Digitized by Google

vixí, quoad pótui, cónsummátus lítterís;
*vixi, dum vixi*, supplet Buecheler; 3. laudat idem Apul. Met. 9, 25; 4. abundant verba *Hadriani Aug.*; *in C. praetorio* Buecheler; 6. *tradiderunt* ut *posuerunt*; *hoc loco* est dat. Buechelero.

**1097.** VI 9447 Roma

grammaticus lectorque fui, set lector eorum
more, incorrupto qui placuere sono.
coiugis exiguo natae pietate sepultus,
hoc Marius Fidens contegor a tumulo.
te lapis optestor: leviter super ossa residas!

B 1012 5. versus alia manu adscriptus.—3—4. iunge: *coniugis natae(que) p. s. hoc exiguo contegor a tumulo;* 4. *a* vix est interiectio; 5. *opttestor* lapis; 6. omissus est solitus pentameter:
ne doleat nostro conditus officio.

**1098.** VI 9449 Roma

Pudens, M. Lepidi l. grammaticus |
procurator eram Lepidae moresq(ue) regebam:
dum vixi, mansit Caesaris illa nurus.
Philologus discipulus |

B 994 de aetate tituli cf. Henzenum et Buechelerum ad tit.

**1099.** VI 9797 = 33815a Roma

Ursus, togatus vitrea qui primus pila
lusi decenter cum meis lusoribus,
laudante populo maximis clamoribus,
thermis Traiiani, thermis Agrippae et Titi,
multum et Neronis, si tamen mihi creditis,
ego sum: ovantes convenite, pilicrepi,
statuamque amici floribus—violis, rosis—
folioque multo adque unguento marcido
onerate amantes, et merum profundite
nigrum Falernum, aut Setinum, aut Caecubum,
vivo ac volenti de apotheca dominica,
Ursumque canite voce concordi senem
hilarem, iocosum, pilicrepum, scholasticum,
qui vicit omnes antecessores suos
sensu, decore adque arte suptilissima.
nunc vera versu verba dicamus senes:

sum victus—ipse fateor—a ter consule
Vero patrono, nec semel, sed saepius,
cuius libenter dicor exodiarius.

B 29 8. *unguento nardino* coni. Ruhnken; 11. vivo Urso effigies ista posita est: cf. *Tolkiehn*, inschr. Poesie, 178; *dominica*=imperatoria; *sensu decoro* proposuit *Gustafsson*, rom. inskr. p. 12, not. 4; 17. Veri tertius consulatus cadit in a. 126 p. C.—egit de titulo *Torelli*, saggi, p. 28.

**1100.** VI 10078=33940 Roma

Florus ego hic iaceo [quondam] bigarius infans,
qui, cito dum cupio currus, cito decidi ad umbr[as].

B 399 1. *quondam* (=5D) supplevit iam Ferrarinus, optime: aliorum conatus vide ad tit.; lapis post *iaceo* verbum damnum passus esse videtur; iucundi tamen lectio EASCAHIC (*ei hic*, *loco hic*, alii) neque ante *iaceo* bene se omnia habere ostendit; *Florus* ⏑–⏑⏑– *h. i.* Huelsen in addendis s. n.

**1101.** VI 10098=33961 Roma s. I p. C. ex.

qui colitis Cybelen et qui Phryga plangitis Attin,
dum vacat, et tacita Dindyma nocte silent,
flete meos cineres: non est alienus in illis
Hector, et hoc tumulo Mygdonis umbra tegor,
ille ego, qui magni parvus cognominis heres
corpore in exiguo res numerosa fui,
flectere doctus equos, nitida certare palaestra,
ferre iocos, astu fallere, nosse fidem.
at tibi dent superi, quantum, Domitilla, mereris,
quae facis, exigua ne iaceamus humo!

B 1110 «Lydus quidam nomine Hector, sacris ut videtur Magnae matris initiatus, cultores eius implorat, ut plangant mortem ipsius. Domitilla haud dubie patrona [vix potest esse coniunx], quae dignum sepulcrum ei fecerat», Henzen ad tit.; de aetate tituli v. add. s. n.

**1102.** VI 10118=add. p. 3492 Roma

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
lau]datus populo solitus mandata referre,
adl]ectus scaenae, parasitus Apollinis, idem
quar]tarum in mimis saltantibus utilis actor.

B 411 2. restituit Smetius; v. 2 *praefectus* proposuerunt Metellus et Ligorius; v. 3 *mutarum* Mommsen, *nautarum* Henzen, *multarum* Smetius, *quartarum* Buecheler, cf. C. XIV, 4198.—1. conferri iussit Buecheler Ov. Met. VI, 449; nuntium fuisse defunctum in fabulis putat idem.

Digitized by Google

**1103.** VI 10627 Roma

P. Aelius d cari . . . . . . . | Nonius Restutus s[ibi et *etc.*
Romulea prole Tar[peiaque arce editus]
E]xi[g]u[i] cultor rur[is, omni tempore].
S]um(m)a vixi fide, nul[li fradem intuli].
T]utel(a) adlectus Ae[lium colui patrem],
V]t essem dignus in [tumulo hoc una tegi].
T]e queso, quisquis i[bis, inlacrima mihi];
V]t fetus hilaris sempe[r vitam transigas],
S]uperet (t)um potus t[ibi, tum Veneris gaudia].
n]omen si qu(a)er[i]s, iunge v[ersum exordia].

supplevit Buecheler.

B 109 3. *ximus* traditur: *exigui* Huelsen; 4 fin. ut supra ego; *nul[li feci iniuriam]* Buecheler; 5. *utei afdlectus* traditur; 9. *s]uperetque potus v[ivo, titulus* (vel *fletus*) *mortuo*] Buecheler olim; 10. *quires* traditur; *v[ersuum initia*] aptum esse metro monuit Buecheler.

**1104.** VI 11407 Roma

ille ego Alexander, genitore Eupaede cre[atus],
quem genuit mater docta Lacaena pium:
hic mea ferali requiescunt ossa sepulcro,
et cinis est, corpus quod fuit ante meum.
i]nvida nascenti Lacesis fuit, invida Cloto,
[duci nec passa est tertia fila mihi].

B 1222 1. *gentore* (ut contignatis) *euraede* lapis; 3 fin. cf. *Church*, Beitr. p. 78; 5. pentametrum et disticha duo intercidisse lapidis damno putat Henzen; pentametrum feci; cf. VI, 7578, 11—12; 10498. 10969; B 1169, 7. 8.

**1105.** VI 12087 Roma

hoc Anulinae mei memorantur carmine manes:
parvola, quae vixi annos III (m)esseq(ue);
sed mea divina non est itura sub umbras
caelestis anima: mundus me sumpsit et astra;
corpus habet tellus, et saxum nomen inanae.

B 611 2. *esseq.* lapis, h. e. *mensemque*; *anno semisseque* (*tantum*) Buecheler 5. *inanae* traditur: non mutavi; reliqua scripturae discrepantia adferri nihil necesse; 4. 5. ad sent. cf. IX, 2042; X, 8174; XII, 631; Ovid. ex P. IV, 13, 26; *titulus inanis*—cf. III, 7407. 8008; B 532.—De *astris* in inscr. sep. cf. *Torelli*, saggi, p. 51 sq.

26*

Digitized by Google

**1106.** VI 16169 Roma

Cn. Corne | lius Cn. f. | An. Bassus |
decem et octo annorum natus vixi, ut potui, bene;
gratus parenti atque amicis omnibus.
ioceris, ludas, hortor: hic summa est severitas!
posuit Fortuna | tus ser(vos). |

B 85 2. *vixi sat bene* reponit Buecheler metri gratia; 3. *parenti gratus* id.; 4. *hortor* abundat; *hic* h. e. apud inferos; HⱵC lapis, unde colligit Buecheler titulum ad imp. Claudii aetatem referri debere; sed est fort. error lapicidae; certe urguere nolo.

**1107.** VI 17106 Roma

Aulus Palateina Egnatius Priscilianus,
arte super gemina nobilis es sophia;
dum vixi, didici, quae mors, quae vita homini esset:
aeterna unde animae gaudia percipio.

B 1250 1. *priscilianus* lapis, quod hoc loco non emendandum; 2. *es sophia* lapis; *et sophia* Smetius Fabriciusque; *ex* vel *exs sophia* Mommsen probante Henzeno.

**1108.** VI 17985a=34112 Roma

Tibur mihi patria, Agricola sum vocitatus,
Flavius idem, ego sum discumbens, ut me videtis;
sic et aput superos annis, quibus fata dedere,
animulam colui, nec defuit umqua Lyaeus;
praecessitque prior Primitiva, gratissima coniuncxs,
Flavia et ipsa, cultrix deae Phariaes, casta
sedulaque et forma(e) decore repleta,
cum qua ter denos dulcissimos egerim annos,
solaciumque sui generis, Aurelium Primitivum,
tradidit, qui pietate sua coleret fastigia nostra,
hospitiumque mihi secura servavit in aevum.
amici, qui legitis, moneo: miscete Lyaeum
et potate procul, redimiti tempora flore,
et venereos coitus formosis ne denegate puellis;
cetera post obitum terra consumit et ignis.

B 856 4. *umqua* lapis; 7. *forma* traditur; sed error fortasse est eius qui titulum «in loco tenebroso» descripserat; *formā speciosa*, *d. r.* corr. Buecheler.— 2. ad sent. cf. *Weisshäupl*, die Grabged. d. gr. Anth. p. 40 sq.; *Schröder*, Stud. zu d. Grabd. p. 3; *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 15 not. 1; 16; 5. fin. con-

Digitized by Google

fert Buech. Verg. Aen. X, 607 fin.; 13. attulit Hosius Verg. Aen. III, 81; Ge. I, 349; Ov. Met. XIV, 654 (locis his legitur tamen *lauro-quercu-mitra* pro *flore*). Ad sent. cf. VI, 15258; VIII, 1027. 7858; XIV, 914.

**1109.** VI 19007 Roma

Geminiae Agathe Matri, dulcissimae |
Mater nomen eram, mater non lege futura:
quinque etenim solos annos vixisse fatebor,
et menses septem, diebus cum vinti duobus.
dum vixi, lusi; sum cunctis semper amata,
nam pueri voltum, non femine—crede—gerebam,
quam soli norant Agathen, qui me genuerunt;
ingenio docili, forma pulchra ac veneranda:
rufa coma, tonso capite, posttrema remisso.
convivae cuncti, nunc mi bona pocula ferte,
diciteque, ut semper meo corpori terra levis sit!
nec parvae doleat requiem mei perquă Faventius
nutritor, plus quam genitor qui solam amavit.
est mihi nam mater: pater et praecesserat olim,
nec doluit casum; soror est et matris amoenae,
tristis et ipsa meae mortis; quos cuncti parentes
solando vitae dulci retinete, precantes,
ne dolor augescat, seu maeror tristis abundet.
qui legitis, totum nomen si nosse velitis,
noscetis Geminiam Agathen, quam mortis acerbus
eripuit Letus teneramque ad Tartara duxit.
hoc est! sic est! aliut fieri non potest; hoc ad nos!

B 562 12. *perqua* lapis (=perquam): non mutavi; 13. OVI et AMAVII lapis; 15. *amoenae* lapis, quod pro genetivo sg. solet accipi; puto tamen latere nomen aliquod, velut *Amymone*; *Amoenae* Buecheler; 19. TDTVM lapis; 22. ESI, ALIVE, lapis.—7. *quam* h. e. *feminam esse*; 9. *remisso* supple *capillo*; 12. scande *Faventis*, ut *Clodis*, *Cornelis* alia sescenta; 16. iunge *quos parentes cuncti (convivae) retinete;* 18. exspectes *neu*; 21. «*Letus mortis* est genius mortis», Bormann; locutionem antiquitus servatam esse putat Buecheler.

**1110.** VI 19683 Roma

d m | fecit Insteia Tyche mater | et T. Fl(avius) Optandus parens filio | pientissimo, benemerenti Q. In | steio Convenienti. fuit hic | vitae nitidus, culto decora | tus, formae speciosus,

Digitized by Google

qui | et Astomachetus. «nunc levis | adque meo iaceo tumulo n | eque sentio quicquam; et | tu, qui legis ecce meum ti | tulum, moneo fruere, [d]u | nc vita data es(t)». Qui vixit | annis XXII mensibus XI | diebus VIII hora prima | *etc.*

B 1582 4—9 est fere cento frustis metricis undique conlectis consutus maximam partem dactylicis.—4. *cultus culti* declinavit noster, ut *senatus senati*; 5. signum defuncti; 5—7 loquitur ipse; post *levis* exciderint fere *sum cinis*; *adque—quicquam* hexametrum efficiunt; 7. *tunc* lapis; *vita datast* apta pentametro clausula; 8. an fuit in lapide HORA I? certe desiderari *decessit* vel *obiit* duriusculum.

**1111.** VI 21975 Roma

Manlia T. l. Gnome

haec ést, quae vixsit sémper natúrá proba:
clientes habui multos, locum hoc unum optinui mihi;
itaque quoad aetatem vólui exsegi meam,
nemine únquam débui, víxsi quóm fidé.
ossá dodi terrae, córpus Volchanó dedi
ego, út suprema mórtis mandata édidi.

B 67 2 *semepr* lapis; 6. E͞D | DI lapis, h. e. *edidi* in *dedi* correcto, ut videtur; 7. ECO lapis.—pessimos iambos in hanc formam cogere conatus est Buecheler, sane exempli causa:

haec est, quae vixit semper natura proba,
[amicos multos, inimicum habui neminem.]
locum [paravi, ubi ossa mea quiescerent
post mortem condita:] hoc unum optinui mihi;
[probe]que aetatem, quoad volui, exsegi meam,
(vel: itaque, quoad voluit, aetatem exsegit suam)
[multos adiuvi,] nemin[i] unquam debui,
[viro pudica summa] vixsi quom fide.
[nunc] ossa Terrae, corpus Volcano [datumst],
[sic] ut suprema mortis mandata edidi.

idem in Anth. correxit nonnulla hoc modo:
v. 3: post mortem monumentum hoc unum optinui mihi:
v. 5: adiuvi multos, nemini u. d.
restitui poterat v. 3 etiam hoc modo:
clientes habui multos, sedem unam optinui;
5. ad sent. cf. VI, 8012, 4; clausula haud rara, cf. B 72, 1; II, 3449; 6. initium hexametro aptum, cf. n. 1158c; Lucret. III, 1035.

**1112.** VI 23391 Roma

quoad potui, vixi verecu]nda vi[ta et honesta,

nunc nostrum i]n terra cor[pus inane iacet.
ecce animam tene]t aura, qua inspir[or . . .
vivus quidqu]id eris, obitus nil eris . . . . .
. . . quis sim eg]o et qualis monuerit arte . . .
. . . . . . . . . c]ognomen mihi, Ofilius quia s[um . . .
. . . . . Ofi]lius Ianuarius v[ivus
fecit s]ibi et libertis *etc.*

B 1587 1—6 carmen videtur fuisse, cuius sententia qualis fere fuerit monstravi; 1. poterat et [*iucu*]*nda*; 6. c]*ognomem* lapis.—acrostichida esse putat B.

**1113.** VI 23818 Roma

L. Paquedius L. f. Ser. | Ampliatus | vixit ann. VIII |
aetate hic parva iaceo,—lacrimabile semper,
quod subito ante oculos funera acerba dedi.
nec mihi grata satis fuerat, nec tristior aetas:
infelix iaceo nunc cinis et lacrimae.

B 977 3. *funera dare* novum pro *mori*, dictum ut *ruinam dare*, all.; *ante oculos* parentium vel propinquorum.

**1114.** VI 23942 Roma

dis manibus | Sexti Perpennae Firmi |
vixí, quem ad modúm volui;
quaré mortus sum, néscio!

2—3 occurrunt II, 6130, qui titulus fort. idem est atque noster.

**1115.** VI 24659 Roma

He]done Pomponiae |
decumo ánno in. f. p. vítam et lucem réd(d)idi,
nec licitumst misero meis referre grátiam;
verúm me mors acérba immatura ábstulit,
dulcíssima autem et suá[vis, quam] omníbús dare[m].

B 93; corr. p. 854 interpolatam dedit B. s. n.; 2. *in f. p.* | ms.; interpretatio incerta; latet fortasse *infelix* (cf. v. 3), quod et B. restituit; 3. reponendum *miserae*; 5. *sua*[*vis*] suppl. Alighieri; reliqua ego.

**1116.** VI 25175 Roma

T. Publilius Gorgus | T. l(ibertus)
idém pater fuí,
amíqis meis caríssimus,

Digitized by Google

defrúdavi me númquam ad quod habuí;
vixi annos LX.

2—4 nescio an carmen facere voluerit qui scripsit.—4. h. e. omnibus meis feliciter usus sum, nec mihi quidquam negavi.

**1117.** VI 26020 Roma

si grave non, hosp[es, fuerit], remorare, viator:
sic tibi sit [fel]ix, quod properatur iter.
hic situs Eudaemo Scribonius. «unde?» requiris
forsam: Butroti sacra domus patria.

B 1013 1. *rimorari* lapis; 4. *forsam* ante *Butroti* non corrigendum.

**1118.** VI 26544 Roma

hic ego Siculina minus bima crudeli funere operta;
ante dedi matri et patri luctum, quam bracchia circum
darem, quam grata fuerim matri aut patri.

B 1820 1. 2. corruptum archetypum: *hic ego sum --- crudeli funere operta* (vel *opertus*), *ante dedi matri luctum, quam brachia circum*; 3. vice pentametri fungitur; senario similem putat B.

**1119.** VI 26680 Roma

Speratus vix. men. V . . . .

flet domus et cari lugunt sine fine parentes
abreptum fatis: contegor hoc titulo.
quis non exempli doleatur mortis acerbae?
si me vidisses aut si mea funera nosses,
fudisses lacrimas, hospes, in ossa mea.

B 1173 2. *lugunt* traditur ab omnibus; cf. *Georges* Lexikon d. lat. Wortf. col. 396 s. v.; 3. debuit esse *hoc tumulo*, noli tamen corrigere; 4. *ovis* editum in Corpore; de forma *doleri* v. Georg. op. c. col. 226 s. v.; excidit pentameter, quadratarii fort. culpa, talis fere: *dira aut fatorum iura fuisse neget?*

**1120.** VI 27140 Roma

nomi]ne, quo genitor mi[hi di]citur, hoc ego vixi:
Tele]phus est genitor, Tele[phu]s ipse fui.
Augustina [pare]ns quarto me flebilis [an]no
terdecimoque die [pe]rdidit orba satum.
non [ig]itur, lector, lachrimes? [de]cepit utrosque

Digitized by Google

maxima mendacis fama mathematici.
Telephi Dulciti.

B 1163 7. est opinor nomen defuncti ipsius.

**1121.** VI 28228 Roma

Valeria Ɔ. l. Lycisca | XII annorum nata | Romam veni, |
quae mihi iura dedit civis, dedit et mihi vivae,
quo inferrer tum cum parvola facta ceinis.

B 1054 3. *ceinis* cf. *parenteis*, VI, 10096.

**1122.** VI 28877 Roma aet. Trai.

Vibia Phryne vixit ter senos annos. |
cara meis vixsi; subito fatale rapina
florentem vita sustulit atra dies.
oc tumulo nunc sum: cineres simul namq(ue) sacrati
per matrem caram sunt positique mei,
quos pius saepe colit frater coniunxq(ue) puellae,
atque obitum nostrum fletibus usque luunt.
di manes, me unam retinete, ut vivere possint,
quos semper colui viva libente animo,
ut sint qui cineres nostros bene floribus sertis
saepe ornent, dica(n)t: sit mihi terra levis.

B 1036 ad sent. cf. *Geffcken*, l. c. p. 54; 2. *fatale* est ablat.; 3. *vita* ablat.; 4. *h* in capite versus non evanuit, ut ait Henzen, sed ne fuit quidem umquam exarata, quod lapide ectypoque reportato diligenter examinatis adfirmare ausim; nam ut ceterorum versuum litterae primae, ita *o* paulo maiore, quam insequentes, modulo incisa est ad ipsumque marginem sinistrum admota; de coniectura suppleruut Vettori Maffei; *cineres hic* vel *c. simul atque* reponit B.; 7. est in lapide *luunt* non *fluunt*, ut dedit Kellermann: 10. cf. Lucret. IV, 1170: *amator limina saepe floribus et sertis operit*; cf. etiam C. I. L. VI, 9118; 11. *dicat* lapis, probante Buechelero.

**1123.** VI 29609=34191 Roma

invida sors fati, rapuisti [Vita]lem, sanctam puellam, bis quinos annos,
nec patris ac matris es miserata preces;
accepta et cara sueis mortua hic sita sum.
cinis sum; cinis terra est; terra dea est; ergo ego mortua non sum.

Digitized by Google

B 974 turbatum a poeta archetypon iam totum fere restituerunt editores Corporis:

invida sors fati, sanctam rapuisti puellam,
nec patris ac matris es miserata preces.
bis quinos annos (mensesque et insuper octo)
cara meis vixi, mortua hic sita sum.
hic ego mortua sum, cinis sum, terra est cinis iste;
sine est terra dea, sum dea, non obita.

1. *utilem* legebatur, *Vitalem* reponit Buech; et lapide iterum sculpto hoc ipsum apparuit; v. v. 1—4 passim occurrunt; 5—6 fere verbo tenus redduntur in titulo urbano 1133h quem adscripsit editor: *mortua heic ego sum et sum cinis: is cinis terra est*; *sein est terra dea*, *ego sum dea*, *mortua non sum*; adscripsit item graecum epigramma, unde versus illos esse translatos constat; v. v. 3—4 in formam usitatam restitui.—Metra lyrica adgnoscere sibi visus est *Christ*, non recte.

**1124.** VI 29629 Roma

sic tibi contingat feliciter ire, viator:
inmatura meo perlege fata loco.
Zelotos iaceo; vixi dum fata sinebant,
si tamen haec vita est, tam cito posse mori:
bis mihi septenis finis datus ultimus annis,
nomine me rapuit mors inimica meo.

B 1067 3. *vixi dum vita manebat* fuerat usitatius; 6. *nomine* lapis; *nomini* corr ed. Corporis non necessario; ludere aliquatenus in nomine suo videtur defunctus.

**1125.** VI 29896 Roma

Gallia me genuit, nomen mihi divitis undae
concha dedit, formae nominis aptus honos.
docta per incertas audax discurrere silvas,
collibus hirsutas atque agitare feras,
non gravibus vinclis unquam consueta teneri,
verbera nec niveo corpore saeva pati:
molli namque sinu domini dominaeque iacebam
et noram in strato lassa cubare toro;
et plus quam licuit muto canis ore loquebar,
nulli latratus pertimuere meos.
sad iam fata subii, partu iactata sinistro,
quam nunc sub parvo marmore terra tegit.
Margarita |

B 1175 9. *canis* genetivus potius quam nominat.; 11. scande *subi*; inter parien-

dum perisse catellam significatur.—idem catellae Petronianae (c. 64) nomen cuivis occurrit; imitatum esse auctorem passim aetatis Augusteae elegicos apparet; locos adscripsit B.

**1126.** VI 30118 Roma

tu, qui praeterie(n)s spectas mortis monumentum <meum>,
 aspice, quam misere sit data vita mihi.
annorum VIIII vixi dulcissima parentibus meis,
 in X ascendens anima(m) deposui meam.
hoc tantum (ob)testor te, lapis, (leviter super) ossa requiescas,
 ne te(nerae aetati) velis esse graves.

B 1541 cf. B 1083. 1084 1—4 turbatum notum archetypon, cf. VI, 28523; 5—6. nullae lacunae traduntur in lapide; sed cum versuum divisio incerta sit, male descriptum carmen esse puto; 5. scandendum *requescas*; 5—6 cf. *Church*, Beitr. p. 62.

**1127.** VI 30121 Roma

egregius puer atque Titi lib]ertus habebar,
cuncta sed in cassum cecid]erunt vota patroni?
ulterius dicto quaeris] quid triste, viator?
nam miser in vita numquam qu]od noxia feci,
nondum ego crudeles sper]avi vissere Parcas.
vivo equidem bene, si tamen id, qu]od sentio, vita est.
 . . . . . . At]ticus | . . . . . . T. lib. an. IIII |

B 401 1. suppl. Buecheler; 2. ut supra ego; *omnis successus habu]erunt v. p.* Buecheler; 3—6. ut supra ego; suppl. Buecheler hoc modo:
 quod si scire cupis, tulerim] quid tr. v.,
 hoc est, in vita numquam qu]od nox. f.
 namque prior sero sper]avi v. P., *vel:* namque pios tarde sp. *etc.*
 frustra: pro domini tamen id qu]od s. v. e.
ad v. 3 cf. VI, 9938; ad v. 5 cf. VI, 7578, 2.

**1128.** VI 30131 Roma

[d]um quaerit nomen multis notescere nostrum,
contentus titulo, nummos mihi reddidit heres.

B 832 1. *tum* traditur, corr. Hagenbuch probante Buechelero; significari heredem titulo contentum hereditatem in monumento absumpsisse vidit Buecheler.

**1129.** VI 30133 Roma

 . . . . . . actesipon . . . . . . . .

Digitized by Google

. . . . . . . . iano arte mea [qui placui . . . .]
qui s]olitus fueram cura [aegros reddere vitae],
non potui mortem p[ellere sorte mea].
tricipitisque feri sedes [me intrasse parentes]
ereptum gremio, sa[lvus uterque, gemunt.]
annorum gnatus (viginti quinque) [recessi];
membra gravis texi[t corporis iste lapis],
contra anima emissa [ad superos adsurgit in auras];
me sepelit florens i[ntemerata dies].
quapropter, quod re[stat, precor] | superos deos atque [inferos], | quoniam meae aetati e[ripuere annos.] | parcant meo frat[ri . . . .

B 1257 supplevit Buecheler in Corpore haec: *) 3. *qui s]olitus*, 8. 9. 11. 12. 13; reliqua ego; medicum fuisse facile colligitur ex v. 3. 4; ipsius defuncti patronique (1. 2) nomina incerta; 7. XXV lapis; 11—13 pedestri fort. sermone scripti sunt; certe in lapide separantur a praecedentibus; color iambicus casu effectus.

**1130.** VI 30134 Roma

te [rogo, praeteriens qui conspicis ista, viator,]
co[ntigerit fatum perlege quale mihi,]
quae mih[i forma, decor qualis fueritque iuventae],
ingenium, [nomen non minus ingenio.]
nec manus in[docilis Musae: plaudente corona]
dilexi ex merli[s rite ciere sonos].
quis fuerim, nosti: [quid sim, iam disce, futurus:]
conditus in plumbo [corpus inane ego sum;]
mox ero, consumpto p[ost tempora corpore, pulvis],
aut ossa aut nub[es, si placet, aut nihilum].

tenorem carminis informavi.

B 1263 5. 6. hydraulen fuisse apparet; *merla*=*merula* est Romanensibus *merle*; 9. *post tempus corpore nostro;* 10. *nuper quod fueram nihilum* Buech. ex. gr.; *nubes pulveris aeria* Leo quaesite.

**1131.** VI 30141 Roma

quae t . . .
et mea f[ata . . .

---

*) quibus addidit in Anth. v. 3: *cura domitare leones*, v. 4: *mortem praeveniens fugere*, v. 5: *sedes sed matris iniqua*, v. 6: *saevaque fata trahunt*, v. 7: XXV *peribam*, v. 10: *florens vere novo tumulus*.

Digitized by Google

sed vox . . .
ergo tu . . .
at quan[t . . .
per]vene[re . .

distícha fuisse possunt.

**1132.** VI 30146 Roma

. . . . . . . . . eti . . .
. . . . . c m me liquerat an . . . .
. . . . . resoluta dies . . . .
. . . . . ibus nam forte . . . .
. . . . . quam vivam ii . . .
. . . . . v]ixi ego iuncta [marito

2—6 carminis reliquiae fort. elegiaci; v. 7 perisse facile credo.

**1133.** VI 30153 Roma

. . . . . rito ob . . .
quod mihi tu ipsa m . . .
sensum facile dedi incautus . . . .
quibus ipse set meritis sem[per . . .
re solebam, en iacet mea . . .
vel vos, o manes, mihi . . .
. . . . . tronius Ti. . .

metrum dactylicum adgnoscitur; restitutio incerta.

**1133a.** VI 31711 Roma

Fabiae Fuscinillae | clarissimae et | omnium virtutum | fecundissimae feminae | Clodius Celsinus marit(us) |
nondum completis viginti quatuor annis
a natis trinis et virŏ eripior,
nomine Fuscinilla, Petelina domo orta,
Celsino nupta, univira, unanimis.

B 1306 3. emendari solet *quattuor* metri causa; 4. hiatum admisit poeta indoctior; item v. 5 et 6; compilasse archetypa aliquot auctorem tituli cuivis apparet, quare de sinceritate non dubito.

**1133b.** VI 31934 Roma s. IV p. C.

Accia vel Maria est nomen mihi Tulliana,
Victorinus avus, quo tantum rhetore Roma

Digitized by Google

enituit, quantum noster sub origine sanguis:
bis nonam carptura rosam mihi decidit aetas,
heu, dolor et vernum maculavit funus Aprilem.
nullus inoffenso vitae mihi tramite labsus,
mens morum matura bono nil debuit annis.
coniugii scit cara fides heresque maritus,
rite quod aeterno migrarim dedita Christo,
emeritamque ferat melior mihi vita coronam.
haec omnia facta pie curante marito
Artorio Iuliano Megethio v. c. | d. IIII id. Apr. |

B 599 mancam edidimus B. s. n., ego h. s. n. 158 e C. VI 30130; integra prodiit ex antiquioribus in add. C. VI n. s. s.—Christianam esse collegi e v. v. 9. 10; non errasse me nunc v. 9 comprobatur; carminis sensum aliquatenus me esse consecutum video, nempe maritam esse juvenem, a coniuge sepultam; in singulis peccasse valde doleo.—2. est Marius Victorinus rhetor grammaticusque clari in litteris nominis; 4. annum inisse XVIII-mum puellam ostenditur; 5. cf. v. 12; 6. *labsus* subst.; 7.=mens, bono morum (h. e. bonis moribus) matura, annis nil debuit. Eodem monumento Tulliacae iunioris filiae titulus legitur ab Artorio Iuliano patre inscriptus, n. 987b.

**1133c.** VI 33316 Roma s. I ex. ante C.

Flavia P. l. [Am]oena |
ut rosa amoena homini est, quom primo tempore floret,
quei me viderunt, seic ego Amoena fui.

B 967 luditur in nomine defunctae; cf. supra n. 117.

**1133d.** VI 33395 Roma s. I p. C.

Ephyre Cestiliaes | vestip(l)ica, Pini lib(erta) |
nondum bis denos annus compleverat annos,
tristia praetulerunt cum mihi fata necem.
discit(e), mortales, in spem non vivere longam:
uti quod voluit tempore, tempus (h)abet.

2. 4. redeunt supra n. 135 (anni 10 p. C.), 12. 13; 2. formula tritissima, cf. n. n. 32. 40. 87 all.; *aetas* c. *annos* solet emendari; 4. *discit* descriptum; fuit fort. contignatio TE; 5. h. e. *uti quo volui*, quae proposui supra ad n. 135; sensus itaque omnino hic est: tempus (aevum) habet (consumpsit) id tempus, quo uti volui, longius victura; *tempus abit* emendatur in Corpore s. n. minus recte; *tempus habet* incisum n. 185.

Digitized by Google

**1133e.** VI 33473 Roma s. I p. C.

Derceto Aureliae | Virginis | lectrix |
ann(um) vicensumum exsigens misera occidi.

2. senarius notae inferioris.

**1133f.** VI 33903 Roma s. I p. C.

Cl(audius) hic iaceo Diadumenus, arte poeta
olim Caesareis floridus officiis,
quem numquam cupidae possedit gloria famae,
sed semper modicus rexsit ubique tenor.
Hylle, pater veni: nolo, move(a)re tumultu:
hospitium nobis sufficit ista domus.

B 1249 una repertus est titulus C. VI, 32299 a Claudio Diadumeno patre Ti. Claudio Hyllo lictori filio positus; recte igitur putat B. v. 5 interpungendum ut supra: Hyllum filium ante defunctum adloquitur Diadumenus pater ad eum veniens; minus verisimilius statuit Gatti Huelseno probante Hyllum v. 5. patrem esse Diadumeni, Hyllum lictorem filium, interpungitque *Hylle p., veni*; 5. *movere* lapis.

**1133g.** VI 35126 Roma

dis man. | Cn. Domitio | Proculo |
quam dúlcis fuerat prímus natalís meis!
sed iníquo fat(o) ráptus non egi álterum:
annúclus mensum séptem carui spíritum,
eréptus illis ád leves umbrás vagor.
quid, mater, ventrem laceras, quid pectora plangis?
cavére fatum némo (mo)rtalís potes(t).

v. v. 2—5 et 7 sunt senarii iambici, 6. hexameter.—3. *fat*, 7. *nemortalis potes* lapis.

**1133h.** VI 35887 Roma

cara mieis vixi, virgo vitam reddidi.
mortua heic ego sum et sum cinis, is cinis terrast:
sein est Terra dea, ego sum dea, mortua non sum.
rogo te, hospes, noli ossa mea violare.
Mus vixit annos XIII.

B 1582 1. *mieis* correctum in *meis* in lapide: ad senarium vergit; 2—3. de graeco epigrammate archetypo v. B. ad tit.; *Lier*, Philol. LXII, 8 p. 449; 4. metro propior et quidem italico.

Digitized by Google

**1133i.** VI 36202 Roma

. . . . Tyc]he, vixit a. XIIX |
hospés, resi]ste et títulum perscriptúm lege,
cognósce v]itam, quaé sub hoc tumuló sita est.
quod fletu] mortis doleor Primi mihi caro
et mate]r lacrumis perluit ossa mea,
hic amor i]nter nos semper fuit et tamen est nunc,
quamqua]m sub terris sum resoluta cinis.

B 1545 1—5 supplevit B., 6—7 Burmann; 6 fin. *est etiam nunc* mavolt Schrader; sensus hic est: *fuit* (non est) *et tamen est.*—*Primus* (v. 4) maritus puellae, non pater.

**1133k.** VIII 79 Nebhana

d m s | Q. Iulius Lu | canus Medi | conis fil(ius) | ut hanc in patriam plenus laetitia pervenirem, annos LXXX certando vici; iam quietus ego hic Medico semper.

2. *patriam* esse *sepulcrum* vidit Wilmanns; 2—4 nescio an versus voluerit facere tituli auctor.

**1134.** VIII 675=11828 Mactaris

quae rés mort[a]lis úr[guent perpetuáliter]
miserósque reddu[nt hómines impetú suo]
animósque torq[uent cúris permanéntibus,]
[relíqui cunctas: hóc tamen so]lácium
[vitaé dimissae nóbis inge]ns pérmanet,
[quod ágminibus pepérci nullis hó]stium.
[obií peregre, sepúlt]us in patrió solo,
[vitaéque miserae iám sol]utus taédio
[ín Elysiis vitá]m dego et timeó nihil,
[ideóqu]e dignis úto[r] n[un]c [ego praémiis]
[opés] despiciens ét fortunas ál[terius].

B 99 sunt fragmenta quinque: (I) vv. 1—8, (II) 4—6, (III) (IV) 7—9, (V) 10. 11; in apographo Wilmannsiano imperfecto semiseptenarios iambicos inesse suspicabatur Studemund. qui etiam supplevit v. 1 u[rguent] vel v[exant] vel u[runt]; v. 2 reddu[nt], v. 3 torq[uent]; trimetros iambicos adgnovit Schmidt, qui lapides descripsit curis iteratis ediditque in Supplemento (11828); idemque supplevit v. 4 so]lacium, v. 6 ho]stium, v. 8 absol]utus, v. 9 vita]m; vv. 10. 11 totius carminis finem efficere vidit idem. Fragmenta ipsa iungendi explendique periculum feci exempli scilicet causa; v. 1 supplevit Buecheler hoc modo:

Digitized by Google

quae res mort[a]lis vi[ta faciunt non frui].

v. 4 sqq. sic:

dolorum et sollicitudinum so]lacium
hoc solum morbos omnes tolle]ns permanet
. . . . . . Ditis o]stium.
itaque hoc sepulcrum vivus in patrio solo
mihi aedificavi, ubi sol]utus taedio
curisque placide ia]m dego et timeo nihil.
et antehac semper] dignis [vixi moribus]
volgus] despiciens et fortunas a[tque opes],
cultor ru]dis Lucustio colonicus.

Ad v. 11 fin. cf. Plaut. Capt. 306; Rud. 750; Capt. Prol. 8; *Ritschl*, Op. I, 436; II, 672 sq.

**1135.** VIII 724=12135 El Chima litt. s. fere III p. C.

d m s

P. Caledius Rufus. Parcae quos tribuer[a]nt,
ter quinos bis singulos peregi annos.
ingenio non humili, quo gratus aput magistros fui,
qui dixi, scribsi, pincsi bene,
puer doctrinae aeque dedidi mentem:
nam bis septenos cum agerem annos,
notas Graecas, quis in comm[atib]us m[ore]
graeco ut[untur dicendi arti]fices,
[perdidici omnes, quare doctoribus] placui me[rito].
[nunc tantis meis laborib]us requie[s data],
placid[eque nunc in hoc sepulcr]o quiesco
reddito natu[rae debito, iam desid]ero nihil: n[am]
multa nimi[rum] m[ors] iniqu[a vetuit] concupisc[ere].
aliu(m) casum . . . enos . . requies ma[net . . P]usinicu[m],
indurata . . . is [mort]is [sae]va[e . . . . . . . .
quand[o] . . . . m . . . . . . . . mi [t]ulisti o . . . vixerim li . . .
perpet[uo dolet mater] mortis meae vulnere.

B 1612 sermo versus imitatur passim, maxime iambos.

supplevi v. v. 8 fin. 9. (eadem et B-o placuere) 10—14. 16—18 ex: gratia; ad v. 9 cf. Cic. de or. 1, 23; v. v. 15—17 quot litterae perierint punctis indicatur.

2. *tribuerent* lapis; 16. *en duram* Cagnat descripsit; 17 fin. 18. *il[li]* | *perpet[uo dolebunt crudeli] m. m. v.*, B.

**1136.** VIII 868 Municipium Giufitanum

d m s | P. Aelolius Felix pius | vixit an XLI d. IIII |
amore ductus pelagi



Digitized by Google

mercibus insistebam;
sucidis aeternoque
silentio Mauris sum
[traditus nunc in terris]

2—5 semiseptenarios iambicos dubitanter coniecit esse Studemund in add. p. 927; egit de metro *Zander*, op. c. p. XCI; 4. «de sucidis cf. Gell. XIII, 25, 12» Mommsen; 6. suppl. Zander.

**1137.** VIII 5683 prope Sigus

tu qu]i praenomen nome[nque scire requiris]
Aemiliu]s C. fil. Quir. Rogatus [fui, qui incidendum voluntate | suprem]a mandavi, quid gesse[rim vivus, in hoc monumento, quod | genti me]ae Aemiliorum posui [. . . . . . . . . . . | origine Ci]rtensis vir ornatus q[. . . . . . . . . | e]t exsuperans familia [. . . . . . . . | . . . . . . . . .]
Signs fui pagique ma[gister . . . . . .

1. potest fuisse hexameter; cetera videntur prosa oratione esse composita, numeros certe aliquatenus redolente; supplementa sunt editorum, nisi quod v. 1 hexametrum concinnare conatus sum: *nome[nque meum scire cupis]* supplent editores.

**1138.** VIII 7156 Cirta ex mausolaeo Praecilii, s. III p. C.

Hic ego, qui taceo, versibus mea(m) vita(m) demonstro:
Lucem clara(m) fruitus et tempora summa,
Praecilius, Cirtensi lare, argentariam exibui artem;
Fydes in me mira fuit semper et veritas omnis.
Omnibus communis ego: cui non misertus ubique?
Risus, luxuria(m) semper fruitus cum caris amicis;
Talem post obitum dominae Valeriae non inveni pudicae:
Vitam, cum potui, gratam habui cun coniuge sancta.
Natales honeste meos centum celebravi felices:
At venit postrema dies, ut spiritus inania membra reliquat.
Titulos, quos legis, vivus meae morti paravi,
Vt voluit Fortuna: nunquam me deseruit ipsa.
Sequimini tales: hic vos exspecto: venitae!

B 512 1. mea vita; 2. clara; 5. omnisbus; 6. luxuria; 8. requiritur *dum*; sanctam; 10. mempra; reliquat; 13. exopecto.—acrostichon: h(oc) l(oco) p(ositus) Fortunatus; L. P(raecilius) Fortunatus Renier Buecheler.—possunt sane «versus» isti ad hexametri normam taliter qualiter dedolari, malui tamen non attingere.—1 init. de constr. egit *Kübler*, Arch. f. l. L. VIII,

p. 175; cogitabam de locutione *h. e. q. iaceo*; 5. post *miserius* interrogationem statuit Buecheler; 6. supple *sum*; 7. *talem* ad *vitam* (v. 8) refert Buecheler, vidit tamen et *amicum* (*coniugem* malim) posse significari; 8. *sancta* ad *vitam* refert idem.

**1139.** VIII 7604 Cirta

d m | Umbria Matronica
Maturitas hominum fui(t)
A(d) me, servitus longinqua
Timoris numini(s) huius et
Religionis, cui ego annis
Octoginta servivi etiam
Nudo pede, caste et pudice et
Instanter. universae terrae
Civitates apparui, et ideo
Ab ea sic merita pertuli,
ut benigne me
terra reciperet.

B 163 2. *fui*, 3. *a*, 4. *numini* apographon.— 8. *instanter* cum sequentibus iungit B.; 9. *civitates* pro *per civitates* usurpatum esse putat Mommsen. 2—10 ad iambos tendere videntur, 11. 12. ad trochaeos; cf. n. 1158 fin.

**1140.** VIII 7759=19478 Cirta s. III p. C.

qui properas, quaeso, tardă, viator, iter,
ut paucis discas cum genus exitium.
non externă satus Scythica de gente Syrorum:
s]um satus, Aethnaviros ub[i] cingunt Anspagae moles,
cognitus est locus amoenissimus Alba,
in qua frondicoma odoratur ad mare pinus,
daphne pudica vi[ret, sa]lit et loco vitrea Na[is];
dum simi[li dam]no natam u[n]a unic[am raptam]
[defleo, hic] ubi me iuvat esse d[omi, hic requiesco,]
[hic, u]bi sum cinis, hic o[ssa nostra tegun]tur.
ter denos et bis quin[os con]sumpserat anno[s]
aetate, my[s]eroque mihi fuit unica na[t]a:
quot dedit, it repetit natura, non [q]uia peccat.
dicere ne pigeat:
«P. Sitti Optati
molliter ossa cubent»!



Digitized by Google

B 1327 2. *cum genus* = cum genere; cf. «Index grammatic». p. 1111 de praepositionum usu; notum rusticitatis genus; 3. pro *Syrorum* mavolt *Syrave* Mommsen; potuit cogitasse poeta de Scythis trans Imaum, qui sunt Seribus, vel ut ipse declinavit *Seris* vicini; *Syrorum* itaque erit Serorum, Serum; 4. h. e. ubi Ampsaga flumen ambit montes quosdam ignivomos; *molem* de aquis usurpari notum; *aet<h>novir* = Cyclops hucusque ignotum, videturque a poeta nostro confectum; 5. mancus hexameter; scandendum *āmoenissimus*; 6. *frondicoma* lapis, ut videtur; *frondicoma[ns]* proposuit Buecheler, quod tamen spatium lacunae non admittit; 8. *dum simi[li dam]no natam u[t] amic[os raptam fleo]* idem olim, quae tamen litterarum reliquiis non satis respondent; itaque temptavi ut supra; 9. supplevi ego; *sed[em hanc extruxi, u]bi sum cinis; hic q[uoque illi tegun]tur*, vel *hic o[ssa nostra tegun]tur* (vel *[colen]tur*) idem; quod olim legebatur *sedes turales* docti poetae argutiae poterant esse pro loco sepulturae; *naturales sedes* proposuit Studemund; corr. Schmidt in suppl. II, quae adhibui; recepta *iurat* lectione confecit B. haec: *ipsa datast terris, ubi me iurat esse datura*; 10. pro *u]bi* mavolt Mommsen *i]bi*; 11. *sumtperat* lapis; *quin[os vix]* B.; 12. *avia* Renieri tuetur B.; 13—16. eliminatis nominibus propriis fit pentameter; 16. cf. Ovid. Trist. 3, 3, 76.

**1141.** VIII 7858 = 19480 Cirta

calix no[n] dulc[is néc] perfrix[ió mihi]
neo puélla [negata est, quám] diu posám timui;
coluí potentes néc despexsi paú[peres].

B 114 1. 2. supplevi ad sententiam, cf. VI, 15258; XIV, 914; 3. trimetrum iambicum adgnovit iam Dessau, qui supplevit; secundis curis descripsit Cherbonneau (Suppl. II) in quibus tamen fere nihil adiumenti.

2. *posa* pro *pausa* ut *coda* pro *cauda* dici notum; significatur mors; est itaque *quamdiu vixi*.

**1142.** VIII 11824 Mactaris s. III p. C.

Caeselia Namira (?) Ca[eselius . . . . .
pia vixit annis LX . . . . . dianus pius vixit | annis . . .
[d]emessor, pra[t]is [su]a grami[n]a [f]alce re[tondens],
verni[li] o[ff]icio [deditus?] s[p]on[te] fui:
paupere progenitus lare sum parvoque parente,
cuius nec census, neque domus fuerat.
ex quo sum genitus, ruri mea vixi colendo
nec ruri pausa, nec mihi semper erat.
et cum maturas segetes produxerat annus,
demessor calami tunc ego primus eram.
falcifera cum turma virûm processerat arvis

seu Cirtae Nomados, seu Iovis arva petens,
demessor cunctos anteibam, primus in arvis,
pos tergus linquens densa meum gremia.
bis senas messes rabido sub sole totondi,
ductor et ex opere postea factus eram.
undecim et turmas messorum duximus annis,
et Numidae campos nostra manus secuit.
hic labor et vita, parvo con(ten)ta, valere
[et fecere diu nomina nostra satis],
et dominum fecere domūs, et villa paratast,
et nullis opibus indiget ipsa domus.
et nostra vita fructus percepit honorum,
inter conscriptos scrībtus et ipse fui.
ordinis in templo delectus ab ordine sedi
et de rusticulo censor et ipse fui.
et genui et vidi iuvenes carosque nepotes
[et qui post obitum nostra sepulcra colant].
vitae pro meritis claros transegimus annos,
quos nullo lingua crimine laedit atrox.
discite, mortales, sine crimine degere vitam:
sic meruit, vixit qui sine fraude, mori!

B 1238 1. *Nampame* legit Schmidt dubitans; CΛESELIΛ NAMII\/Λ deprehendi in tabula Anglorum; 3. 4. restitui ex eadem tabula in Eph. Min. P. I. 1892; pro *sponte* acute proposuit B. *ante;* 8 init. cf. *Kübler*, Arch. f. l. L. VIII, p. 188; *demessor* vox lexicis addenda, *Sittl*, Archiv für lat. Lex. VI, p. 110; distichon nostrum recepit *Gustafsson*, rom. Inskr. p. 26; 4. *vernile officium* hoc loco pro *servile o.* usurpatur, cf. Tac. Hist. II, 59: quamvis odium Vitellius vernilibus blanditis velaret, h. e. principe plane indignis; 6. debuerat dici *nec domus ulla fuit;* 7. *ruri* dativus est Mommseno; recte interpretantur Schmidt Buecheler *vixi ruri colendis meis deditus*; 8. luditur in significationibus formarum dativi et locativi; exspectes pro *semper-umquam;* 14. *pos tergus*, ut solet dici *pos tergum, pos templum*, v. *Georges*, Lex. d. lat. Wortf. col. 543 sq.; *gremia*: de hac vocis forma sensuque disputavit *L. Havet* in Arch. f. lat. Lex. II, 1, p. 135, ubi vertit «des javelles, des brassées de blé coupé»; cf. *Kübler*, Arch. f. l. L. VIII, p. 191; 15. de duodecimali numerandi ratione egit *Woelfflin* ib. IX, p. 527 sqq.; 16. *ex opere*=ex opera; 23—26. fuisse se decurionem, II virum et quidem qq. significat messor; 30. *laesit* Bond et Thompson; *laedit* tabula; 31. *vixit sine crimine vitae* sollemnis locutio; cf. Verg. Aen. IV, 550 sq.—11 sqq. disputavit de hoc loco Nikonow in Eph. Min. P. I. 1895 m. Oct.

Digitized by Google

**1143.** VIII 11883 Mactaris

quanta homini conferre potest fortuna [secunda],
o[bt]i[nu]i bona ego, tib . . . . . . . iuvenis,
qui obit cum laude.

B 530 1. supplevit Schmidt exempli causa; potest fuisse et *beata* vel simile quid; *priorum* suppl. Buecheler; 2. [*tanta*] *bona ego tibi* [*ded*]*i iuvenis* Schmidt, sed *tanta* litterarum vestigiis non respondet, latetque fortasse in *tib* . . . . nomen defuncti, ut *Tiberius*, *Tiburtius* similia; *tibi* [*tul*]*i* Buecheler; 3. error fort. quadratarii pro *obii*; soloece dictum pro *obisti* putat Buecheler.

**1144.** VIII 12103 Muzuc

. . . . . . . amo[rem depor]tavi meam[que]
liben]ter repetens patr[i]am casso nunc tumulo dico:
functus fati co[actu] vita felix de luce recessi.

B 524 1. *hanc sedem*] *mo*[*rtis op*]*tavi* Buecheler; ut supra ego; 2. *liben*]*ter* supplevi ego; v. 2. *ter repetens* etc. Schmidt; 3. *co*[*actu*] suppl. Schmidt; *co*[*lis*] vel *co*[*lu*] Buecheler.

videtur mihi loqui defunctus ipse, cuius cineres nunc demum in patriam referuntur, ab amicis fortasse, postquam ipse eodem *amorem* suum, puto coniugem liberosque, deportaverat; itaque *casso tumulo* v. 2 est mihi abl. abs.; 3. *felicem* se dicit defunctus, quod repetat patriam, ubi iam amor eius versatur.

**1145.** VIII 12118 Hr. Oghab

qui quondam ad superos (fui) Mossius [Philotim]us,
nunc tenuis anima, (pulvis et exiguus).
inquíritis patráta? hic sanus hic situs.
quae tu, óro, [iac]tu stípis adí, sis, (praéteriens),
curáque [dicas, hórt]or, «aeternú[m v]ale!»

B 1600 1. *fui* addidi metri causa; | | | | | O | | VS apographon; emend. Mommsen, Schmidt; *Philoxenus*, B.; 2. pentametrum supplevi ego; in lapide videtur nihil deficere; iambis adnumerat B.; 4. *iac*]*tu* suppl. Mommsen, Schmidt; *ade* apographon; emend. iidem; *age sis*, B.; senarium explevi ego; 5. *dicas hort*]*or* ego; *dicas prec*]*or* Mommsen, Schmidt; *dic prec*]*or*, B.

3. «*hic sanus*, *hic situs*=vixit, mortuus est», Schmidt ad tit.; mihi videtur sententia esse haec: *hic* (=defunctus) *sanus* (=nullo morbo adfectus) *hic* (=hoc loco) *situs*, cf. VIII, 15569:

vixisti, cursum vitae bonitate replesti,
sucidus in membris, oculis et corpore sano.

**1146.** VIII 15987 Sicca

C. Cornelius Fortunatianus quondam de nomine patris,

studis praecellens, forma[que] decorus,
quem mors erip[u]it prima florente iuve[nta]:
suficiunt tituli: non ego solus obi!
vixit annis XXIII. h. s. e.

B 1240 1. nominibus propriis inlatis archetypum perdidit poeta; 2. exspectes:
praecellens studiis, forma specieque decorus,
vel ut dedit Buecheler:
praec. st. formaq. decorus honesta.

**1147.** VIII 16463 el-Lehs

Primus mihi nomen erat, dum vita manebat:
Regna infra caeli fraudatus luce quiesco;
Iam secura quies, nullum iam vitae periclum.
Mens mihi sancta fuit, magna et servata voluntas.
[V
[S

B 514 2. de sensu cf. *Church*, Beitr. p. 55; 3. cum lapidem infra fractum non constet, necesse est altera tabula cum ista coniuncta perierit; ludere licet vel in hunc modum:
Vivere debueram iam annis fere centum: licebat;
Set quia sunt manes, sit mihi terra levis!
cf. VIII 403. 11594; v. 5 a *virtutis, veri, vivendi* potuisse incipere putat Buecheler.—Ad. sent. cf. *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 73 not. 2.

**1148.** IX 60 Brundisium act. Aug.

si nón molestum est, hóspes, consiste ét lege.
navibus velivolis magnum mare saepe cucurri,
accessi terras conplures; terminus hicc est,
quem mihi nascenti quondam Parcae cecinere:
hic meas deposui curas omnesque labores,
sidera non timeo hic nec nimbos nec mare saevom,
nec metuo, sumptus ni quaestum vincere possit.
alma Fides! tibi ago grates, sanctissuma diva:
fortuna infracta ter me fessum recreasti;
tu digna es, quam mortales optent sibi cuncti.
hospes, vive, vale! in sumptum superet tibi semper,
qua non sprevisti hunc lapidem dignumque dicasti.

B 1533 3. *hicc* lapis; *hicc(e)* Mommsen; recte tuetur B. *hicc* per *cc* grammaticorum romanorum scribendi rationem; 5. *hic meas* bisyllabum; notanda adlitteratio v. v. 2. 3. 11; 12. *qua* pro *quando*.—mancum esse carmen B.

putat; potest tamen *dignum dicasti* pro *dignasti* esse usurpatum abs. pos., i. e. ἠξίωσας.

**1149.** IX 1020 ager Compsinus litt. bonis.

siquis stupebit hic] canes esse ante me,
ego nunc quoque animum] in canibus habeo deditu(m).

B 206 «in sepulcro reperto ossibus (caninis?) pleno *etc.*» suppl. Buecheler.

**1150.** IX 1164 Aeclanum s. II p. C.

d m | M. Pomponio M. fil. M. n. M. pron. | M. abn. Cor. Bassulo | II vir(o) q. q. |

ne more pecoris otio transfungere[r],
Menandri paucas vorti scitas fabulas
et ipsus etiam sedulo finxi novas:
id quale qualest, chartis ma[n]datum diu.
verum vexatus animi curis anxiis,
non nullis etiam corpo[ris dol]oribus,
utrumque ut esset taed[i]o[sum ultr]a modum,
optatam mortem sum pot[itus: ea] mihi
suo de more cuncta [dat lev]amina.
vos in sepulchro [h]oc elo[gium in]cidite,
quod sit docimento post eo q[uaeren]ti[b]us,
inmodice ne quis vitae sco[pulis hae]reat,
cum sit paratus portus plac[idus nau]ti[b]us,
qui nos excipiat ad quiet[em perpet]em.
set iam valete, donec vi[ta suppet]it.

B 97 egerunt de titulo insigni *Ritschl*, de Pomponi Bassuli epigrammate, Opusc. IV, 16 sqq.; *Mommsen* Bull. dell' Inst. 1847, V, p. 94 sqq.; Rhein. Mus. n. F. VI, p. 139 sqq.; Hermes, III, p. 467; *Quicherat*, Revue Archéol. XI (1854) p. 744 sqq.; *Buecheler* Anthol. spec. I p. 12 n. 29; Carm. Epigr. n. 97; *Tolkiehn*, inschr. Poesie, p. 163; *Krascheninnikow* in. Eph. Min. P. Instr. 1893 m. Iun. p. 135 sqq.—adscripsi non nisi maxime necessaria.—

3. *more pecoris* cf. Sall. Cat., 1, 1;—locos congessit Quicherat; *transfungi* o. mixtum ex *fungi vita* et *transigere vitam* levitatis aliqua significatione admixta, ut *perfunctorius*, *transfunctorius*; 9. *taediosum ultra* Lachmann; *taedio mi u.* Ritschl; 11. suppl. Quicherat; 12. *elogium oro i.* Haupt contra lapidem; de hiatu cf. *Birt*, Rh. Mus. 99, 54, 1, p. 222; de usu praepositionis *in* cf. *Church*, Beitr. p. 77; 13. versus vexatissimus; *post fo. q . . . . . . . ibus* legunt Brunn Hirschfeld; *i . . . . . . . . . . sibus* Mommsen, *iii . . . . . . . . . aii. us* Dressel, ubi punctorum numero indicatur quot elementa interciderint; *post fatales exitus* Ritschl; *post futuris maxsimus (scopulus)* Lachmann; *post futuris omnibus* Haupt olim probante

Digitized by Google

Buechelero, qui nunc dat *locos adeuntibus*; *post illa(c) mortalibus* Krascheninnikow, qui et alias, ut solet, non paucas excogitavit supplendi rationes minus ut ipse concedit probabiles; *post eo quaerentibus* ego temptavi, ubi *eo* dativum esse a docto poeta excogitatum ad *eae* normam si quis adfirmet, non dissentio; *postea* Gustafsson, rom. Inskr. p. 23, not. 9; 14. *scopulis haereat* Buecheler; *s. horreat* Ritschl; *scopulus terreat* Lachmann; 15. ut supra Krascheninnikow bene, collatis Enn. fab. 316 M.; Ovid. Trist. IV, 4, 58; his potest addi Stat. Silv. II, 2. 140: *et tua securos portus placidamque quietem | intravit non quassa ratis*; ad sent. cf. *Geffcken*, l. c. p. 49; *flag* . . . vel *flac* . . . legebatur olim, unde *flagitantibus* effecerunt Ritschl Haupt, *flaccescentibus* Krascheninnikow; *eiac* . . . legit Mommsen, *eiaculantibus* supplevit Lachmann probante Buechelero; recepit et *Gustafsson*, l. c.; *plac* . . . . legit Dressel, unde Buecheler coni. *placidus omnibus*; 17. sic Quicherat; *vivere expedit* Ritschl probante Buechelero.

**1151.** IX 2114 Ager Beneventanus litt. antiquis.

P. Clodius P. f. Ste. Pius, leg. XX[X]
dum vixi, vixi quómodo cóndecet ingénuom:
(et) quód comedi ét ébibi, tantúm meu(m) est.

B 187 2. melius procedunt numeri, si transponas: dum vixi, vixi ingénuom quomodo cóndecet; 3. *et* addidi metri causa; *id* inseruit *Zander*, p. 79; nulla lacuna in lapide; *num* Buecheler; *meu* lapis.—ad sent. cf. Buech. s. n.

**1152.** IX 3358 Pinna

Ninniae Q. f. Primil | lae, sacerdoti Cereriae |
sancta! tibi hunc titulum pueri posueri merenti.
hos[pe]s, si non e[s]t lasso tibi forte molestum,
oramus, lecto nomine pauca legas.
sum libertinis ego nata parentibus ambis,
pauperibus censu, moribus ingenuis.
sed m[i]h[i], qua[e potuit], mir[a] pater omnia cura
largit]ur: [cu]nctis sum decora[ta b]onis.
co . . . . vi. . . . . . . . . . aeus . . . . . . . . . . . an[nos]
hic defuncta piis sedib(us) ecce moror.
tu, qui preteri[en]s legisti, lasse viator,
sit tibi lux dulcis, et mihi terra levis.

B 1125 2. de vocis *sanctus* in tit. sepulcr. significatione v. *Schröder* Stud. zu d. Grabd. p. 17+not.; 3. 4. cf. Catull. 55: oramus si forte non molestum; IX, 60, 1; lasso tibi, cf. II, 59; 5. 6. Horat. Sat. I, 6, 6. 45. 46; 7. 8 haec fere extricavi ex incertis scripturae vestigiis, qualia proposuerunt Mommsen et amici eius; *sed matronali nutrita per omnia cura artibus et cunctis s. d. b.* Buech.; 9. sensus videtur esse fere *contigit cui vita tranquilla tot per annos*, sed nimis lacera eduntur, quam ex quibus certi aliquid possit elici; 12. malim *sit* pro *et*.

Digitized by Google

**1153.** IX 4796 Forum Novum

d m

is, cuius per capita versorum nomen declaratur, fecit se vibus sibi et suis omnibus | libertis libertabusque posterisque eorum.

Liber nunc curis fuerim qui, respice lector:
Notus in urbe sacra vendenda pelle caprina,
Exhibui merces popularibus usibus aptas;
Rara fides cuius laudata est semper ubique;
Vita veata fuit, struxi mihi marmora, feci
Secure, solvi semper fiscalia manceps,
In cunctis simplex contractibus, omnibus aequus,
Vt potui, nec non subveni saepe petenti,
Semper honorificus, semper communis amicis;
Maior ad(huc) hic laudis honor, potior quoque cunctis,
Ipse meis quod constitui tutamina membris
Talia; que feci non tam mihi providus uni,
Heredum quoque cura fuit; tenet omnia secum
Re propria, quicumque iacet: me fama loquetur.
Exemplum laudis vixi, dum vita manebat,
Sollicitus multis, requiem feci quoque multis.
L. Nerusius Mithres.

B 437 9. *fecit* vel *feci* traditur, *tecti* Buecheler olim, nunc *feci* retinet; 14. *adhic* vel *adhis* traditur; *adhic stat* vel *adhuc stat* emendabant priores; *ad(huc) hic* Buecheler; 16. *taliaque* exemplar Waelscapplianum, *talia qui* reliqua omnia; probavit Buecheler; 19 fin. Verg. Aen. VI, 608. 661.

**1154.** X 1948 Puteoli s. III med. p. C.

[qui pallam cithara canens trahebat],
fluxa aut syrmata Bacchici coturni;
hic Phoebus fuit, hic superbus Euhan:
plaude istis, populare volgus, umbris,
si sum dignus adhuc favor[e] vestro,
si post praemia rixulasq(ue) [ves]tras
ut tiro ac rudis in quiete v[iva]m.

B 1510 1. constr. *aut fl. s. B. c.*; *Bacchici coturni* est genet. sg.; videntur perisse admodum multa, in tabula fort. iuxta posita inscripta; gloriari tragoediarum actorem apparet; *cum p. c. c. tr.* B.; *qui p.* ego; 2. non de partibus a defuncto actis intellegenda nomina, sed tropice de fabulis;

Digitized by Google

3. *istis* defuncti; 5. *ricula* deminutivi forma rarissima; de praemiis rixisque cf. *Friedlaenderum* Sitteng. II⁶ p. 471—477.

**1155.** X 4428 Capua

tu,] qui praeteriens spectas mortis monu[mentum],
aspice, quam i]ndigne sit data vita mihi:
quattuor anno[rum vixi dulcissima matri],
in qu]into scande[ns] deposui heic animam.
nun[c teneor l]atebri[s deserta luce peracta];
huc omn]is [veniunt:] vivere dis[ce. vale]!

B 1083 simillimus est titulus X, 5020, unde v. 1—4 supplevit Mommsen; ego addidi v. 3 *dulcissima matri*; v. 5. 6. explevi ego usus eodem titulo; cf. etiam III, 3989; *at tu qui legis hoc vivere disce vale* Buech.

**1156.** X 4913 Venafrum

a)
. . . . . . . pra]efectus
. . . . . . . . . . . . Quirites.
h. m. h. n. s.

b)
bis sexvir factus peregi r[atione modoque,]
bis populo munus dedi lib[eraliter omni,]
primum est Augusti paren[talibus triduo factum].

B 234 a) 1. suppl. Mommsen, quae dedimus.—b) supplevit Krascheninnikow in Ephemer. Minist. Publ. Instr. parte 288, 1893 (Iul.) p. 12 sq. (sect. class.). a) 1. 2. coni. Buecheler talia: *ius ego pra]efectus [dixi rexique] Quirites*, sed ipse dubitans; b) 1—3 putat idem septenariis trochaicis esse concepta suppletque ex. gr. *bis s. f. peregi p[lurimam aetatem domi]*.—b) 1. *peregi f[eliciter aevum]* Krascheninnikow; sed cum ultimam litteram P aut R fuisse adfirmet Mommsen praestetque de seviri officio totum versum intellegere quam de aevo peracto, periculum supplendi feci ut supra; 2. 3. supplevit Krascheninnikow ad sententiam recte, ad metrum minus bene.

**1157.** X 4915 Venafrum s. II ex. p. C.

substa, praecor, paulum, festinas ire viator,
et maea post hobitum rogantis concipe verba,
tale co speres <et> ipse venire diae.
Iustus <ego> non patrio set materno nomine dictus
paupere patre quidem set fame divite vixi:
tibicinis cantu modulans alterna vocando

Digitized by Google

Martios ancentu <stimulans> gladiantes in arma vocavi.
qui vixi annis XXI m. XI d. XXVIIII,
Iustus ego morte acerba peri.

B 1319 1.=festinans; 3.=talem cum sp. et i. v. diem; 4. matris versum expleret; 5.=famae; 9. vice pentametri fungitur.—4. exitus tritus; 6. contulit B. Verg. Ecl. V, 14.

**1158.** XI 137 Ravenna s. I p. C.

C. Iul. Mygdonius | generi Parthus |
natus ingenuus, capt(us) pubis aetate,
dat(us) in terra(m) Romana(m).
qui dum factus cives R(omanus) iuvente fato
colocavi arkam, dum esse(m) annor. L.
peti(i) usq(ue) a pubertate senectae meae pervenire.
nunc recipe me, saxe, libens: tecum cura solutus ero.

metri vestigia passim adgnoscuntur; 7. potest cogi in pentametrum aetati et homini conformem:

recipe, saxe, libens: cură s. ero.

6. *senectae*=ad senectam recte interpr. Bormann; 7. cf. n. 1139, 12 sq.

**1158a.** XI 330 Ravenna aet. infimae

tumulus iste docet, cuius retinet corpus:
Sergius vocita[b]ar . . . . . .

principium ex paganis desumptum.

**1158b.** XI 594 Forum Popili

. . . . m[e] ra[p]i . . . . . . . . | ano e fi . . . . . . | sen-
tiovi . . . . . . . | tri et gaud . . . . . . [
ma]tri et a meli[or . . . . . . ] | sis digne p . . . . . . ] | [supe]-
rest ad oct[avum . . . . . ] |
coniu]ge si digni . . . . . . | ego iaceo d . . . . . . | ses
spo . . . . . . . |

versus fuisse probabile; certi nihil datur.

**1158c.** XI 2819 Volsinii

. . . . . loi . . . . .
ossa dedit erei . . .
uvenius a. bet . . . .

2. *ossa dedi terrae* probabiliter supplevit Stevenson; cf. n. 1111, 6; Lucr. III, 1035; 3. fuitne *iuventas?*—cf. n. 1160a.

Digitized by Google

**1158d.** XI 4164 Narnia 558 p. C.

Cassius inmerito presul de munere Cristi
hic sua restituo terrae mihi credita memb[ra].
quem fato anticipans consors dulcissima vitae
ante meum in pacem requiescit Fausta sepulcrum.
tu, rogo, quisquis ades, prece nos memorare benigna,
cuncta recepturum te noscens congrua factis.

B 713 4. = in pace; 5. *memorare* = memora, a *memorari* depon.; cf. *memoratus* = qui meminit, n. 264, 9; est ergo nostrum *помяни*.

recepi propter pagana aliquot.

**1158e.** XI 4246 Interamna

hos ego vers[u]s feci Atinatia | Verecunda,
qu[a]e prutia sum | turr . . . . . cael . . . num causia |
num . . . . v . . . . vetosque per | meas aream . . . . o . . . e meam subdi |
tam nemoribus montibusq(ue) | bi[g]eminis Interamnae
et . . . . | curi . . . . s . . . . . viri denique | deletum Valentiae sancte . . . . |
. c . . e. t. mere . . . . . . . . . | . . . . . [re]cobans t[ell]ure sub imo | . . . . mei
iure liberti et familia | . . . . hic . . . . Interamnatum | Nart(ium) |
. . . . busibus . . . . toriosque . . . . | . . . . . [f]lorum manibusque . . . . |
. . . . [mult]osque per annos | . . . . . . qui ad memoriam | . . . v . . . . r . . .
celebretis | . . . . . . . ri . . . . is . . . . . hanc | ersainra . . . . . . | iubeo . . . . . |

B 1825 lapidis nunc deperditi extant exempla duo pessime lectum utrumque, ut de restitutione probabili desperetur.—Buecheleri Bormannique conamina aliquot adscripsi.

1. hexameter infimae notae, neque ceteri meliores videntur fuisse; *versus* exemplum alterum; *versus* vel *versiculos* B.; 2. *fructa sum* B., cf. n. 227, 5; *Bruttia sum* [*vocitata*] Bormann; *cael*[*esti*] *num*[*ine*] id.; 3. *qui*]*sque*, B.; 4. *bicemnis*, *biceminis* exx.; 6. supplevit B.; 9. *multosque*, B.; *cunctosque* Bormann.

**1158f.** XI 4565 Ameria

hospes, cons[iste et tumulum contempla meum],
luminibus c[unctas litteras nostras lege.]

Digitized by Google

quietum in t[umulo corpus nunc isto meum]
summo cru[dele fatum posuit tempore;]
mors una cu[mulat omnes iam clades meas].
qua propter [animum ne despondeas, precor,]
hominem te[que esse fac memineris commodum].

senarios esse vidit Bormann, supplevi ex. gr.
1. cf. n. 309, 1; 3. INTI traditur fuisse in lapide.

**1158g.** XI 4979 Spoletium s. V—VI p. C.

quisquis ad] hoc oculu[m convertis forte sepulchrum,
  hic corpus positu]m noveri[s esse meum].
  Grego]rius sacri [altaris minister].

B 1858 supplementa de Rossii recepi paucis mutatis et additis; cum hoc fragmento XI, 4977 coniunxit B. dubitans eodem loco repertum: . . . . . *esse Iohannis* | . . . . . *altaribus hesit*, ut v. 2 legatur: . . *noveri*[*t*] *esse Iohannis*, et v. 3: *p*]*rius sacri*[*s*] *altaribus hesit*; cum tamen haec marmora nec mensura nec versuum dispositione inter sese cohaereant, vidit ipse non urguendum.

**1158h.** XI 5836 Iguvium

L. Sabinus L. l. | Primigenius |
ortus ab Iguvio medicus fora multa secutus
  arte feror nota, nobiliore fide.
me consurgentem valida Fortuna iuventa
  destituit, rapidis inposuitque rogis.
Clusino cineres flammae cessere sepulcro;
  patronus patrio condidit ossa solo.

B 1252 2. de medico circumforaneo recte intellexit B., adlato Cic. Cluent. 14, 40: (*L. Clodius, pharmacopola circumforaneus*),—*qui properaret, cui fora multa restarent*; *secutus*=*persecutus*, ut passim; 6. Iguvii decessisse crematumque esse Primigenium, ossa Clusium patroni diligentia esse relata significatur.

**1158i** XI 5882 Iguvium litt. s. I—II.

Nassius hic situs sum L(uci) l(ibertus) Amandus,
  parvolus aeterna conditus in requie.

B 1843 1. (*Nassius*) *hic situs est* archetyp.; L. | L. lapis.

**1158k.** XI 6078 Urvinum Mataurense

Regilla a. XIIX | Quartionis Fu | lloni vicaria, |

Digitized by Google

quae ut vicsi, nulli | dedi dolore(m); no<n> | leba
esse acerbis at in | feros | , quae at superos dulcis
fui, fecit . . . . .

2. *ut vicsi* = quoad vixi; *nonleba* = nolebam; 3. *acerbis* corruptum puto a quadratario, nam inferius *dulcis* legitur in lapide, cuius exitus illuc aberravit; 4. omissum nomen eius qui fecit, sed cum stele infra fracta esse dicatur, perisse aliqua in parte inferiore puto.

1158. XI 6125 Forum Semproni s. I p. C.

. . . Orf]ius Cn. f. Fal. Seclator | [in prae]torio meruit a. XIIII | vix. a. XXXV; T. Orfius Cn. f. Fal. [fra | te]r et Maria L. f. Polla propter eius pietatem de suo [f.] |

qui legis et flores viae (et mea) carmina pia,
hospes, consiste et [pe]rleg[e qui f]uerim.
fraternis manibus tumulusque et coniugis eius
traditus est mi nunc, quem mors inimica peremit.
iam bis septenos tibi, Roma, laboribus annos
praestitera[m], quom me miserum mala fata vocarunt.
egressum castreis duo me vi[d]ere parentes
linquentem vitae et commoda militiae.
hi duo viderunt fratres, dulcissima coniux
fraterna, quae mi titulum donavit apertum,
quem vos [perlig]ere et vestris ostendere gnateis
posseitis, quorum vita per saecula currit.
dicite: «Maria, tibi bene sit, quae te[mpore] caru[m]
coniugis habuisti germanum f[unusque] dedi[sti]».

B 986; add. p. 857 s. n. carmen indoctum; tritis tamen formulis passim uti auctorem apparet; lectio cum a Bormanno ad lapidem recognita sit, otiosas Buecheleri emendationes omitto.

4. ambigue dictum *legis* de floribus legendis tituloque perlegendo; *qui legis haec, florens vita, fle carmina nostra* B. olim; *nomina qui legis et flores* id. in add.; nulla lacuna in lapide; sententiam expleri; 5. CoNSISTe ET | | | | | | | RLEG lapis ut videtur; 6. *tumulusque et carmina* archet.; *fraternisque et con. eius* voluit poeta; 9. quadratarii puto culpa NECARVNT in VOCARVNT abiit; 12. malim *frater*; 13. *apertum*, h. e. in aperto positum, quem omnes inspicere possint; 14. · LI · I | | | | | | | CERFET · excepit Bormann; *inspicere* B., *efficere* Bormann; *perlegere*, *perligere* ut *relegere*, *religere* in lapidibus passim usurpari constat; 16. · IE | | | | | | | CARV descripsit Bormann proposuitque *femina carum*; *tibi carum* B.; *tempore* ego, quod de vitae tempore intellego; 17. F | | | | | | | DEDIT excepit Bormann; *terraeque* B. ex apographo deteriore; *fasque* Bormann; equidem, cum tempus vitae funeri v. 16 et 17 opponi putem, explevi ut supra; sane versui *fratrem funusque dedisti* satisfaceret.

Digitized by Google

**1158m.** XI 6435 Pisaurum

d m | Petroni Antigenidis
tu, pede qui stricto vadis per semita, viator,
siste, rogo, titulumque meum ne spreveris, oro.
bis quinos annos mensesq(ue) duo, duo soles
at superos feci tenere nutritus, amatus.
dogmata Pythagorae sensusq(ue) meavi sophorum,
et lyricos legi, legi pia carmina Homeri,
scivi, quid Euclides abaco praescripta tulisset;
delicias habui pariter lususque procaces;
haec Hilarus mihi contulerat pater, ipse patronus,
si non infelix contraria fata habuissem.
nunc modo ad infernas sedes, Acheruntis ad undas,
    taetraque Tartarei sidera possideo.
effugi tumidam vitam: spes et fortuna, valete:
nil mihi vobiscum est,—alios deludite, quaeso.
haec domus aeterna, hic sum situs, hic ero semper.

B 434; add. p. 855 doctum carmen in mente habuit, ut efficeret poeta, sed prae nimio doctrinae amore verba passim ita turbavit, ut aegre intellegantur; ceterum nunc non nisi v. v. 2—6 extant in fine truncati; reliqui ab antiquioribus male descripti traduntur; Iucundi maxime apographo nisus Bormann edidit in Corpore.

2. *per senta* emendabatur olim; *per semita* scandendum, h. e. *per semitam*, *m* finali obscurata neglectaque; 3. *siste pedem*; 4. vixit igitur Petronius a. X, m. II, d. II; 5. AT lapis; non mutavi; 6. *meavi* i. e. *permeavi*, *penetravi*, contorte sane enuntiatum; otiosas vetustiorum emendationes omnitto, cum SENSVSQMEAVIS | | | | | etiam Bormann exceperit; 8. *scivi quid* Iucundus, Bormann; *et scivi*, *sive quid* alii perperam; 12. *nunc vero* Apianus emendans; *nunc vero inf.* Buecheler; 13. ut supra Iucundus Bormann; *per sidera prodeo regni*, *per s. tendo profundi* emendabatur ab antiquioribus; *per s. t. pr.* etiam Buecheler recepit; equidem *possideo* minus recte se habere puto latereque . . . *dei*, quod cum *Tartarei* longe aptius cohaereret; 14. 15. cf. n. 1297 simm.; ceterum ut duobus distichis carmen claudatur, requiritur pentameter: *nil m. vob. ludificate alios*; tum v. 16 extra carminis tenorem additus, metro pessumdato.

**1158n.** XI 6606 Mevaniola

d m | Rubriae Tertullae |
v. a. XX m. IIII d. IIII |
coniug(i) optimae |
C. Refanus Macrinus |
Livia me tellus aluit geminamque sororem

Digitized by Google

egregio de patre satas sancta genetrice.
kara fui casto bene iuncta pudica marito,
invida set fati lex reddidit inrita vota,
et tantum miserae solacia liquit amanti,
coniugis in manibus licuit quod reddere vitam.

B 886; add. p. 855 5. Foro Livi esse oriundam Tertullam monet Bormann.

**1159.** XII 287 Forum Iuli

. . . . . P]laconius I(a)nuar[ius vix]it an. L se(missem)
vixi, et] quem dederat cursum Fort[una peregi].

B 814 de *semisse* in annorum numero cf. test. porcelli ed. Büch. (Petr. ed. 3 p. 242, 13); 2. Verg. Aen. IV, 653; Sen. Epl. I, 12, 9; cf. XI, 3752; XIV, 316 simm.

**1160.** XII 533 Aquae Sextiae s. fere II ex. p. C.

A.

paulo siste gradum, iuvenis pie, quaeso, viator,
ut mea per titulum noris sic invida fata.
uno minus, quam bis denos, ego vixi per annos
integer, innocuus, semper piă mente probatus,
qui docili lusu iuvenum bene doctus harenis
Pulcher et ille fui variis circumdatus armis.
saepe feras lusi, medicus tamen i(i)s quoque vixi,
et comes ursari(i)s, comes hic, qui victima(m) sacris
caedere saepe solent, et qui novo tempore veris
floribus intextis refovent simulacra deorum.
nomen si quaeris, titulus tibi vera fatetur:
Sex. Iul(ius) Felicissimus. | Sex 'Iulius Felix | alumno incompara[bili et] Felicitas f[ilio] |

in eodem cippo alterum eiusdem hominis elogium legitur:

B.

tu, quicumque legis titulum ferale(m) sepulti,
qui fuerim, quae vota mihi, quae gloria, disce.
bis denos vixi depletis mensibus annos
et virtute potens et pulcher flore iuventae,
e]t qui praeferrer populi laudantis amore.
q]ui[d] mea damna doles? fati non vincitur ordo:
re]s hominum sic sunt ut (in arbore) [cit]rea poma:
aut matur]a cadunt, aut [immatura] leguntur.



Digitized by Google

A.

B 465 7. is; erit *iis*, non *his*; 8. ursaris; victima.

B.

1. ferale; 2. malim *fata*, cf. A, 2; 6. q]uit; 7. *res* Bormann, *fata* Garrucci, *progenies* Rouard; *in arbore* suppl. Huelsen probante Buechelero; *ut citrea persica poma* Garrucci; cf. Macrob. Sat. III, 19, 4; 8 suppl. Rouard; 7—8 non satis apte suppl. Leblant sic:

progenies hominum sic sunt ut pendula poma:
immatura cadunt, aut tempestiva leguntur;

ad sent. cf. VI, 7574; VIII, 19606; Burm. Anth. III, 96; Buech. Rh. Mus. XXXVI p. 329; Le-Blant, Bull. d. antiq. 1860 p. 47; Baehrens, Frgm. P. L. p. 405.

A.

4. cf. XII, 592; *Weyman*, l. c. p. 539; 6. *Pulcher* fuisse nomen defuncti recte coniecit Hirschfeld ex v. 11; fuit tamen signum potius, quam cognomen alterum; contra dicit Buecheler collato v. 12; 8. h. e. ursariis et victimariis; confert Hosius Lucan. VII, 167; 10. confert Hense Ovid. Met. X, 694: *veterum simulacra deorum*.

B.

3. cf. XII, 592; *depletis* h. e. *subtractis*, ut recte explicat Mommsen; vixisse defunctum annos XIX colligitur ex A, 3; vixit ergo an. XIX m. (tot); quaesitius interpretatur Buecheler: «XX anni sunt, si menses de plenis minores feceris»; 4. luditur in signo Pulcher defuncti; ad claus. conferri iussit Hosius VIII, 9142; V, 8652; Stat. Silv. V, 5, 18; Sil. It. I, 376; Claud. Stil. II, 351; Verg. Aen. VII, 162; cf. *Weyman*, l. c. p. 589 sq.

elogium bis compositum, ut VIII, 16159.

**1160a.** XIII 1660 Ansa

os(sa) dedi t[errae . . .
mens tamen a[eternas tendit adire domos].
opera(m) [t]ulit aet . . .
fide]m coluit . . .

1. *os dedita prola* legit Hirschfeld; 3. suppl. idem; simillimus videtur titulus Volsiniensis n. 1158c, qui ex nostro et ipse aliquatenus suppletur.

**1160b.** XIII 2219 Lugudunum

Murrae et Verecundo Murrani fili(i)s.
qui legis, has pueri moribundas perlege voces
et lacrimam fatis da gemitumque meis.
Murra, patris primam referens e nomine partem,
amborum effigiem matre favente tuli.
bis mihi septenos aetas ostenderat annos,
certaque iam nostri fama pudoris erat,

Digitized by Google

cum subitae mortis pro! fallax causa fuisti
lusus et aequalis non inimica manus:
nam temere emissus non ad mea funera clavus
haesit et in tenero vertice delituit.
at vos, hoc] primum perculsi volnere, manes
parcite iam luctu sollicitare meos.
qui quod alterius] posuistis funere nati—
trimus et in decimo mense sepulte iaces!—
sarcophagum: tanti manes vos inde] vocarunt
immunes: nostris ossibus urna sat est.

B 1198 2. melius quadraret *qui properas*, simm.; 3. *moribundas* docte nimis pro *morientis*, vel potius *mortui*; repraesentationis genus duriusculum; 4. luditur in nominibus filii et patris; 5. *matre favente*, concedente; 8. *subito*, B.; *fallax causa*, quae puerum decepit; 9. *aequalis* erit genetivus; 10. *clavus* nempe ferreus praeacutus (nostratium «свайка»), qui a maioribus pueris inter ludendum manu emittitur, ut ligno aliquo vel terra defigatur; 12. *at vos qui* Burmann; *at vos tunc* Mommsen; ut supra Buecheler; 14—17. Murrae fratrem trimulum Verecundum cum sepulcro fortasse deposuerint parentes, qui fratrem secutus est Murra commonere eos videtur, ne eadem iterum se impensa obstringant, ad quam sententiam supplevi: 14. *quos simul alterius*, et 16. *ad placidas quem di sedes curisque* vel *adeo care, Verecundum quem ob mores labe* Buecheler quaesitius; ad v. 17 cf. XIII, 2313, 6.

**1160c.** XIII 2313 Lugudunum

functus honorato senio plenusque dierum
evocor ad superos; pignora, quid gemitis?
reddere depositum lex est: ideoque petenti
corpus humo, manes restituoque polo.
sumite, quod vestrum est: insignia, iura parentis
scilicet et titulos: plus satis urna mihi haec.

B 1277 cum de solis v. v. 1. 2 Scaliger testis sit, solos illos Buecheler recepit; artificium sane aliquod redolent v. v. 3—6, quamquam tritorum exemplorum dinoscuntur frustula, velut v. 3 (debitum naturae solvere), v. 4 (terra tenet corpus *etc.*).

**1160d.** XIII 2414 Lugudunum aetatis infimae.

praeteriens hominum sortem miserare, viator,
deque meis, restent quae tibi fata, vide.
en mihi terra domum praebet cin[er]isque sepulcrum,
vermis et assiduus membra caduca vorat:



Digitized by Google

conditor omnipotens paradysi quem esse colonum
iusserat, hanc tribuit culpā nefandā vicem:
nomine Felicem me olim dixere parentes,
vita dicata mihi hic, ars medicina fuit:
aegros multorum potui relevare dolores,
morbum non potui vincere ab arte meum.

1. *miserere* codex deterior; 3. *cinisque* traditur, corr. Buecheler; fuit in archetypo certe *cin'is*; 4. *assiduus* codex melioris notae, *exiguus* deterioris; 6. *tribuit* nempe generi humano *culpā nefandā hanc vicem*,

**1161.** XIV 316 Ostia

d m | L. Carullius | Epaphroditus | VI vir aug. idem qq. |
hic sum positus, qui semper sine crimine vixi,
et, quem mi dederat cursum Fortuna, peregi.
cuius ossua et cineres hic lapis intus habet.

B 1105 2. requirit metrum: *hic positus sum qui s. s. cr. v.*; 3. Verg. Aen. IV, 653; vide addit. p. 482; XII, 287; 4. *cuius relliquias h. l. i. h.* archet.; *cuius* ut monosyllabum scandi posse monet B.

**1162.** XIV 480 Ostia

hic ego, qui sine voce loquor de marmore caeso,
natus in egregiis Trallibus ex Asia,
omnia Baiarum lustravi moenia saepe
propter aquas calidas deliciasque maris.
cuius honorificae vitae non immemor heres
quinquaginta meis millibus, ut volui,
hanc aedem posuit struxitque novissima templa
manibus et cineri posteriisque meis.
set te, qui legis haec, tantum precor, ut mihi dicas:
«sit tibi terra levis, Socrates Astomachi!»

B 1255 7. *struxidque* lapis.—1. cf. VIII, 7156; 8. vitavit poeta *posteris* creticum; *posterias* ut *inferias* esse factas Buecheler monet.

**1163.** XIV 914 Ostia s. III in. p. C.

d m | C. Domiti Primi
hoc ego su in tumulo Primus notissimus ille:
vixi Lucrinis, potabi saepe Falernum,
balnia, vina, Venus mecum senuere per annos:
hec ego si potui, sit mihi terra lebis!

Digitized by Google

set tamen ad manes foenix me serbat in ara,
qui mecum properat se reparare sibi.

B 1318 2. egit de hoc versu *Church*, Beitr. p. 80 sq.; SVIN ex SVM corruptum esse putat Christ; 5. balnea, vina, Venus, VI, 15258; cf. VI, 17985a; VIII, 1027. 7858.

**1164.** XIV 1823 Ostia

[d] m
coniuge et III fil. | . . . . e ullo quod | . . . . . [f]eci voluntati | . . . . . . flores foleumq(ue) | . . . . nim
«sit tibi terra levis», dicite] qui legitis.
. . . . . coniunx fec(it) |

4. supplevi ego.

**1165.** XIV 3956 Nomentum

. . . . . erulano | Phaedro sacerdoti | [N]omentanorum Matris d. m. | . . . . . . annis XXXV et sanitate | . . . .
. . . . vixi, qu]omodo volui, hilaris annis LXX
. . . . . . . . . . . curiose, quit at te?

3. 4. ex dactylicis nonnulla.

# XI.

# ADLOQUIA.

**1165a.** I 1072 Roma — s. I a. C.

. . . . Pontia uxsor
fruge, bona, pudica, ave.

B 15 **2. saturnium redolere dubitanter sumit B.**

**1165b.** I 1098 Roma — s. I a. C.

homo frugi et tu, optuma
femina salve!

*Zander*, VIA. p. 79.

**1165c.** I 1256 Volcei — s. I a. C.

Maxsuma Sadria S. f.
bona, proba, frugei, salve!

B 15 **2. ad saturnium inclinat.**

**1166.** II 1413 Urso

. . . . . . C. l. Faustus XX ann. | hic situs est; s. t. t. l. |
immatura tui properantur tempora fati,
primaque praecipiti limine vita ruit.
viginti tecum nam fers—non amplius—annos:
sed decuit talem longior hora virum.

B 1069 **4. cf. II, 1414 (e nostro carmine factum esse putat Buecheler); 5. cf. VIII, 11594.**

Digitized by Google

**1167.** II 1414 Urso

. . . . . . . . . . . . L. l.
[viginti] tecum transfers—non amplius—annos,
debueras tamen habuisse mille.
s. t. t. l.

2. XX; 3. pessumdedit carminis auctor pentametrum huius modi: mille habuisse tamen debueras: licuit;
2. cf. II, 1413; 3. cf. VIII, 11594. 4; Cagnat, «les manuels», Rev. de phil. XIII 1889. p. 64 sq.

**1168.** II 1699 Tucci

Caesia [L.] f. Celsa | an. LXV h. s. e. |
quod voto petiere suis plerumque parentes,
cuncta tibi dignae, Caesia, con[t]i[g]er[a]nt:
lanifici praeclara fides, pietatis alumna,
priscae praecipue fama pudicitiae.
te rogo, praeteriens, dicas: «s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)!»

B 1123 3. *dignae* est fort. *digne*; *contigerunt* Schrader probante Buechelero; 4. fin. cf. X, 5282; iubet B. conferri Ovid. Met. 14, 443; Varr. sat. 141.

**1169.** III 4910 Virunum

non gravis hic texit tumulus te, Punica virgo:
Musarum amor et Charitum, Erasina, voluptas.
an. XII |

B 453 1. *unica* proposuit Orelli non necessario; saltatricem Gaditanam intellegit Buecheler verisimillime.

**1169a.** III 12854 Salonae

ad ma]nes raptum tegit [arca et] carmena [monstrant],
antra] puellaris quae [aetas ten]ebros[a revisit].
Aste]riane, tuas d[eponi]s n[obilis artes],
numine qui infausto] liqu[isti luminis oras].

fragmenta quattuor eiusdem tituli, qui olim sub n. n. 9477. 9689. 9641 separatim edebantur; supplendi periculum feci; 2. *tenebrosa* praeivit Iolić.

**1169b.** III 14294[2] Salonae

sorte quidem misera vix] adfui, Se[ptima cara]
decessuque tuo modo lame]ntisque tuo[rum].
sed lapide hoc inter]pret[e] hic tu[a laus remanebit],
virtutisque tuae meritam ti]bi re(d)de[t] hon[orem].

Digitized by Google

fragmentum male scriptum male descriptum mali carminis supplevi quoad potui.

**1170.** V 4512 Brixia

. . . . Coporusque tuli[sti]
nec T]usci saltus, pascua nec Sicula.
qui] volucris ante ire vaga[s], qui flamina chori
vincere suetus eras, hoc stabulas tumulo.

epitaphium equi.

B 1177 1. *cui non Thessala terra parem Coporusque tulistis*, B.; 3 fin. = *cori*, cf. B. ad tit.—Cf. *Tolkiehn*, inschr. Poesie. p. 171 + not.

**1171.** VI 1288 Roma c. a. 170 a. Chr.

quei apice insigne Dial[is fl]aminis gesistei,
mors perfe[cit] tua, ut essent omnia brevia:
honos, fama virtusque, gloria atque ingenium.
quibus sei in longa licu[i]set tibe utier vita,
facile facteis superases gloriam maiorum.
qua re lubens te in gremiu, Scipio, recip[i]t
Terra, Publi, prognatum Publio, Corneli.

B 8 1. v. post additum censet Buecheler non improbabiliter; de metro cf. *Birt*, Rh. Mus. 1899 (54, 1) p. 209; *Woelfflin*, Sitzb. d. bayr. Ak. 1892 p. 196 sqqq.; *Zander*, op. c. p. 61; 2. *tua omnia* iungit idem, adsentiente Beckio, Arch. f. l. L. V, p. 608, artificiosius uterque; 5. *facul* emend. *Zander*; 6—7 versus ita distribuit *Zander*: quare—terra | Publi Corneli | .—de graecis id genus titulis v. *Lier*. Philol. LXII, 3, p. 454.

**1172.** VI 1975 Roma s. I ex. p. C.

innocuus Aper ecce iaces, non virginis ira,
nec Meleager atrox perfodit viscera ferro:
mors tacita obrepsit subito, fecitq(ue) ruinam,
quae tibi crescenti rapuit iuvenile(m) figuram.

B 441 1. luditur, ut adsolet, in nomine defuncti; ad v. fin. attulit Buech. V. Aen. II, 413; ad sent. iussit conferri Ov. Met. VIII, 260 sqq.; 2 fin. laudat Ov. Met. VIII, 582; addidit Hosius Ov. Amor. I, 10, 51; Sil. It. XI, 359; *Weyman*, l. c. p. 538.

**1173.** VI 10082 Roma aet. Hadr.

Gaetúla harena prósata,
Gaetúlo equino cónsita,
cursándo flabris cómpara,

aetáte abacta virgini,
Spendúsa, Lethen incolis.

epitaphium equae.

B 218 1. *gaetulo* dedit Henzen errore fortasse; 3. *compara* novum dictum ut *coniuga;* 4. *virgini* ablat. ut *fratri*, VI, 10131; pro adiectivo habitum declinatumque putat Buecheler, recte omnino.

**1174.** VI 20513 Roma

d m s | Iuliae | Heuresi | sanctissim(ae); | volente fato | vixit annis | LXXXII |
hic super ossua cineresq(ue) tuos benedicta quiescis.
fecit Pomponia | Trophime | bene merenti |

B 550 3. archetypum hexametri tale constituerunt Corporis editores:
ossa super cineresque tuos benedicta quiescis;
Buecheler tale: hic super ossa rogumque tuum b. q.

**1175.** VI 30110 Roma

aeq]uius hunc titulum matri tu, nata, dicasses,
quam mater miserae nunc tibi, nata, facit.
bis senos completam annos te, filia, matri
eripuit miserae mortis iniqua dies.
optestor, manes meritae sanctaeque patronae et
comprecor ut leni terra tegat tumulo.

B 1155 1. secutus sum Manutium qui legit | VIVS; | RIVS Smetius Metellusque, *ve*]*rius* solet suppleri; 5. *et* prae spatii exiguitate collocatum in lapide v. 6 ante *comprecor*; iustus tamen fit pentameter usitatiorque, si legas *et precor*; *comprecor utque leni* emend. Burmann otiose.

**1176.** VI 30112 Roma s. fere II p. C.

quid tibi nunc prodest stricte vixisse [to]t annis?
heredum ratio nuntiat [ipsa] tibi.
prima fuit litis vicesima [necn]e soluta,
de(i)nde rudes homines, . . . . . . . . ie Saturnō morantes,
delati: [satag]is [t]amen hoc sub iudice iusto,
[nec se]mel, sed longis protractibus arte maloru(m).
«vici quidem, domine; victor cum palma relatus
semanimis iacui: medici male membra secarunt
corpori». quod superest, tumulum tibi feci libenter;
non mihi mandast[i], sed vivos saepe voleba[s].

B 543 1. 2. suppl. Chaupy; 1. cf. Prop. V, 11, 11; 3. [*part*]*e* idem probante

Digitized by Google

editore Corporis; *rit*]*e* Henzen: Buecheler, qui recte conferri iussit Petron. c. 65; *necn*]*e* ego; *litis* pro nominativo habet Buecheler nullo exemplo: mihi est genetivus iungendus cum *prima—vicesima*, cf. Tacit. Ann. VI, 4 (19 Nipp.): luendae poenae primus fuit; 4. neque expletus est versus nec sententia ad liquidum perducta; cogitabat olim Buecheler de Iudaeis forensibus mercatoribus supplebatque [*in d*]*ie*, post reposuit *var*]*ie*, aerario Saturni negotia facessentes intellegens; 5—6. suppl. idem; 7—9. dicit defunctus; 8. *semanimis* Ennianum, v. Georges Lex. d. lat. Wortf. col. 629 s. v.; 9—10 pergit dominus.—graeca archetypa ostendit *Lier*, Philol. LXII, 3, p. 462.

**1177.** VI 30113 Roma

sic pia, sic felix, sic quod tibi vita beata
  contigit et cunctis auxilians bonitas.
nos tamen hic cruciat dolor intimus et pia cura,
  quod te festinans apstulit atra dies.
numina nunc inferna, precor, patri date lucos,
  in quis purpureus perpetuusque dies.
hic certe ut meruit, cuncta est data cura sepulcro,
  texeruntque favi de Siculis apibus.

B 1262 5—6. cf. VIII, 11597; Verg. Aen. VI, 640 sq.: largior hic campos aether et lumine vestit | purpureo, solemque suum, sua sidera norunt; 8. cf. VIII, 7854.

**1178.** VI 30194 Roma

. . . . t . . .
. . . fec . . . l . . .
. . . h]ic percutis .
. . . reo raptus
. . . attasti vuln . . .
. . do]lor est quo . . .

B 1714

**1179.** VI 30214 Roma

. . . te h . . . .
. . . ecta . . .
. . . re]lictus . . .
. . . isti in e . ii . .
. . . idiceret oss[a . .
. . . ium hominem . . . .

Digitized by Google

. . . te]stimonium rei[publicae causa
. . . . di]xisti fidelis te a . . .
. . . . . . intrasti in cu[riam . .
. . . iu]dex Romae sine . . . .
. fe]cisti fidelis sp. . . .
. . . annos nihil est
. . . profectus cum a . . .
. . . or sub te quae eu . . .
. . age]ntes in officio qua . . .
. . . ti]bi claros vene[rand . . .
. . . . intrasti coh[ortem
. . a]ment ubique tuu[m
. . . non comparo um[quam
. . . . e]n sancta fides . . .

B 1635 sunt reliquiae elogii viri cuiusdam ordinis senatorii; metrum dactylicum passim adfectatum videtur, non adimpletum. Singulas voces hic illic supplerunt de Rossi, B., Huelsen; quae certissima visa sunt, adscripsi.

**1179a.** VI 31937 Roma a. 534 p. C.

heu, memorande pater, longi mihi causa doloris,
et quaerenda nimis cunctis tua grata senectus!
te carum suboles, te fixum sensit amicus,
te levitas torvum, dulcem cognovit honestas.
turpia castigas vivens cum coniuge casta;
actibus urbanis miscebas gaudia ruris,
ut tua plus gemino fulgeret vita labore.
nam meritum mors ipsa docet, quam pectore laeto
optasti in manibus filiorum saepe tuorum
sumere, et amplexu dulci temuare nepotum.
adfuit his votis excelsi gratia Christi;
felix vita fuit, felix et transitus ipse.

B 707 fere tota ex paganis.—5. non est *castiga(n)s*, ut opinatur de Rossi; certe malim *caste*, cf. n. 40, 1; 114, 1; 145, 4, simm.

**1179b.** VI 32038 Roma a. 533 p. C.

quamvis, nate, tuos mors invida ruperit annos
    apstulerintque tuum dura sepulcra decus,
non tamen has secum potuit deducere laudes,
    quas vivens semper fama superstes habet.

maiorum longa veniens de stirpe senator,
auxisti mentis nobilitate genus.
iudicis imperium servans bonitate magistra
cum tibi subiectis tu quoque miles eras.
urbanos fasces gaudens tibi Roma parabat,
consilio fratris nunc moderata tui.
fidus amicitiae custos, ambitor honesti,
iustitiae cultor, pacis amator eras,
gratus, dulcis, ovans, humilis, pius: hei mihi, quantis
privavit miserum sors inimica bonis!
te levita parens, suboles coniunxque fidelis,
te mixtis lacrimis luget amata domus.
nil tibi defendens famulum mihi, nate, parasti,
ut tibi servitii cresceret alter amor.

**B 1875 ex paganis permulta.—8. *hqs* traditum; *his* Mazochii schedae, probante B-o, qui *sepulcris* interpretatur; 5—6, cf. elogium Scipionis Hispalli, n. 1088; 7—8. de militiae munere intellegit de-Rossi; figurate dici mavolt B. de magistratu, qui cum subiectis sibi aeque atque gregarius quidam miles pro reipublicae bono militaverit; haec et mihi magis adrident; 11—12. cf. VI, 32031, 7; 16. redit ibid. v. 12; 17—18. de nati humilitate pietateque erga parentem (v. 13), quaesite sane.**

**1179c.** VI 32049 Roma a. 528 p. C.

qua[mvis maturo] rapiaris funere, dulcis,
o se[rvande tamen] nimium festinus obist[i].
vi[tari ne po]sse putet quae quisq(ue) pavere
debet, tu subito mor]eris natosq(ue) gementes
patre quoque orbato]s crudeli in luce relinquis.
praecessit co]niux; solis, heu, deniq(ue) nobis
deficis; at manes gaudent quaesisse maritum.
hos tibi germani tristes pro morte paterna
imponunt lacrimis cru(de)lia munera dantes.
bis septem lustris octavo functus et anno
hoc iacet in tumulo repetens Petronius humum.

**B 702 supplerunt de Rossi Buecheler.—2. *o semper tamen* de Rossi; 6. *coniugis et coniux* idem; 7. *defecis ad manes* lapis; 8. *hos* i. e. manes, sepulcrum; *tristis* lapis, quod in eiusmodi carmine non retinendum; 9. *crulia* lapis; 10. v. ann. igitur LXXVIII.**

**1179d.** VI 33919a Roma s. II a. C.

adulescens, tametsi properas, hic te saxsolus

rogat, ut se aspicias, deinde ut, quod scriptust, legas.
hic sunt ossa Maeci Luci sita
Pilotimi vasculari.
hoc ego voleba(m) nescius ni esses, vale.

B 848 Pacuviano epigrammate (Gell. I, 24, 4) usum esse vascularium nostrum dudum viderunt periti; cf. *Kubitschek*, Arch. ep. Mitth. aus Oesterr., 1897 (XIV), p. 161; *Bormann* ib. p. 227 (imago tituli); ego in libello «de typis epigr. sep. metr. lat.»; *Cocchia*, sag. fil. II, p. 368 sq.

**1179e.** VI 34185 Roma

vixisses utinam et potius mea charta taceret,
quam mihi scribendi causa, Latina, fores!
vixisses, neu te surgentem in vota tuorum
aspicerem addictam manibus ire sacreis!
sed quoniam Parcis vetitumst nihil, accipe nostri
aeternas, eheu, carminis exequias!

B 972 in Corpore s. n. 28810 saeculo XV carmen tribuebatur; ibid. s. n. s. s. de antiquitate dubitasse editores paenituit. Equidem per viginti prope annos in carminibus sepulcralibus legendis, collegendis versatus, ne unum quidem me vidisse memini, quod tantum artificium oleret; Lipsianum illud «stilus abnuit» in hoc elogio vim suam obtinet omnino. Quare humaniorum studiorum aetate elucubratum esse ex animo confido et in veteres syllogas immerito inrepsisse, veluti C. VI, 34148 de Pomponi Laeti discipulis compositum et alia id genus non pauca.

**1180.** VIII 696=11914 Thigibba

caedere] qui tauros validisq(ue) [feri]re lacertis
calluit, is] Sabinus erat, cui [com]minus ictum
taurus sp]umatus, mutilata [voln]ere cauda,
fes]tinans Stygias mi[se]rum d[e]misit ad umbras.
infeli]x iuvenis, munere deco[r]ate suppremo:
T]igimma te genuit, tenet (nunc) Thigibba sepultum.

supplerunt Buecheler, Schmidt.

B 523 2. «*calluit ille* spatium vix capit»; 2. 3. *[q]ui [com]minus ictum [dum volt sp]umatus mutilata [caede]re cauda* Schmidt olim; 4. | | | IINANS lapis; *fes]tinans* Schmidt, *ingem]inans* vel *dira m]inans* Buecheler; *dimisit* lapis; 6. *nunc* addidi; nulla lacuna in lapide; TIHGIBBA lapis, emendavit Tissot.

3. cf. aper spumans Mart. XI, 69, 9; 4. clausulam Silianam esse vidit Hense: Pun. XV, 467; cf. etiam ibid. XI, 142; Verg. Aen. II, 85. 398; V, 691 sq. Ov. Met. III, 695; 5. conferri iubet Buecheler Verg. XI, 25 sq.; 6. redolet illud *Mantua me genuit*; cf. *Weyman*, l. c. p. 537.

Digitized by Google

**1181.** VIII 9105 Auzia

hoc erat quod [statue]bas agri, <Donate,> post morte tuorum:
hic te fata tua securum iacere voluerunt.
Gududio | et Tullius [*tut* vel *alt*]ores fece |
runt et dedicarunt. v. a. XLII.

B 529 1 suppl. Mommsen; *spera*]*bas* mavolt Buecheler.
1. 2. sunt hexametri male facti; ad archetypon fere tale revocat Buecheler:
hoc est quod sperabat agri post fata suorum:
hic nunc securum voluerunt fata iacere.

**1182.** VIII 11594 Ammaedara

d m s | C. Iulius Felix vix | it annis LXXXII mensi | bus VII
non digne, Felix, cito vita caruisti, miselle:
vivere debueras annis fere c(entum), licebat;
[set] si sunt manes, sit tibi terra levis!

B 1328 3. *citto vitam*, lapis; tuetur utrumque B.; 4. *C*, lapis; 5. *set* omisit lapidarius.

enarravit Cagnat, «les manuels», Rev. d. ph. XIII, 1889, p. 63 sq.; 3—5. recte conferri iubet Schmidt VIII, 403; addit Cagnat II, 1413. 1414; 3. nomen proprium metrum excedit vel potius versum; 4. *vivere debueras annis fere mille, licebat* fuisse in archetypo suspicatur Cagnat; 5. [sed] Schmidt, [at] Mommsen.— notavit Cagnat lusum in nomine defuncti: *Felix—misellus*; conferri iubeo III, 1655; V, 427* (falsum sed non insulsum); VI, 15352. 16044. 29191. 29201. 29654; IX, 1468. 1724, 1740. 2140; X, 365, 2004. 5555; XIV, 1009 all.

**1182a.** X 388 Ager Atinas

Maxsuma Sadria s. f.
boná, proba, frúgei, salve!

de metro v. *Zander*, VIA. p. CC.

**1183.** X 659 Salernum

portavi lacrimis madidus te, nostra catella,
quod feci lustris laetior ante tribus:
ergo mihi, Patrice, iam non dabis oscula mille,
nec poteris collo grata cubare meo.
tristis marmorea posui te sede morentem
et iunxi semper manib(us) ipse meis.
morib(us) argutis hominem simulare paratam,
perdidimus quales, hei mihi! delicias.
tu, dulcis Patrice, nostras attingere mensas

Digitized by Google

consueras, gremio poscere blanda cibos,
lambere tu calicem lingua rapiente solebas,
quem tibi saepe meae sustinuere manus,
accipere et lassum cauda gaudente frequenter,
[et mi omnes gestu dicere blanditias].

B 1176 6. *ipsa*, Gustafsson, rom. Inskr. p. 18 not. 6; 14. *supplevit* Zanchi.

**1184.** X 1194 Abellinum s. fere VI p. C.

si nescit mens sancta mori, si pura voluntas
cum membris numquam precipitata ruit,
vivis in hoc mundo meritis post fata, sacerdos,
adque tuos titulos nulla sepulcra tenent.
civibus auxilium, solacia semper egenis
prestabas, animis, pectore, mente pius.
iustitiae sector, sacri servator honesti,
numquam furta tibi nec placuere doli.
tempsisti mundum, semper caelestia captans,
cottidiana tibi lucra fuere deus.
sacra colens, sacrum numquam corrumpere nosti,
praemia nec fidei subripuere tuae.
communis, carus, humilis, dum summa teneris,
divis semper erat et tua larga manus.
testatur, presul, sedis reparata, Sabine,
auctoris clari lucida facta sui.

B 1424 1. *sca*, lapis; 12. *te* suppl. B.; 13.=teneres; 14.=dives; 15.=sedes.— ex paganis nonnulla.

**1185.** X 1338 Nola a. 359 p. C.

Semper ob meritum vincis praeconia laudis
Et bona progenies quaeret tua fortia facta,
Rerum summa coros melius exercendos [d]o[c]et.
Belle quidem tua ex ordine gesta naremus:
Iam me vincet amor, nequeo tenere dolorem!
Laeta quidem semper Felicis nomine ducta
Laetior ut essis, iacis in pace fidelis:
Abis, ut decuit, Felicis pace perennem.

B 661 1.=vinces; 2. fin. Verg. Aen. X, 369 confert Buech.; 3.=choros; fin. suppl. idem; mavolt ipse *melius dabit exercendos;* 4.=narremus; 5.=vincit; confert Buech. Verg. Ecl. X, 69; 7.=esses; =*iaces*; 8.=habes; pacem.

Digitized by Google

**1185a.** XI 4431 Ameria

inf]austo, levis umbra, tuo mihi flebilis hora
sorte tua certe tempus in omne fuit.
vivit
C. Alfio. C. l. Alfiae C. l.
Mysogeni Salviae

B 1844 adloqui Alfium superstitem uxorem defunctam apparet. 1. licet veri simillimum sit supplementum *infausto*, tamen dubitari potest, utrum *infausto* h. l. idem sit atque *clade*, *infortunio*, an idem atque *misero*, *infortunato*, cf. B. ad loc.; adiectivum quamvis longe saepius occurrat quam substantivum, quod hucusque uno tantum eodemque corrupto Plini loco (H. N. XVI, 66, 4) nititur, melius ad sensum substantivum quadrat. pronominis praecipue *tuo* debita ratione habita. Iungendum itaque: *levis umbra! infausto tuo hora* (=vita) *mihi flebilis sorte tua in omne tempus* (=in perpetuum) *fuit* (=facta est), nisi mavis: *hora*, *infausto tuo flebilis*, *sorte tua flebilis mihi fuit in omne tempus*; equidem illud malim.

**1185b.** XI 4629 Carsulae 373 p. C.

cara, pia coniunx Yguia deditaque marito,
funeris tui causa tota nos mente dolemus,
aeternamq(ue) domum Cominienus Amantius paravi nobisque;
sanctique tui manes nobis petentibus adsint,
ut semper libenterque salmos tibique dicamus.

B 653 1.=*Hygia*; 3. supplendum *tibi*; 4. notandi *manes* in titulo christiano; 5. *salmos* pro *spalmos* ut passim in codicibus medii aevi.—Pessumdata archetypa pagana.

**1185c.** XI 4631 Carsulae aevi Ausoniani.

Pontia, sidereis aspirans vultibus olim,
hic iacet: aetherio semine lapsa fuit.
omnes honos, omnis cesit tibi gratia formae,
mens quoque cum vultus digna nitore fuit.
tradita virgo toris decimum non pertulit annu(m);
coniugii infelix unica prole perit.
quantus amor, mentis probitas quam grata marito,
quam casti mores, quantus et ipse pudor!
nil tibi quod foedum, vitium nec moribus ullum,
dum satis obsequeris, famula dicta viri.
denique te, memet fatis odioque gravatum
dum sequeris, vidit Corsica cum lacrimis.

Digitized by Google

tu Treviros pergens, cursu subvecta rotarum,
coniugis, heu, cultrix, dura satis pateris.
te pater infestus, genero cum tollere vellet,
temtasti laqueum, si faceret genitor.
cedite iam, veterum laudes omnesque maritae:
tempora nulla dabunt, talia quae faciat.
vir tuus, ingenti gemitu fletuque rigatus,
hos feci versus,—pauca tamen memorans.

B 1846 carmen christianum notae mediocris, paganis multis consutum.

3.=omnis, cessit; 4. *mens etiam vultus* emend. Mommsen; *cum* accusativo inservit, ut passim in vulgaribus, veluti *cum discentes* in Pompeianis; longe certe praestaret *cui*, mutare tamen non audeo; 5. decimum coniugii annum; 6. *unica prole* est ablativus Buechelero et mihi, nominativus Bormanno; sed cum ostendi putem mulierem in puerperio decessisse, illud praefero: 9.=*nihil tibi* (*tale*) *fuit, quod foedum (dici posset*); 11—14 comitem esse mariti exulantis ostenditur, ut Atiliam Pomptillam, n. 267; 13. cf. Tac. Ann. I, 41: *pergere ad Treviros et externam fidem*; 15.=*cum te pater* (*tuus*) *vellet genero* (*i. e. marito tuo*) *auferre, sibi infesto*: 16.=*laqueo peritura eras, si fecisset illud pater tuus;* 19—20. doctum fuisse virum eundemque poetam ostenditur effigie etiam ipsius, a dextra tituli collocata, cui subscribitur: *hic legit autores mu[ltos . . . .*; figurae mulieris a sinistra positae subscriptum *Pont*]*iam* (h. e. *cernitis*).

**1185d.** XI 4976 Spoletium

quamvis saeva tuos properans mors ruperit annos,
nec rata s[i]nt vitae tempora longa tuae,
sunt tibi pro rapido tamen haec sola[c]ia l[e]to,
quod clarā generis nobilitate vales:
floret celsa domus, suboles clarique nepotes,
non est in casu mors metuenda tibi,
nec te sollicitat saevissima cura minorum,
et servat castos uxor amata toros.
noli qua]propter, Iohannes, gaudia vitae
plangere, perpetuo] iam caritura die.

B 1849 2. *sunt*, 3. *solatia laeto* traduntur.—saeculo VI titulum vindicat *de Rossi* collato I. Chr. I, 1031 anni 533 p. Chr.=B 1375; ex paganis antiquioribus multa esse desumpta vidit idem.

2. noli in *data* mutare; puto tamen *vitae tuae* esse dativos potius, quam genetivos; 5. archetyp. *cari*, cf. n. 1142, 27: 6. h. e. «cum non ultimus tuorum mortuus sis, sintque, qui memoriam tuam colant, non est tibi metuendum, ne *in casu tuo*, i. e. in morte tua, *moriaris*, i. e. in memoria posterorum vivere desinas»,—sane quaesite: 7. *minorum*=liberorum nepotumque; 8. *servat toros* ut *cubilia servat* passim; 9—10 supplerunt de Rossi et Mommsen; *linquens te prop-*



Digitized by Google

*ter* et *sique deo placeat iam*, B. ad sententiam titulique componendi rationem minus apte.

**1185e.** XI 4981 Spoletium s. VI p. C.

. . . . . . vobis de no[mine . . . . .
. . . . . . c]um merit[is.
. . . . . . . n]atus eras la . . .
. . . . . . . . . . sub tali n . . .

B 1858 suppl. Bormann; disticha fuisse verisimile est.

**1185f.** XIII 488 Ausci s. II vel. III p. C.

quam dulcis fuit ista, quam benigna,
quae, cum viveret, in sinu iacebat,
somni conscia semper et cubilis.
o, factum male, Myia quod peristi!
latrares modo, siquis adcubaret
rivalis dominae, licentiosa.
o, factum male, Myia quod peristi!
altum iam tenet insciam sepulcrum,
nec sevire potes, nec insilire,
nec blandis mihi morsibus renides.

B 1512 epitaphium catellae. Catullum Martialemque secutum esse auctorem viderunt editores.

**1185g.** XIII 1568 Gabali

salue, sancte iterum! Iuli salvete Recepti
cari iterum cineres animaeque umbraeque tuae nunc
quas semper recolam solemnibus optime votis,
dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.

1. *Recepti* cognomen potius, quam participium; 4. e Vergilio sumptum esse (Aen. IV, 336) monuit Thédenat.

**1185h.** XIII 2314 Lugudunum litt. aevi inferioris.

. . . . civis mentis cu . . .
. . . . da peroras o . . . em . . .
. . . . hi suppremos mae[sti
. . . . es fecimus hic c . . .
lacri]mis solacium . . .
an. ] f. XIIII m. IIII dulce . . .

Digitized by Google

. . . . mus unis nobisc[um]
. . . . ian et solumq. ire . . .
. . . . ociero tibi post . . .
. . . . cinesio car . . .

lectionem non ubique certam esse monet Hirschfeld; non attigi.

**1185i.** XIII 2420 Lugudunum

hic Nonnuse iaces c[asu prostrate ruinae]
sanctorumque chor[os . . .
pernoctans hymnis ti . . .
    parva tibi servan[t . . .
sanctorum . . .
    qui . . .

1. cf. titulum Salernitanum n. 247; v. v. 3—6, cum ἐν εἰσθέσει scripti sint. disticha duo efficere videntur.

**1185k.** XIII 2434 Lugudunum

terrae tu] Latiae pollens . . .
condi]deras nulla doc[trina . . .
. . . . nunc praecipuu[s . . .
. . . . erat tantae indo[lis . . .
. . . . si teneram firma . . .
. . . . le discent . . .

elogium iuvenis cuiusdam litterarum studiosi; versus hexametri optimae notae.

## XII.

# EPITHETA.

**1186.** II 3493 Carthago Nova litt. optimis.

M. Oppius M. f. |
forésis ars hic ést sita,
flet títulus se relíctum.

B 224 fuisse patronus videtur nec non et titulorum ut puto sepulcralium scriptor; Buechelero aetatis ratione habita carmen inesse titulo non videtur; cf. tamen Zander, p. 78.

**1187.** III 7417 Pautalia

munificent]iae hic cunctae [et pru]dentiae solu[s]
plenus Al]exander m[orte est ereptus acerba].

B 585 metrum adgnovit Bormann; supplevit Buecheler.

**1188.** VI 4633 Roma

Oppia | ƆƆ l. Felicla | vix. an. XI |
quam cara suis fuerit, indicat hic titulus.

1. FELICIA trad.; 2. corrigitur pentameter hoc modo:
cara suis quam sit, i. h. t.

**1189.** VI 5992 Roma

M. Artorius M. l. | Auctus, homo optumus, hic | concidit.
have. t. [t. l.] s. |

elicitur paene pentameter:
Auctus, h. o. hic concidit ‒ ⏑ ⏑ ⏓
2. TEIS lapis, corr. Henzen.

Digitized by Google

**1190.** VI 6056 Roma

A. Clodius A. A. l. Salvius |
hic ossa quieta sunt casta.

2. verba ad instar carminis; *Casta* pro nomine accipere nolo.

**1191.** VI 6214 Roma

Vedusia Tauri | sororis l. | Auge, vixit annos L |
bonitátem suam et fidém bonam secum ápstulit.
«have»!—et tu memineris.

2. fere senarius; 3. suppletur solita formula *te hominem esse, vale.*

**1192.** VI 11357 Roma

Albia Ɔ. l. Hargula, vixit ann. | LVI, casta,
fidé magna, sei quícquam sapiunt ínferi,
ut ossa eius, quae hic sita sunt, bene quiescant.

B 180 1. 2. *casta, fide magna* ad archet. dactylicum revocat Buecheler; 3. corrigi poterat sic fere:
ut ossa, quae hic sita sunt, bene adquiescerent.

**1193.** VI 20502 Roma

dis manibus | Iuliae Helpidis |
ossa pia cineresque sacri hic ecce quiescunt!

B 834 2. *piia* lapis, cuius scripturae exempla congessi in libro de flexione genet. sg. p. 148; de hiatu cf. *Birt*, Rh. Mus. 99, 54, 1, p. 222.

**1194.** VIII 4703 Madaura s. I p. C.

d m s | Ti. Claudius | Successi Co | gitati fil(ius) Qui | rina Succes(s) | us
frugi veritatis amator,
vixit an. CV | h. s. e. |

4. *vĕritatis* si metiaris, fit clausula hexametri eadem atque in titulo VIII, 1359.

**1195.** VIII 5502 Aquae Thibilitanae

d m s | Annio Primo | iun(iori) Q(u)ir. eq(u)iti | Romano.
(h)onést(a)e gravitatís, morum (fuít)
R(omána) sinp(licitáte) consacrátus (hic).
vix. an(n). XXVI |

iambos informavi.—de *consecrando* cf. VIII, 5846; VI, 28668. 29006.

Digitized by Google

**1196.** VIII 9525 Caesarea

omnis dulcedo et pietas hic finita est.

potest sane ad numeros iambicos vel trochaicos revocari, sed praestat non attingere.

**1197.** IX 2043 Beneventum

hic tumulus parvus nihil habet [in]vidiae:
nec nimium iactat, commendat et simul optat,
ut cives similes habeat felix Beneventum.

B 1271 1. scande *nil*; 3. lusum in nomine coloniae Beneventum Felix, IX, 1645 adgnovit Buecheler.

**1197a.** X 4167 Capua

. . . . . . . . . . .
valde] amans domini, obsequens amicis.

hendecasyllabis adnumeravit *Zander*. VIA. p. CCI.

**1198.** X 4431 Capua

. . . . . . . C. f. Frugi |
magna hom[i]nis hic ossa teg[it] saxsus.

B 415 supplet Buecheler *male parvus*; potest fuisse *titulusque*; in lapide nil deest; ad sent. cf. *Geffcken*, l. c. p. 52.

**1199.** X 6493 Ulubrae

*v. 12*: T. Curvius T. l. Heliades, in quo nunquam indormivit timor

B ad n. 211 clausula omnino iambica.

**1200.** XII 880 Arelate

hic iacet ambigua pietas, dolor et pudor in se
nomine Sofronius.

B 586 1. *antiqua* coni. Mommsen recte fort.; *ambiguum p. an dolor* mavolt Buecheler, qui confert III, 3351; VI, 4379; *in se*=unā, cf. V, 3996.
ad 1 cf. etiam X, 4539: hic pietas, hic prisca fides, et X, 7738.

**1201.** XII 942 Arelate s. IV p. C.

integer adque pius vita et corpore purus
aeterno hic positus vivit Concordius aevo . . . .
cetera christiana.

B 667 *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 7. 98.

Digitized by Google

**1201**a. XIV 3831 Tibur

d m | hic situm corpus | Restitutes, quae ve | rae et nomin(e) et | moribus Restitu | ta, vixit annis XXI |

1—2. *et n. et moribus* clausula senarii.

Digitized by Google

# XIII.

# VOTA ET PRECES.

**1202.** II 540 Emerita

C. Camerius | Claranus | mensum XI h. s. e. |
te rogo, praeteriens, dicas: «s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)!»

2. corruptum archetypum hoc:
dic, rogo, praeteriens: «s. t. t. l.»
cf. II, 369; vel hoc:
praeteriens dicas: «s. t. t. l.»
cf. II, 558; id. II, 1415. 1699. 3186.

**1203.** II 952 Trigueros

Britto an. | XXXXV |
si quis es praeterie(n)s, lege. sit tibi ter(r)a levis.

2. praeter. ies; tera.—de pentametro cf. ad II, 540.

**1204.** II 1126 Italica

d m s | L. Valeri Nepo | tis militis m | legionis VII |
Geminae, sti | pendiorum | VII an(n)oru(m) XXX |
hic, qui leg(i)s, di(cas): «sit ti(bi) t[e]r(ra) le(vis)!»

1. «M abundat»; 3. anoru; 4. legs; tir.—cf. ad II, 540.

**1205.** II 1229 Hispalis

Helena hic sita | est ann[o]s [nata] XVIII
te rogo, trans[gr]e[d]iens, dicas: «s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)!»

1. anns eval; 2. transferiens.—emendavit Huebner.

Digitized by Google

**1206.** II 1291 Salpensa

d m s | Flavia Prima | ann. XXII | men. VI h. s. e. |
t(e) r(ogo), p(raeteriens), d(icas): «s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)!»

cf. ad II, 540.

**1207.** II 1388 Carmo

hic s[it . . est]
t(e) r(ogo), p(raeteriens), d(icas): «s(it) [t(ibi) t(erra) l(evis)]!»

periit nomen defuncti vel defunctae; cf. ad II, 540.

**1208.** II 1415 Urso

d m s | . . . . . . . . . . . .
te rogo, praeteriens, dicas: «sit t(ibi) t(erra) l(evis)!»

1. propter apographum nimis corruptum legi non potest nisi sub finem ubi «latet solitum t. r. p. d. s. t. t. l.»—cf. ad II, 540.

**1209.** II 1463 Ostippo

Rufinus Rufi | f. ann. LXV p. i. s. | h. s. e.
d(ic), q(ui) l(egis): «s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)!»

cf. II, 1126. 1293. 1498.

**1210.** II 1487 Astigi

M. Aemilius | L. f. Maurus | Pudentis nep | os [h. s.] est
dicit[e] q(ui) l(egitis): «s(it) v(obis) t(erra) lev(is)!»

2. errore pro t(ibi) scriptum est v(obis); cf. II, 1512.
cf. ad II, 1463.

**1211.** II 1512 Astigi

Rustica Caccos | sae f. ann. LXXII | h. s. e.
dicite, qui legitis: «s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)!»

id. II, 5058.

**1212.** II 1580 Ipsca

te, lapis, obtestor: leviter super ossa residas,
ne nostro doleat conditus officio.

B ad n. 1474 ubi similia adscribuntur.—sequitur defunctae nomen.

**1213.** II 1634 Igabrum

d m s | Modesta | annorum L pia in suis | hic sita est.
dicite, qui legitis: «s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)!»

Digitized by Google

**1214.** II 1728 Gades

L. Antonius C. f. Gal. | Antullus sacerdos | homo optumus
h. s. e. s. t. t. l. |
te rogo, praeteriens, cum legis, ut dicas: «sit tibi t(erra) l(evis)!»

contaminata habes archetypa haec:
praeteriens dicas: «s. t. t. l.», cf. II, 558;
et
hic, qui legis, dicas: «s. t. t. l.», cf. II, 1126. 1293. 1463. 1498.
distichon fecit Cagnat («les manuels», Revue de phil. XIII, 1889 p. 59 not. 2):
te rogo pr. gressu properante viator,
cum l. ut dicas: «s. t. t. l.».

**1215.** II 1853 Gades

Muscillus carus suis | ann. IIII h. s. e. |
te rogo, praeteriens, ut legas et dicas: «s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)!»

cf. ad II, 1728.

**1216.** II 1877 Gades

Romana | c(ara) s(uis) ann. XX | h. s. e. s. t. t. l. |
t(e) r(ogo), p(raeteriens), es, bibe, lud(e), veni.

cf. II, 1434.

**1217.** II 5117 Asido

Murcia liberta | iu(v)enis ann. XXVIII |
semper et in flore sit tibi terra levis!
k(ara) s(uis) h. s. e. s. t. t. l.

B ad n. 1124 1. iuenis. «omnino sermo tituli—aetatem Augustam sapit».

**1218.** II 5118 Asido

Rustica, cara suis; sit tibi terra levis!

B 1124 mutilam esse non indicatur; putat tamen Huebner clausulam esse epitaphii longioris; ceterum cf. II, 1882.

**1219.** II 5975 Gandia litt. s. I p. C.

M. Acilius [M. l.] | Eros h. s. e. | *etc.*
quisquis in has partes, quisquis percurris in [illas],
te] precor, ut dicas: «s(it) t(ibi) t(erra) [l(evis)]!»

B 1457 3. *uti*, lapis; voluit fort. *prĕcor utī* poeta.

Digitized by Google

**1219a.** III 1626 Dalmatia

d m | Aur. Gratus | vixit annis |
LXXX. Aur. Gratus | filius patri |
b. m. posuit |
bonas vias, viator!

Zander, VIA. p. CC.—4. formula in sepulcralibus rarissima.

**1220.** III 3141 Apsoros

Sex. Iuli Aga | thopi Phoebu[s] | an. VII
te, terra, optestor, leviter super oss[a] quiescas,
et ten[e]rae aetati ne gr[a]vis esse velis,

B 1470 suppl. Fortis.

**1220a.** III 12396 Glava

tu, viator, qui tr | ansis, rest(a), leg(e) tit(ulum) o |
biter, le(ge) et rep(ausa), s. d. m. t. | t. [l.] Val(erius)
Tzita . . . . . . [f]ilio suo carissim[o].

1. ovi, rist, lec, tito !, 2. rep *traduntur*; *rep(one)* editor perperam sane, cf. III, 14190: leges et repausa.

metri particulae passim apparent, certi nihil datur.

**1220b.** III 13809=14217[1] Viminacium

d m |
vivite felices nostrisque profundite manis,
et memores sitis nobiscum vos esse futuros, *etc.*

B 859 Sub n. 14217[1] prodiit longe emendatius descripta.

1 fin. erit a *manus* (cf. Cerus manus)=manis; suppl. *lacrimas* (cf. n. 207, 5), *vinum* (cf. n. 110. 5), simm.; hoc malo, cf. n. 677; 2. *noscum* volgarem formam suspicatur B.; equidem collato titulo Tomitano n. 677, archetypum salvo hiatu *et m. s. nobiscum esse futuri* puto habuisse, quod et aetati conveniat et scribenti.—Eadem fere repetuntur III, 14165[1] (Heliupolis): vivite felices et nostris profundite manis (NI contignatis), et memores estis (=*estote*, ut passim) vos nobiscum esse futuros, *etc.*

**1220c.** III 14406a Heraclea Lyncestis

d m Aurelius Saza . . . . hic iacio, *etc.*
resta, viator, et lege titulo nostro;
dunc le[g]es et [r]e[p]ausas.

cf. III, 14190.—1. notum archetypum: *hospes, resiste et titulum nostrum perlege*; 2. *dunc*=dum, ut passim; *repausa* archet., cf. III, 14406g: viatores, sedete et re[qu]ies[cite].

Digitized by Google

**1220d.** III 14886 Salonae

transgrediens hic] paulisper consiste v[iator . . . .

fin. suppl. Bulić.

**1220e.** III 15195 Aequinoctium

d m

ressitá, viator, ét lege crudelé(m) cas(um) . . . .

2.=ressta, resta.

**1221.** V 1490 Aquileia

ita valeas, scriptor: hoc monimentum praeteri.

B 196 metrum definivit Buecheler.

**1222.** V 1493 Aquileia

te, lapis, optestor: leviter super ossa quiescas,
et mediae aetati ne gravis esse velis.

B 1472 2. *florenti aetati* magis solitum, vel *et tenerae aet.*

**1223.** V 3012 Patavium

. . . atilius | . . . [Euty]ches et | . . . [a]tilia Phoebas |
. . . . pient. b. m. p. |
et tu], qui legisti, vale!

**1224.** V 3034 Patavium

C. Semponius | Q. f. Primus viv | os f. sib(i) *etc.*
illi deos iratos, quos om(n)is colunt,
si quis de (e)o sepulcro (quid) viola(ve)rit.

B 199 suppl. Buecheler praeeunte Mommseno.

**1225.** V 4078 Mantua aet. Aug.

P. Raius f(ilio) fac. cur. |
lege nunc, viator, nomen in titulo meum;
memoriam habeto esse hanc mortalem domum.
valete, ad superos! vivitis vitam optumam
sicut ego vix]si . . . . . dum volui bene.

B 84 4. *vivitis* est mihi imperativus, ut *discitis* V, 7537; 5. *si me sequimini: vix]si [eg]o d. v. b.* Buecheler; *ego* post *si* in lapide non legi testatur Mommsen, cui PIIO vel RIIO vel RHO litterae apparuerunt, cogitabam de *rito*, h. e. rite.

Digitized by Google

**1226.** V 4152 inter Cremonam et Brixiam

[te, lapis, optestor, leviter super ossa residas,]
florenti aetati] ne gravi[s esse velis].
. . . . . i . . . . .

2. fin. suppl. Mommsen; reliqua ego.

**1227.** V 7097 Taurini

T. Marcio T. l. |
te, lapis, obtestor: leviter super ossa res[idas],
ne nostro doleat conditus officio.
Recepta l.

B 1474 2. *reserva* apographon a Pingonio servatum: «requiritur *residas*»; cf. V. 8485, simm. a Buechelero s. t. congesta; posse tamen et *reserva* = custodito, aliquatenus defendi non nego.

**1228.** V 7430 Libarna

C. Catio L. f. Maec. | Martiali scribae | vixit ann. XVIII | *etc.*
tu, qui legisti nomina nostra, vale!

B 1464 2. cf. V, 3012; potest emendari *iam nomen nostrum*, ut fiat senarius; est tamen fort. pentameter, ut et B. opinatur.

**1229.** V 8974 Aquileia

Alexandream quisque noveras, quaeso,
lege pauca verb(a) paulum et dolens vad(e),
aut nil doleto; nil mali est, ubi nil est,
laboris es]t, ut occubas, t[ibi finis].

B 214 choliambos digessit suppleritque Buecheler.—3. fin. editum *nihil est*; corr. Pais ex lapide, Suppl. It. 151; 4. *te mane]t. ut occu(m)bas t[u quoque]* Mommsen.

**1230.** VI 2357 Roma

dis manibus
. . . . . . . . . . .
hospes, ad hunc tumulum ne meias, ossa precantur
tecta hominis; <set> si gratus homo es, misce, bibe, da mi!

B 838 3. *set* abundat.

**1231.** VI 4999 Roma

hic reliciae Pelopis: sit tibi terra lebis!

*hic* extra pentametrum.

**1232.** VI 5225 Roma

dis man. sacr. | Claudi Aetheris
parce, parcen. | tibi |

2. restituit Mommsen sic: *parce*, (*viator*, *manibus; manes*) *parcen(t) tibi*, ad sensum recte.

**1233.** VI 5767 Roma litteris pulchris.

dis manibus sacrum
hic tumulus Fructi sacer est, quem laedere noli,
hospes: sic votis ipse fruare tuis!
legisti: miseratus abis. felix tibi vita
sit, precor | !—«atque obito sit tibi terra levis!»

B 1101 5. *sid* lapis.—4. *miseratus abis?* B.; ad sent. cf. *Geffcken*, l. c. p. 52, 5. *atque ob. s. t. t. l.* sunt viatoris.

**1234.** VI 8987 Roma

Alexander | Augg. ser(vus) fecit *etc.*
peto a bobis | , fratres boni. per | unum deum, ne
quis | VII titelo moles[tet] | pos mort[em meam].

3. *un titelo(m)* h. e. *hunc titulum* recte legit Mommsen; eliminato *un* verba *ne quis-meam* senarium efficiunt.

**1235.** VI 9204 Roma

L. Vettius Nymphius | aurifex, v. a. XVII |
et te, terra, precor: leviter super ossa residas,
sentiat ut pietas praemia, quae meruit.
et quicumque suis sincere praestat honorem,
felicem cursum perferat ad superos!

B 1048 5. h. e. feliciter vivat.—2—3 redeunt III, 1760; VI, 16325, 2—3.

**1236.** VI 9274 Roma

Domnaedius possessor, colonus Sequens.
et tu, viator, <precor>, parce tumulum Narcissi.

verba ad instar senariorum.

**1237.** VI 11529 Roma

d] m s | *etc.* Cl]audius Stasimus po | [suit]
. . . . . . . . . si]c te tua vota [sequa]ntur,
ut tu [mi hun]c locum, dum v[adis, non] ledere vellis.

B 836 2. 3. supplerunt Henzen Mommsen; 3. de *dumis* cogitat Buecheler.

Digitized by Google

**1238.** VI 12802 Roma

ossa hic sita | sunt Auctaes | Apustiae Rufae qu | ae fuit.
rogo per supe | ros, qui estis, ossa mea tueatis.

**B ad n. 16 2. ad metrum tendunt.**

**1239.** VI 12951 Roma

d [m] | Sex. Avo[nio *etc.*
te rogo, praeter[iens, quisquis legis, haec mihi dicas:]
«Avo[ni Iu]ste, sit t[ibi terra levis]!»

**B 1456 3—4. suppl. Henzen; cf. VI, 17768; posse ludi in cognomine defuncti vidit idem.**

**1240.** VI 16325 Roma

C. Cornelius Tyrannus | h. e. s. v. a. XIII |
et te, terra, precor: leviter super ossa residas,
sentiat ut pietas praemia quae meruit!

**B ad n. 1048 2—3 redeunt III, 1760; VI, 9204, 2—3.**

**1241.** VI 17768 Roma

d] m
. . . . . . . . . . . . . .
te rogo, praeterien]s, quisquis es, ut dicas:
------- «sit tibi t]erra levis»!

**B ad n. 1456 2—3 cf. VI, 12951.**

**1242.** VI 18149 Roma

diva, precor, Tellus, aevo complectere sancta
ossua, quorum in hoc nomina sunt lapide:
Fl. Ophelionis
Fl. Bebrycis.

**B 1217 1. AEVO lapis, quod «in aevum» interpretatur Mommsen, recte sane; minus apte ALVO proposuit iam Muratori, probante Henzeno, sed cf. V. 4445; X, 1315. 4684; XII, 942 all.**

**1243.** VI 18579 Roma

Terra parens! tibi Fortunatae commisimus ossa
quae tangis matres proxumitate tuos.
nullum onus incumbas, speret et umbra cinis.

**B 1039 1. repone *nos natae*; 2. fort. *manes* ut coni. Visconti; = *matris* Buech.;**

Digitized by Google

3. h. e. *obitae ut levis sis*; nam etsi rarissime id genus anastrophe in titulis occurrit, praestat tamen *umbra* pro recto casu habere, quam pro acc.

**1244.** VI 18938 = 34116 Roma

Gavia P. l. So . . . . . .
«A]emilia Prima, salve!»
et tu [qu]aequae dices, omnia ev[eniant] tibei.

B 131 3. *et tu quae* reponit Buecheler, ut fiat senarius; archet. tale:
salve. et tu: mihi quaeque dices, o. e. t.
ad septenarium revocat idem; italicis adnumerat Zander, p. 72.

**1244a.** VI 23297 Roma

fruge, bona, pudica, [h]ave!

Zander, VIA. p. 75.

**1245.** VI 24600 Roma

D. Pomponius | Bassus |
have, Gemella, colliberta mea!

2. iambi sunt casu fortasse effecti.

**1246.** VI 24743 Roma

havéte man[es] Póntiae Diony[siae],
requiéscite in aevum] sécure fel[íciter].

B 1791 2 init. supplevi ego; *secure fel*[*ix his quiescas sedibus*], B.

**1247.** VI 24752 Roma

- Póntia Prima heic ést sita:
noleí violare.

lapis videtur integer esse.

**1248.** VI 25489 Roma

Roscia [L. ?] | l. Secunda . . . . . . . v. a. VIII hic sitast |
si quod sapiunt inferi, have!
«valete, superi!»

2. 3. voluit qui scripsit hoc fere:
havé, Secunda, sí quid sapiunt ínferi.
«valéte, superi!»

**1249.** VI 27814 Roma

L. Turranius Optatus | vix. ann. XXXV |

Digitized by Google

te, lapis, obtestor, leviter super ossa residas,
ni doleat nostri conditus officio.

B ad n. 1474 3. usitatius *nostro*.

**1250.** VI 28695 Roma

Vettiae C. f. Crhysidi |
te rogo, praeteries, <ut> parcas calcare iacente(m),
infantis miserae menbra iacentis humo,
quae totiens lugenda erit, quoties te, memorabilis aetas,
erepta(m) doluere sibi, qui te genu[e]re <parentes.>
non nasci melius fuerat, quan <nunc> indigna iacerent
ossa; cinis facta est, <iam> non respo(n)sura parenti.

B 1145 1. est *Chrysidi*; 2. *ut* abundat; 4. exspectes *infans*; nimis enim contortum est *memorabilis aetas* pro memorabili puella tenera aetate erepta; 3—6 hexametros imitatus est poeta; 6. suspicari potest *iaceret* legendum esse, ut iungendum sit *ossa cinis facta est*, sed tolerabile et illud.—de graecis titulis eiusdem argumenti v. *Lier*. Philol. LXII, 3, p. 465

**1250a.** VI 29947 Roma

tu ne vellis aliena membra | inquitare iacentis.
dolies | conparabit sibi. quod si no | cueris, noceberis ab alio.

B ad n. 1145 1.=velis—inquietare; 2.=dolens conparavit. frustula metri passim dinoscuntur.

**1251.** VI 29948 Roma

ne tangito, o mortalis, reverere manes deos!

B ad n. 16 cf. VI, 5075; Phaedr. I, 27, 4 Müll.

**1252.** VI 29951 Roma

. . . . . . . . . . . . . . .

it]a sit t(ibi) t(erra) levis, ut tu huic nihil laeseris.

exitus senarii.

**253.** VI 29952 Roma

lege et crede,
hoc est, sic est, aliut fieri non licet.

B ad n. 247.

**1254.** VI 30104 Roma

ita levis incumbat terra de[f]uncto tibi,



Digitized by Google

vel assint quieti cineribus manes tuis.
rogo, ne sepulcri umbras violare audeas.

B 197 1. DENVNCIO traditur, corr. Buecheler.

**1255.** VI 30116 Roma

te, lapis, obtestor, leviter super ossa residas
ne nostro doleat conditus officio.

B ad n. 1474 cf. VI. 29011 all.

**1255a.** VI 34397a Roma

Annaea Ɔ. l. | Dipoena hic est |
condita, sed non sine lacrumis, Stepane, tuis.
sint tibi placati manes et tuta quiescas,
terraque securae sit super ossa levis.

2. quasi pentameter; 3—4 distichon integrum.—Step(h)anus defunctae maritus fortasse.

**1255b.** VI 35386 Roma

ossa Gr[atae . . . . ]
te, lapis, optestor, le[viter super] ossa residas,
ne n[ostro officio] condita laedatu[r].
. . . . feci coniunx M[ . . . . quae] vixit
mecum pl[us . . .

B ad n. 1474 1 et 4 nominum fort. reliquiae; 3. *ne nostro doleat conditus officio* archetypum, propter vocem *condita* pessumdatum; 4 fin. solitum *plus minus ann.*

**1255c.** VI 35653 Roma

. . . . . S]ex. f. Laeta vixit annos X menses V . . . .
si non fatoru]m praepostera iura fuissent,
mater in hoc] titulo debuit ante legi;
quae rogat, ut di]cas, aetatis tempore motus
«terra sit haec La]eta(e) non onerosa, precor».
si semper iusto decurr[eret ordine fatum],
ossa forent matris ia[m tumulata meae].
at tu, praeteriens, cine[res miserere iacentis],
et «tua» dic «opto, mo[lliter ossa cubent»].
. . . . . Pr]ima mater misera in suo fecit.

2—3 saepe obvios (cf. n. n. 535. 541. 588 all.) supplerunt editores; 4—5 sup-

Digitized by Google

plentur ex n. 588; 5. *eta* traditur; 6—9 loquitur filia defuncta: supplevi ego; 9. *dicit* descriptum, non recte fortasse.

**1255d.** VI 35979 Roma

Octavia Ap | ro, vicsit | anis XXII |
tu, quicumque legis, sit tibi suavite[r].

ad pentametrum inclinat.

**1255e.** VI 36048 Roma

. . . . . . es l(ib). Paris | [v. a.] XXVI |
et te, terra, precor, leviter iaceas] super ossa,
sentiat ut pietas praemia] quae meruit.
et quicumque suis sincere p]raestat honore(m)
felicem cursum perferat a]d superos.

supplevit B. collatis VI, 9204 (h. s. n. 1235); III, 1760 (n. 17); X, 7426 (n. 1275); cf. VI, 16325 simm.

**1255f.** VI 36629 Roma

quid honor]e(m) post morte(m) | [m]ea(m) sic detra |
[hi]tis de me? quit | me viva (feci) coiugi | meo? quibus |
bene feci digne: | apsit a vobis, ne | sic ponamini!

supplevit B.; queritur mulier se non satis honeste a suis esse compositam. quae marito defuncto honorem debitum reddiderit; sermo incitatus metri aliquam speciem prae se fert.

**1255g.** VI 36631 Roma

(et) tú, quicunque títulum nostrum légeris,
rogo, ne velis tribus sepulchris molestari.

2. prosa carmini non dissimilis; *molestari* constructum ut *molestum esse.*

**1255h.** VI 36654 Roma

nolí doler[e], cóiux, even[túm meum]:
properáv[it aetas, hóc] dedit fat[ó mihi].

cf. n. n. 378. 385. 392. 421. 434. 595 all.; 2. FATC | traditur; si recte lec tum, erit abl. potius, quam nom. *fato(m).*

**1255i.** VI 36655 Roma

sic tibi perpetuo sint, lector, vota secunda:
parce pios manes sollicitare manu.

B 1468 cf. n. n. 1124. 1237.



Digitized by Google

**1255k.** VI 36656 Roma

«molliter ossa cubent», dicat, rogo, quisque viator:
sic tibi defuncto dicere di iubeant.

B 1458 1. Ovid. Her. VII, 162; Trist. III, 3, 76.

**1256.** VIII 1966 Theveste

M. For[tu] | nata | ibam e vivi[s] a. LXXV m. III s. |

quae sequuntur, prosa videntur oratione esse composita, prorsus tamen a quadratario pessum data; eliciuntur tamen et poetici quaedam coloris, ut in fine haec:

- lúcem sustulit ú[lt]im[us] d[ié]s.

**1257.** VIII 2765 Lambaesis

Fl. Xyst | i p(rae) p(ositi)
le(ge) ét recéde

prior lectio *Fl. Xysti ex p(rimo) p(ilo)* emendatur in addendis p. 954.

**1258.** VIII 3727 Lambaesis

quisqué praeteriens títulum scribtum légeris,
tactús pietate hóc precor ut dicás (mihi):
«Ianuaria, sit tibi terra levis!»

B 133 1. exspectatur *quisquis*; 2. suppleri posse *mihi* vidit Buecheler; 1. 2. iussit idem conferri tit. VIII, 4122, geminumque monuit esse huius tit. VIII, 4120.

**1259.** VIII 9069 Auzia 320 p. C.

d m s

havae, Clodi Felix, | rarissimae fili, | *etc.*
et tú, <pater.> qui me salútas, salvus tránsias.

**1260.** VIII 9439 Caesarea

sis felix, qui dixe | ris: «Ammoni, have! |
perpetuo sit tibi terra levis!»
. . . . . . . . . . . . . . .

v. 3 non intellegitur.—archetypum potest fuisse huius modi:
sis felix, qui praeteriens «havē» dixeris, hospes,
«perpetuoque obito s. t. t. l.».

**1261.** VIII 9509 Caesarea

sit tibi ter]ra levis iucunda t[ui requies sit]

Digitized by Google

. . . . . . . . . . echi et Plat . . . . . . atae sorori . . . .
vi]xit an. III m. I . . . . . . . .

1. supplevi.

**1262.** VIII 9729 Tiaret

dis manibus
te ¦ rris qui | cumque | viator | transie | ris et di | xeris [h]ui |
[c] tumulo | AVIIOI a | ve sit ti | bi ter(ra) le | vis et pos | t
obitum | ite tue sit | tibi terr | a levis | .

B 1330 1. *terris* traditur, quod licet possit conferri cum formula *d. m. et Terrae Matri* simill. (Cagnat, Cours p. 246), sed latet fortasse solitum *te rogo*; 2 init. emendantur in Corpore: *[t]u i[n] tumulo avi[t]o* (vel *q]ui[et]o*); *huic*, B.; tum sequebatur nomen defuncti casu vocativo, ut AMMONI VIII, 9439, *cett.*; *Avito*, B. 4.=*item tui*.—Archetypum videtur fuisse tale:

te rogo, transieris tumulum quicumque viator,
atque meo tumulo dixeris *etc.*
post obitumque tui s. t. t. l.

**1263.** VIII 12302 Bisica

Zopyrus Tiro | nis f. Bisicensis | ex XI primis | vixit annis |
LXXXVIIII | h. s. e. |
ossa quieta, precor, Zopyri requiescant in urna
et sit humus cineri non onerosa [tuo].

B 1242 4. *tuo* omissum vel in lapide vel in apographo; sumpta sunt ex Ovid. Amor. III, 9, 67:

ossa quieta, precor, tuta requiescite in urna,
et sit humus cineri non onerosa tuo;

pro *tuo* potest suppleri etiam *senis*, vel adeo *precor*; *levi* dedit Buecheler: cf. etiam *Hoffmann*, die auf den Tod bezügl. Ausdrücke in d. röm. Dichtern, p. 7, 3; *Church*, Beitr. p. 42.

**1264.** VIII 12866 Carthago

. . . . . . . udius iiii . . . . . . | . . . . . . . . . . fecern[nt] |
huc férs] te qui, precór, viat[or óptime],
tumnlum ád meum rogáte siste tuú]m pedem.
. . . . . . . . . . . . . . . .

B 126 supplevi. -1. nomen fuit velut *Claudius*; 2. supplet Buecheler:

te qui precor, viat[or, hunc titulum legas],

*qui* ad defunctum referens; 3. litterarum vestigia mihi magis ad ea accedere, quae dedi, visa sunt, quam ad *perfu*, quod legit Buecheler; *te qui precor viat[or, siste tuu]m pedem* supplevit Lawrow in Eph. M. P. I. 1895 m. Oct. sect. ph. class. p. 17.

Digitized by Google

**1265.** VIII 13265 Carthago

. . . . . . . sei i. ai . . . . .
nostrís ut ip]se sómni(i)s frequéntiam
praestét t]e quicumque húnc legis titulúm [rogo],
ut hínc bono ani]mo Arphocratis discedás [memor].

B 135 1. *sei i. xi* legit Buecheler suppletque *d[i]xi[t fore*; 2—4 supplevit idem exempli causa; ad v. 2 iussit conferri Propert. V (Luc. Muell.), 11, 82; somniaque in faciem reddita saepe meam; 4. *ab aeterna do]mo* prop. Mommsen; *Arphocratis* erit Harpocratis.

**1266.** IX 3331 Superaequum litt. elegantissimis.

parce opus hoc, scr]iptor: ita te tua vota sequantur.

B 835 supplevit Mommsen collato titulo X, 6193; cf. sylloges Buechelerianae n. 194—196; VI. 23730.

**1267.** X 633 Salernum

have, Septima: sit tibi | terra levis!
qnisqu[is] huic tumulo posuit ardente lucernam,
illius cineres aurea terra tegat.

B 1308 2. *quisque* lapis. *e* erasa; *possuit ardente* lapis.

**1268.** X 762 Surrentum

tu], qui cu[rris iter gressu properante, viator],
ad] trist[es tumulos flecte rogate pedem]
. . . . . pen . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . m . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

1. 2. supplevi exempli causa.—1. post CV quod cernitur in apographo litterae vestigium P fuit aut R potius quam M; erat fort. CAR[pis] solitum; 3. 4. non attigi.

**1269.** X 1152 Abellinum

E]gnatio C. f. Gal. mag. Mercurialis | sibi et uxori | Cottiae D. f. Secundae | *etc.* Egnatiae C. l. Glaphyrae |
quiqumque Nol[a]na te[n]di[s pro]per[asque] viator,
paulisper c[eler]es [siste rogate pedes];
neu grave sit ten[erae cognoscere fata puellae],
neu gra]v[e sit] pau[lum morte dolere mea].
(deficiunt disticha 2 vel 3)

B 1056 carmen conferri iussit Mommsen cum titulo Beneventano IX, 1817 (n. 534), unde explevi.—1. NOL || NA TISDI | PLR | VIATOR apo-

graphum Mommseni, litteris ab initio 13 non satis certis; *tendis per rura viator* B.; 2. *p. gressus hic remorare tuos* Buecheler Hense; 4. *versus ut paucos perlegere* R.

**1270.** X 2723 Puteoli

d m | Matutinae Lacae | nae, feminae sanctissimae |
tu, qui legis, have et vale.

de metro cf. *Zander*, p. 82.

**1271.** X 3147 Baiae

hoc sepulcr[um con]frequentent, a me qui sint liberi,
c[irc]umversos quos relinquam vel manumitti volam.
at postrema pateat ipsis, quique ex i(i)s prov[e]nerint.
Volusia Q. f. Pia Annia A . . . . ena | sic mandavi,
sic [fia]t. |

B 240 numeros adgnovit concinnavitque Buecheler. 4 fin. ad trochaeos vergere vidit idem; lusit
Volusia Annia Antiochena s. m. s. f.;
2. suppl. et explicavit Mommsen collato Quintil. decl. 342 de vindicta testamentove manumissis; 3. *postrema*=postica; potest etiam esse *ad postrema*. scil. *tempora*.

**1272.** X 4255 Capua

P. Octavi A. l. Philom[usi] | ossa heic sita sunt |
deis inferum parentum || sacrum ni violato . . .
Philargurus l. et socius |

B ad n. 16 2. saturnium adgnovit Buecheler; malim *inferis;* cf. deis parentum. XI, 4327; Zander, p. 67; Church, Beitr. p. 25.

**1273.** X 4352 Capua

Staberiae P. l. Florae ossa | heic sita sunt |
rogo te, mi viator, noli mi nocere.

B ad n. 16 2. saturnium esse posse monent Buecheler, Zander, p. 69.

**1274.** X 6616 Velitrae

have, Manlia | Anthusa! |
bene sit tibi, qui legis, et tibi, qui praeteris,
mihi, qui hoc loco monument(um) feci, et meis.

B 127 3. *monumentum mihi quod h. l. feci et m.* reponit Buech. metri causa; iussit conferri II, 4174; VI, 2335; do metro cf. Zander, p. 82.

Digitized by Google

**1275.** X 7426 Thermae Himeraeae

Nicari(o)n, Munatiae L. l. Zosi | mae filia, hymnetria a s(acris?)
terra, precor, quaecumque iaces Nicario super ossa,
sis levis in tenero corpore deposita.
vixit annos XVIII.

B 1315 1. nicarin; 3. *nicario* lapis; reponi solet genetivus *Nicari*.

**1276.** XI 546 Ariminum

. . . . . . . . . . . . . . . .
quisquis es, opto tibi sort]e vacere mea.
iam solito dicas de more haec v]erba sepult[o]:
[«infelix iuvenis, sit tibi terra levis!»]

supplevi. 1. *vacere*=*vacare* rarissimum, cf. *Georges*, Lex. d. lat. Wortf. col. 717; minus placet *vaceris*.

**1277.** XI 575 Forum Popili

ita candidatus fiat honoratus tuus,
et ita gratum edat munus <tuus> munerarius,
et tu (sis) felix, scriptor, si hic non scripseri[s].

B 195 1. *fiat aedilis* reponit Buecheler; 3. *sis* add. idem.
titulos eiusdem argumenti composuit Henzen Archaeolog. Zeit. 1846 p. 242 et in syll. s. n. 6976; Buecheler n. 194. 196; de voce *munerarius* cf. Arch. f. l. L. 1896, X, 2, p. 246.

**1277a.** XI 4126 Narnia

ita cándidatus, quód petit, fiát tuus,
et íta perennes, scríptor: opus hoc praéteri.
hoc si ímpetro a te, félix vivas. béne vale.

B 194 2. *perennes* a *perennando*.

**1278.** XII 1932 Vienna s. IV p. C.

Aetherius moriens dixit: «hic condite corpus:
terra, mater rerum, quod dedit, ipsa tegat!»

B 1476 2. minus eleganter iungitur *terra mater*, *rerum q. d.*, *i. t.*

**1279.** XII 5275 Narbo

sic] tibi·praeterito redeat felicior annus,
sem]per et ex facili vita regatur ope;

Digitized by Google

hos] durae mortis sacratos laedere manes
par]ce, monent leges et levis umbra rogi.

B 1467 1. suppl. Maffei; *nec*, *hic* alii; 2. suppl. Borel; *Caper*, *Aper* alii; 3. *hos* Buech.: *nec* Maffei, *et* Borel; *durae* suspectum B-o; 4. sic Buecheler olim; *nolle* Mommsen, *ecce* traditur; retinet B. s. n.

**1280.** XIV 1873 Ostia

«bene sit tibi, qui iacis intus». et tu, qui tră(n)sis
et leges hunc titulum, opta «tibi terra(m) leve(m)».

B 128 sunt senarii notae vulgaris.—2. melius *opta mihi*, vel *opto tibi* (qui mox et ipse morieris), sed non mutandum; cft Buech. XIV, 1731; VIII, 3727 sim.;—ceterum pro senariis non nego posse distichon etiam restitui ad hanc normam:

–⏑⏑–⏑⏑– bene s. t. q. iacis intus.
et [tibi] q. transis et legis h. t.

**1280a.** XIV 2348 Ager Albanus

. . . . . . . . . . . . . .

ossá tibi béne quiéscant.

Zander, VIA. p. CC; cf. XIV, 2996.

**1281.** XIV 3527 Castelmadama

fatigas subito . . . . . . . . . . . veraque nobis
servantur lacri[mae . . .] cineres ut tuos . .
in caelo coiunc[ti erimus . . . a]dvenies subito.

B 1737 fort. christiana.

Digitized by Google

XIV.

# SENTENTIAE.

**1282.** II 1434 Sabora

d m s | Hermogenes pius in suis | [a]nn. VIII m. VII d. XIIII |

n[i]l fui, nil sum;
et tu, qui vivis, es, [bibe], lude, veni.

B ad n. 935 supplevit Huebner.

**1283.** II 2262 Corduba

d m s | Badia ann. LVIII pia in su | is h. s. e. s. t. t. l. |
tu, qui stas et legis titulum meum, lude, iocare, veni.

B ad n. 1500 2. leges; iocari.—cf. II, 1434. 1877; XI, 4010, all.; exempla congessit B. ad tit.

**1284.** II 4426 Tarraco

aspice, quam subito marcet, quod floruit ante,
aspice, quam subito, quod stetit ante, cadit:
nascentes morimur, finisque ab origine pendet,
. . . . . . . . . . . . . . . .

B 1489 4. deest pentameter, qui varie expletur, ut:
illa eadem, vitam quae inchoat. hora rapit, (Morales)
*vel:* ipsaque vita suae semina mortis habet, (Hernandez);
2. cf. XI, 3273; 3. cf. II, 1413; versus sumptus ex Manil. Astr. IV, 16. ad sent. cf. *Geffcken*, l. c. p. 55; ceterum de hoc versu in titulis cf. *Ritschl*, Op. IV, p. 239. 251, XIII; *Teuffel*, R. Litt. I (5) p. 582, 2.

Digitized by Google

**1284a.** III 276 Ancyra

d m | Repentina hoc tumulo
requiescit ab umanis sollicitudinibus.

2. *quescit ab u. s.* pentameter, cf. n. 1295.

**1285.** III 3247 = 8003 Tibiscum

terra tenet corpus, nomen lapis, atque animam aer:
quam melius fuer[at non peperisse tibi]!

B 1207 1. cf. XI, 3963; 2. supplevi; ad sent. cf. II, 3475; VIII, 11108; datur et *non natum esse mihi* sim., vel quod dedit B. *non tetigisse solum.*

**1285a.** III 10214 Bassiana

quaerere cessavi numquam, nec] perde[re desi:]
nil] superest in [humo: functus u]tru[mqu]e vaco.

B 1781 2. *nil* et *humo* praeivit B., reliqua supplevi collatis n. n. 1078. 1080. 1084 simm.; usitatum *utroque*, sed mutare non audeo.

**1286.** III 11036 Brigetio

Val(erius) Ursinus ducenarius, q | ui vixit ann. XXV m. III
dies V . . . . . . .
vivite felices, quibus est fortuna beata!

B 805 2. *quirur*, lapis: similes sententias congessit Buecheler in Corpore ad tit.; II, 391; III, 1854. 4483; V, 3403. 3415. 4078; 4656; VI, 14281; VII, 154; IX, 1764; X, 2503; XI, 4010.

**1286a.** III 14644 Epetium

Amabili secutori | nat. Dacus pug(narum) XIII |
fato deceptus, non ab homine (perditus).

**1286b.** III 14886 Salonae

. . . . cii | [v. a.] . . . XXV; amici [fecerunt . . . .]
. . . . . . . . . . . . ne]c miramini,
(h)ec [urna pulverem] qui abet . . . .

ad sent. cf. n. 1314.

**1286c.** III 14886² Salonae

quid prodest nimis] insanos [gessisse tumores?]
forma neve super]biamus, n[eu divitis aulae]
[census iactemus . . . .]

Digitized by Google

cum inter antiqua sepulcrorum rudera inventa sit, sepulcralibus adscripsi lusique supplendo.

**1286d.** V 1703 Aquileia

in carmine christiano desumpta est ex gentilibus sententia haec:

sed quo fata vocant, nullus resistere possit.

**1287.** V 1939 Concordia

«Primitiva, have!»—et tu, quisquis es, vale!—
non fueram, non sum, nescio, non ad me pertin(et).
Alexand(er) | actor coniugi kar.

B 1585 1. 2. color iambicus; cf. B. ad n. 247; 2. ad sent. cf. *L. Havet*, Rev. de Phil. 1896, XX, 2, p. 101 sq., qui collato tit. VIII, 2885 (n. 711) archetypum putat tale fere fuisse: *non fueras, non es, nescis, non pertinet ad te*; contulit B. Lucr. III, 830.—est h. s. n. 2791.

**1288.** V 2986 Patavium

C. Manlius | Gibbae l. | Priamus |
quaesi semper [nec] per[dere desi]

2. *quaessi*, lapis. ad sent. cf. V, 3415. 4656. 6842. 7047 all.

**1289.** V 3865 Verona

. . . . . isi |
homo tan]t[um] in vita possidet, quantum utitur.

B 182 suppl. Buecheler.

**1290.** V 4111 Cremona

M. Statius | M. l. Chilo | hic
heus tú, viator lásse, qu[i] me praétereis,
cum diu ámbulareis, támen hoc veniundúm est tibi.

B 119 3. ad sent. confert Buech. Senec. rem. fort. 2, 2; XII, 5270; IX, 2128.

**1291.** V 4654 Brixia

[h]ave, Pudens |
G. Minicius G. l. | Crhestus Pudenti. | val(e).
ulterius nihil est morte, neque utilius.

B 1493 2. *crhestus* est *Chrestus;* 3. de *utilitate* mortis dicunt tituli non pauca, velut V, 5278 alii.

Digitized by Google

**1292.** V 5278 Comum

P. Atili | P. f. Ouf. | Septiciani | grammat(ici) | Latini | *etc.*
morborum vitia et vitae mala maxima fugi:
nunc careo poenis, pace fruor placida.

B 1274 3. 4. cf. V, 4654.—grammatici lusum attende in homoeteleutis et allitteratione.

**1293.** V 7454 Vardagate

v. f. | T. Vettius | T. l. Hermes | seplasiarius |
mater genuit materq(ue) recepit.

B 809 2. ex dactylicis; quae sequuntur in titulo prosa oratione sunt composita.

**1293a.** VI 142 Roma s. III p. C.

Vi]ncenti hoc o[stium] quetes, quot vides.
plures me antecesserunt, omnes expecto.
manduca, vibe, lude et beni at me:
cum vibes, bene fac, hoc tecum feres.
numinis antistes Sabazis Vincentius hic e[st],
q]ui sacra sancta deum mente pia co[lui]t.

B 1317 1—4 senarii iambici male facti, quos ad iustam normam expolire conatus est B. ad tit.; 5—6. distichon multo melius.—1.=hoc ostium quietis; *Vincenti hoc oro ne inquietes* dedit B. ex. gr.; 4.=*vivis*, non *vives*.—Egit de toto monumento überrime *Kaufmann*, Jenseitsd. p. 207 sqq.

**1294.** VI 4632 Roma

M. Ogulnius | M. l. Rufio
hic est et non est.

2. usurpatur et *hic so et non so* (=sum). X, 2070. 2893. cf. II, 1434; V, 1939; 3415; VI, 9258, VIII, 2885.

**1295.** VI 7153a=33241 Roma

An]carenus Ɔ. l. Nothus, ann. XLIII
c]um coniuge sua vixit ann. XVIIII
quod superest homini, requiescunt dulciter ossa,
nec sum sollicitus, ne subito esuriam.
et podagram careo, nec sum pensionibus arra,
et gratis aeterno perfruor hospitio.

B 1247 3 malim *hominis*; 5. *pensionibus arra* est Mommseno (ad tit.) quodammodo ipsa hospitis persona, aedium domino quasi pignori data propter pensiones; confert B. Iuven. 9. 68 sq.

Digitized by Google

**1296.** VI 7574 Roma

. . . . . . ilra ia is
quomodo mala in arbore pendunt, sic corpora nostra
aut matura cadunt, aut cito acerva ruunt.
Domatius Tiras | filiae dulcissimae | .

B 1490 3.=acerba.—2. repone: *mala ut in arboribus pendent, s. c. n.*; ad sent. cf. VIII. 19606; XII, 533.

**1297.** VI 11743 Roma aet. Antonin.

d m s. L. Annius Octavius Valerianus |
evasi, effugi: spes et fortuna, valete!
nil mihi vobiscum est: ludificate alios!

B 1498 3. voviscum.—2. obversatur illud *abiit, excessit, evasit, erupit*; redit eadem fere locutio IX, 4756; cf. B. 434, 13—14; similes sententias ad scripsit id.; de graeco archetypo cf. *Lier*, Philol. 62 (1903) 3 p. 449; 3. nil mihi vobiscum est, Mart. XI, 2, 8; cf. II, 22, 1.

**1298.** VI 14281 Roma

vivite felices, quibus est for[tuna beata]

B 804 in fine potest esse *superstes, peracta.*

**1299.** VI 14618 Roma

dis man. | P. Caulius Syntrophus hic | situs est; vix. an. L |
sine crimine vitae |
vos ego nunc moneo, semper qui vivitis avare:
nudus natur[a] fueras a matre creatus,
nudus eris: obitis gratia nulla datur.

B 1494 1. 2. possunt et solent in hexametrum cogi, numero eliminato, hoc modo:
hic situs est; vixit annos sine crimine vitae;
vel: Syntrophus hic situs est; vixit sine crimine vitae;
certe tamen ad metrum non pertinet nisi formula illa sollemnis *sine crimine vitae*, in hexametri clausula saepe obvia; 3. archet: *teque ego n. m. s. q. vivis a.;* 4—5. ad sent. cf. Vulg. Job 1, 21; ex auctoribus locos congessit B.

**1300.** VI 15258 Roma

v. an. LII | d m | Ti. Claudi Secundi. | hic secum habet omnia |
balnea, vina, Venus corrumpunt corpora nostra,
set vitam faciunt b(alnea), v(ina), V(enus).

B 1499 4. B. V. V lapis, quae b(ene) v(ale) v(ale) supplet Orelli, perperam sane.

Digitized by Google

cf. III, 12274c (in cochleari); VI. 17985a; VIII, 1027; 7858; XIV, 914; de graeco epigrammate simillimo vide Henz. et B. ad tit.

**1301.** VI 18131 Roma

d m | T. Flavius | Martialis hic | situs est.
quód edi, bibí, mecum habeo; quód reliqui, pérdidi.

B 244 2. septenarium adgnovit Dessau; *quodque edi* vel *quod enim edi* corr. Buecheler; graecum archetypon attulit *Lier*, Philol. 62 (1903), 3 p. 449.

**1302.** VI 22215 Roma s. I med. p. C.

M. Marius M. l. Sa . . . . . *etc.*
vitae consolati[o]
quid sumus aut loquimur? vita est quid deniq[ue nostra]?
vel modo nobiscum vixit homo, nunc homo no[n est]:
stat lapis et nomen tantum, vestigia nulla.
quid quasi iam vita est? non est quod quaerere cu[res].

B 801 2. *vitai;* 6. *isi*, lapis.—emendavit et supplevit Bormann.—6 fin. attulit Buech. Lucan. VI, 602.—ad sent. cf. V, 5320; VIII, 11665: XII, 5272.

**1303.** VI 24368=34152 Roma s. I in. p. C.

C. Poblicius C. l. Am . . . . . .
v. Rustia C. l. M . . . . .
C. Claudius Faustus vix. [an. . . . . .
«tempore supremo Faustest tibi cura [soluta]».
«si perlegisti, venias licet et requiescas:
abnuis et refugis? frustra [es: inmobile fatum est]:
haec domus, haec requies omnibus una manet:
huc veniundum, in qua [retineberis, hospes, in aevum]».

B 1097 4. dicit viator; *Fauste sit tibi . terra levis* interpolatio Jacoboniana; 5—8. respondet defunctus; 6 et 8 supplevi, sed in eius modi poeta recte potest dubitari, an et v. 8 pentameter sit; ad v. 7 cf. Horat. Carm. I, 28. 15; *inquam, nec datur ulla fuga* Buecheler qui versum 7 collocat ante v. 6 acute sane; ad v. 6 adscripsit Bonada *nam te auferet Orcus*, ad v. 8—*inquam, seu te cita corripit hora* | *seu tremulum inficiet sera senecta caput* ex Aligerii instauratione, II p. 412 n. 74.

**1304.** VI 24563 Roma

Primae | Pompeiae | ossua heic
fortúna spondet <multa> múltis, praestat némini:
vive ín dies et hóras, nam propriúm est nihil.
Salvius et Heros dant.

Digitized by Google

B 185 2. vers. hypermeter; *fors spondet m. m. pr. n.* proposuit Mommsen in Corp. I ad n. 1010, non Ritschl, ut errore dictum est VI, 24563; *heú, fortúna sp. m. m. pr. nemini* (septenar. troch.) vel *fortuna spondet multis, pr. n.* Ritschl, Anthol. lat. coroll. Op. IV p. 241; cf. Mart. XII, 10, 2; 3. ad Syri sententias revocat Buecheler; cf. etiam Senecae Epl. 41. 68.

**1305.** VI 26003 = 34165a Roma

L.] Scaterius Celer |
nil sumus, ut fuimus, mortales: dispice, lector,
in nihil a[b] nihilo quam cito reccidimus.

B 1495 lapide denuo collato priorum errores omitto.—2. minus placet interpunctio: *fuimus; mortales d. l.;* 3. *ad* lapis.—Similia adscripsit B.

**1306.** VI 26011 Roma

Scita hic sit(a est). |
papilio volita(n)s texto religatus aran(e)ist:
il[l]i praeda rep(e)ns, huic data mors su[b]i[t]ast.

B 1063 2. *volitas, aranist* (*araneo est* corr. in Corpore); 3. *ilei, repns, sueirast* lapis.—*papilionem* esse animam cuivis apparet, cf. II, 2146; B. ad n. 1851; *Schröder*, Stud. zu d. Grabd. p. 15.

**1307.** VI 30103 Roma

adeste, amici, fruamur tempus bonum,
epulemur laeti, vita dum parva manet,
Baccho madentes, hilaris sit concordia.
eadem fecerunt hi cuncti, cum viverent,
dederunt, acceperunt, dum essent, fruniti sunt;
et nos antiquorum emitemur tempora.
vive, dum vivis, nec quidquam denegaveris
anime indulgere, quem commodavit deus.

B 190 sunt senarii plebeiae notae.—6. *imitemur* et 8. *animo* corrigunt editores minime necessario; *quem* pro *quam* in titulis sermonis plebei passim; exempla in Corporis indicibus obvia —Propter v. 6 diffidebat titulo Buecheler.

**1308.** VI 30111 Roma

quandius vixi, quaesivi, nec cessavi perdere semper:
mors intervenit, quae facet, ut ab utr(o)quae vace(m).

B 1094 male expressum notum archetypon, cf. V, 2986. 4656. 8415. 6842. 7047; v. 1 omisso *semper* fit septenarius trochaicus fere iustus, caditque fortasse in aliud archet. eiusdem sententiae.

Digitized by Google

**1309.** VI 30157 Roma s. I in. p. C.

sed . . . . . . . . . . . . . . . . . . ma]nibus o[lim],
quo. . . . . . . . . . . . . . . . . . tur;
et q[uoniam . . . . . . . . . pr]ofecto
corpore consumpt[o], vivā animā, deus sum.

B 975 3—4. adludere videtur ad illud *cinis sum, cinis terra est, terra dea est* etc., cf. B. ad n. 974.

**1310.** VI 30607 n. 2 Roma

. . . . er raei vir ci . . .
vivite f]elices, quibus est d[ata longior hora]
nam fa]tum nobis omni[bus instat idem.]
Euty]ches lib. patro[no b. m f.]

B 1081 2. 3. solitam sententiam adgnovit supplevitque Bormann.

**1310a.** VI 35368 Roma

d m | Gellio Balentino | marito benemerenti | Sertoria
Calliste | cum quo vixit ann. | X. bita sine lite |

2 fin. lusum attende.

**1310b.** VI 35638 Roma

quod decuit [fili]um matri su[ae] fecisse,
mors tua effecit, ut [face]ret mater filio.

B 164—175 turbatum archetypum bene satis adgnoscitur.

**1310c.** VI 36653 Roma

. . . . . . et apparabant escam . . . .
et imponebant in purpureo nido . . .
ut pérferantur. sí qua sunt, ad ínferos.
date terrae fructum, ut terra reddere possit.
ab alio speres, altero quod feceris.

carmen interpolatum fidei non satis certae; v. v. 3—5 tamen ex antiquis archetypis (cf. B. ad tit.) sumpti; 5. vetantur impii. ne locum sepulturae laedant; metrum turbatum: v. 3—senarius, v. 4 transpositis *possit reddere*; v. 5 correctior redit in Syri sententiis 2: ab alio exspectes. alteri quod feceris.

**1311.** VII 154 Viroconium s. I p. C.

. . . . . Fl]aminius T. [f.] Pol[l]ia [ann]orum XXXV stip.

XXII mil. leg. | [XII]II Gem. militavi a[t]q. nunc hi[c] s[um] | . . . legite et felices vita plus . . . . a. qua iioi . . l . . iiia | . . . . . aditis vivite dum se . . . . | [vi]ta[e] dat tempus honest[ae].

B 806 2—3. suspicatur Huebner fuisse in lapide *nunc h. s. e.*; 4—5. talia excogitarunt Scarth et Mac Caul:

perlegite et felices vita plus minus iusta,
omnibus aequa lege iter est ad Taenara Ditis.
vivite, dum Stygius vitae dat tempus honeste;

5. *osti]a Ditis, dum so[rtem]* coni. Buecheler.

**1312.** VIII 2119 vicinia Thevestae

hic locus lu[g]et s[e]mper, [t]e do[l]e[re ne]sci[t]

LVCET et IEDOIEIIAISCID, litteris IIAI evanidis, lapis; emendavit Mommsen. «au sommet d'une petite colline, au milieu d'un très-grand nombre de sarcophages vides, sur une longue pierre, entièrement encadrée d'une moulure, et qui semble avoir servi de linteau de porte», Rénier; fuit igitur ingressus in monumentum sepulcrale.

**1313.** VIII 2401 Thamugadi

[d m s]
C. Aelius Extri]catus h[ic] situs est |
qui post tantum onus, multos crebrosq(ue) labores,
nunc silet et tacito contentus sede quiescit.

B 573 4. *tacito* erit adverbium.

**1314.** VIII 7277 Cirta

[dis man. et me]moriae gentis | . . . . . . . . antianae Satu | [rae . . . . e]t Cassiae Quetae | . . . . . . . [ma]ritae eius pater Sat[ur]us omnibus suisque [homini]bus innocentissimis fecit |

viator lass]e, mirari noli:
hec via tale pulver(em) habet.

5. suppl. Mommsen dubitans; cf. II, 59; IX, 3358. 6.=talem; nota *pulverem* duplici sensu usurpatum, nempe de viae pulvere et de cineribus defunctorum, quorum est monumentum; occurrit III, 13062: haec via tal(em) pulver(em) a(bet). ubi PVLVERA pro plurali perperam habent editores.

**1315.** VIII 11665 prope Ammaedaram

vita bonum est et vita malum, mors neutrum habet h[or]um:

Digitized by Google

pe]rspice, si sapias, [q]uid magis expedia[t].
set quia sunt man[es], sit tibi terra lev[is].

B 1497 3. *ovia* apographum.—3. cf. VIII, 403. 11594.—ad sententiam cf. «vitae consolationem» VI. 22215, et praeterea V, 5320; XII, 5272.

**1316.** VIII 19052 Thibilis

M. Sittius M[artia] | lis vivo sib[i mo] | nimentum [fecit] |
vix. annis C . . . . .
tu qui praeteri[ens] perlegis istum [titulum],
ut discas bene vi[vere], ago c[ir]co [po]tiss[imum te dede . . .]
. . . .?

4. fin. *c[ir]co* rell. ego supplevi, cetera Schmidt.—3. si pro *istum* reponis *hunc*, fit pentameter; 4. incipit hexameter.

**1317.** IX 952 Aecae litt. optimis.

. . . . . . . . . . . pri]mi[c]eriar(ius) et me(morialis) doc(tor) eq(uitum) ac p(editum).
munde, tuas fug]io insidias: vale, proditor! at t[e]
nunc peto, terr]a, mei corporis una quies.
saecli vana] nihil curo in te nomina, quan[do]
spiritus ae]thereas ardet adire domos.

B 1340 1. suppl. *B*.; 3—6 supplerunt Buecheler Kaibel; v. 1 init. ego ex. gr.; v. 3. | IIO apogr. Kaibelii; an fuit *tem*]*no*?—5. «praescripta nimirum illa nomina fuerunt, quorum pars extat v. 1. Sed in hoc quid lateat, explicare non potuimus; quamquam *doctor equitum ac peditum* a milite fortasse praetoriano non omnino abhorret». Mommsen ad tit.—graeca eiusdem argumenti attulit *Lier*, Philol. LXII, 3, p. 472.

**1318.** IX 3128 Sulmo litt. vetustis.

ho]minés ego moneo, ní quei diffidát [sibi].

B 184 *sibi* in versus fine additum in ipso lapide manu recenti; *miser* proposuit Buecheler olim; *deo* vel *suis* Mommsen; nunc *sibi* retinet ille, collato Plaut. Rud. prolog. fin.

**1319.** IX 3821 Ortona

Pacedie Sexta(e) |
cógitato te hómin(em) esse, et scíto moriendú(m) 'st: vale!

B 241 1. SEXFA traditur; 2. *hominesse. moriendust* traditur; de metro cf. *Zander*, p. 73.



Digitized by Google

**1320.** X 777 Stabiae

T. Cornelius Libanus
invéni aliquando lócum, ubi requiéscerem.

**1321.** X 5371 Fratta Maggiore

. . . . . . . . . . . .
hospés, resiste et nísi molestust pérlege:
nolí stomacare, suádeo caldúm bibas,
moriundust, vale.

B 118 2. fin. confert Buecheler Mart. XIV, 113, 1 (de murra), et Petron. c. 67 (p. 45, 19 $B^3$); 3. supplet idem ex. gr.: *noli dolere, cunctis m. v.*

**1322.** X 7658 Carales

d m | L. Herennius | Castus | vixit annis XVI | mensibus duo |
fatís cessit suís.

**1323.** X 7697 Carales

. . . . . . . . . . . . . .
qui legis hunc titulum, mortalem te esse memento.

B 808 cf. X, 6053; B. 389.

**1324.** XI 856 Mutina

d m | T. Vettius T. f. Pol. Nepos milit. *etc.* | . . sibi et . . |
. . . [coniugi] | sanctissimae, cum qua per mul[tos annos] |
bene vixit.
tu [memento]:
sumus mortales, immortales non sumus.
praesumptio nostra haec est vas . . . .
victuros credimus . . .
sic ergo tu mortal. securam iam nunc . .
casus nostri haec facere relin . .
mortem vivere semper so . . .
agentes sani ad superos ho . .
quia vivere n . . . . .

B 191 cum stet apographo unius Muratorii non satis ut apparet accurato, praestat non temptare.—4. suppl. Buecheler; 5. senarius est; qui sequuntur, senarios non nisi imitari videntur; 6. 7. subsunt fere: *pr. n. haec est* [*q*]*ua s*[*emper nos*] *vict. credimus*; cogit Buecheler in senarios hos:

Digitized by Google

votis] pr. n. haec est vas [tamen],
semper] v. cr. [bene conditos];

8—12 sententiam putat idem inesse hanc: «sic ergo tu, mortalis, cura iam nunc, memor casus nostri, haec facere, relinquere tuis, post mortem vivere semper: soli hoc agentes sani ad superos homines, quia vivere non est sine hoc».

**1325.** XI 4010 Capena

M. Vitelius M. l. Theodorus | Baebia Fausta | M. Vitelius
M. l. Qursor | Iulia C. l. Rufa |
(h)eus, tu viator, veni h[u]c et qu[i]esc[e] pusil[l]u(m)!
innuis et negitas: tamen h[u]c redeundu[m] tibi!

B 120 3. eus; hoc; queiesci; pusilu; 4. hoc; redeundus; *innuis* = abnuis, *in* privativo; ad sent. cf. V, 4111; *redeundus* est *redeundus(t)* B-o; mihi est distichon potius male factum, quam senariorum par; archet. potest fuisse fere tale:

heus tu, praeteriens, v. h., requiesce p.
innuis et negitas? mox tamen huc venies!

de *pusillum* adverbio cf. G. Helmreich in Arch. f. l. L. II p. 128.

**1325a.** XI 4485 Ameria

iam . . . . . . . . [mor]tem | senties.—imo nec | sentis mortem.—ita mors null[a] | [e]st!—h. m. s. |
T. Marsidius Mar | tialis libertus |

1. IAAI . . . . . . . . ILM | dedit Bormann ex lapide.
fortasse pedestris oratio.

**1325b.** XI 6243 Fanum Fortunae

M. Valerio M. l. | Artemae architecto |
Herenniae P. f. Maximae | uxori | Proculus l. d. s. |
viator, viator, quod tu | es, ego fui;
quod nunc sum | , et tu eris. |

3. 4. metrum aegre elicitur.

**1326.** XII 915 Arelate s. I ex. vel inc. II p. C.

quat valeas, (h)abeas, pascas, multos tu habebes amicos;
si <h>aliquit casu alite[r] ad(d)uxerit aster,
aut il(l)[e] Romai frater es(t), aut tu peregre, heris,
et vocas a(d)cliva, quos <i>tu non nosti amicos:
adgnoscet homines aeg(er), quos no(n) pote sanus.

porta probat homines: ibi <h>est trutina ultuma vitai
aspicent ex(e)quias quis, ita ut quit, evitant;
et pietas <h>ilic paret et qui sit amicu[s].
b]enificia absenti qui facet, ilic am[icu]s <h>erit.

B 470 titulum lectu intellectu difficillimum temptarunt complures imprimis Hirschfeld Buecheler; passim tamen singula remanere obscura quivis videt.—

1—4 sententia eadem quae Ovid. Trist. I, 9, 5—6, laxiore tamen barbaroque sermone exposita; 1. *quat* = quoad; 2. *aster* pro fato dictum; de forma cf. *Georges,* Lex. d. lat. Wortform. col. 75; *aliter* minus feliciter: 3—4. obscurissimum locum interpretor hoc modo: cum in miserias aliquando incidisti, sive Romae tibi degenti est ille quem fratrem appellas, sive peregre versaris, ille in urbe remanet, haeres et vocas ad auxilium tibi ferendum alios, quos non nosti tibi esse amicos; adgnoscit enim homines non nisi aeger, h. e. miser, quos non potest adgnoscere sanus, cui omnia feliciter cedunt; *il(l)i R. fr. es* legit Buecheler probante Hirschfeldio; *frater* = parasitus, convictor est utrique; *heris* non *eris* esse, ut *herit* v. 9 fin., sed *haeres*, vidit Buecheler; 4. *acliva* lapis; *ad cliva*, ad difficultates superandas, recte interpretatus est Hirschfeld; *quo si tu* lapis; *quos tu* ego; 5. *adcnoscet* lapis; 6. *porta* qua mortui efferri solent; fin. cf. n. 265; 7. h. e. quos amicos tibi esse putaveras, cum aspiciunt exequias tuas, evitant ut quisque potest; iunge *aspicent-quis; aliquis* legit Buecheler; *exquials* lapis *l* incerta; *asp. ex. qui s(i) ita ut qu. ev.* legit Mommsen interpretans; «si qui exequias ita ut fieri potest, evitant»; negat Buecheler *quit* esse *potest* vix recte; 9. pentametri vice fungitur; *ilic* est *ille* fort. non *illi*, vel *ilico*.

**1327.** XII 5102 Narbo Augusti aetate.

L. Runnius Pa[p.?] | Cn. f. Pollio |
cupídius perpoto in monumentó meo,
quod dórmiendum et pérmanendum heic ést mihi.

B 188 2. init. *eo* supplet Ritschl, recepit Buecheler; lacunam ante *cupidius* indicasse Muratorium coniectura tantum vidit Hirschfeld. de sensu egit *Schröder*, Stud. zu d. Grabd. p. 3.

**1328.** XII 5270 Narbo s. I inc. p. C.

hospitium tibi hoc. invitus venio: veniundum est tamen.

B 242 septenarium troch. adgnovit Buecheler s. n. qui olim senariorum reliquias esse putarat.

**1329.** XII 5271 Narbo s. I p. C.

mortua cum fueris, fati quod lege necessest,
usta cinis proprio contegat ossa solo.

Digitized by Google

sacratam cunctis sedem ne laede, viator:
hanc tibi nascenti fata dedere domu[m].

B 1021 2. solet terra contegere cineres et ossa; de usu vocis *solo* egit *Church*, Beitr. p. 82 sq.; 4. *nascentes morimur* Manilius.

**1330.** XII 5272 Narbo

. . . . . . . . . . . . . .
. . . nec duro iam doleas obitu:
nec tibi nec nobis aeternum vivere cessit:
quod pueri occidimus, fata querenda putas?
dum sis in vita, dolor est amittere vitam:
dum simul occidimus, omnia despicias!
orbem sub leges si habeas [d]um vivis, ad Orchum
quid valet? hic nulla est divitis ambitio!

B 1202 1. suppleri potest in hunc modum:
ereptum fatis miserum me desine flere,
hospes nec duro *etc.*;
apud Bonadam legitur II p. 225 expletum carmen hoc modo:
nil prosunt gemitus: lacrimis corrumpere ocellos
desine nec duro *etc.*;
6! *cum semel occideris* corr. Schrader collato Horat. Od. IV, 7, 21; reponendum fort. *cum simul* dictum pro *simul atque*; 7. conferri iussit Buecheler Verg. Aen. IV, 231: totum sub leges mitteret orbem.

**1330a.** XIII 530 Lactora II p. C.

d i m
non fui, fui, memini, non sum. non curo.
Donnia Italia an | norum XV hic | quiesco; C. Muna- | tius et Donnia | Calliste l(ibertae) piissimae.

cf. n. 1282. 1294. 1305. all.

**1330b.** XIII 2395, 2396, 2397, 2398, 2399, 2400. a. 501—573 p. C.

in epitaphiis episcoporum Lugudunensium aetatis infimae praeter tritas aliquot locutiones, velut *recubant membra, astra fovent animam, corpus natura recepit* (2395), *in hoc iacet tumulo* (2396), *volventibus annis* (Verg. Aen. I, 234) (2397), *hoc tumulata loco pia membra recumbunt* (2399), *quo recubat tumulo* (2400), exemplorum paganorum vestigia apparent fere nulla, quare omisi.

Digitized by Google

**1330c.** XIII 2372 Lugudunum 506 p. C.

in epitaphio Caretenes reginae, (B 1365) aetate posteriore, ut Leblant suspicatur, a Venantio Fortunato composito, paganorum exemplorum apparent pauca sane vestigia, nempe

v. 2: hoc artus tumulo vult Caretene tegi;
v. 23: quam cum post decimum rapuit mors invida lustrum.

**1331.** XIV 356 Ostia

. . . . . . . . . s VI vir Aug.
. . . . . . . . . e Felicitati con
[iugi e]t Tulliae Arsinoe
[lib. libe]rtabusq. posterisq.
[eorum *etc.*
mortalis sortem si vis iam] scire, viator,
huc venies et tu: sors] tua nempe mea est.

B 1450 6. 7. supplevi; lusit et B. quaedam, quae tamen ipse in textum non recepit.

**1332.** XIV 867 Ostia

. . . . . . . o . . . .
. . . . . Cornel[ius . . . . .
. . . . . vivit[e victuri?]
. . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . ie . . . .
v]el titul. lagr[im . . . .
nihil esse int[er . . . et]
credite mor[tem . . .
qualis ego a l . . . .
dico Cornel . . . . .

3. subesse potest solitum *vivite victuri moneo cett.*; 7. an supplendum *inter vitam*?

**1333.** XIV 1874 Ostia

si quit bis facere, te bibo fac dulci[ter].

B 189 h. e. *vis, vivo;* suppl. Buecheler.

**1334.** XIV 3480 Varia

C. Pirrius . . . .

Digitized by Google

si quid praeterie[ns titulo vis dicere nostro],
si bene, sive male d[ixeris, accipiam].

B 1459 2. *praeteriens*, 3. *dixeris* praeivit Dessau, cetera supplevimus B., ego; 4. *d[icis*, *habebis idem*, B.

**1335.** XIV 3945 Nomentum aet. circ. Augusti.

T. Titius T. f. Ser. Tappo XXVI vir *etc.*
parcitis heredi et vos insentibus dedite morti.
si quid mortui habent, hoc meum erit, cetera liq(ui).

B 366 2. sensus omnino obscurus; *parcitis* tamen recte interpretantur plerique *parcite*: defunctum loqui putat Dessau admonereque praetereuntes «ut vita fruantur neve in heredis commodum rebus suis parcant», quae sententia confirmari videtur v. 3; diverbium inesse opinatur Mommsen huius modi: *viator:* «parcitis (=parcite) heredi». *manes:* «et vos (praetereuntes) insentibus (=iis qui in sepulcro insunt) dedite morti (scil. debita)»; de verbis *p. h.* cum Mommseno facit et Buecheler, qui tamen et quae sequuntur a viatore ad eosdem manes esse dicta putat hoc sensu: «et vos, manes, sepultis dedite ad mortem, h. e. habitate loca mortis.» equidem puto totum versum a defuncto ad praetereuntes esse datum hoc sensu: «parcite heredi et e vita exite, brevia enim sunt omnia superorum et caduca»; ironian puto inesse nullam; ceterum cf. *Vollmer*, Rh. Mus. 98, 53, 4. p. 637 sq.

**1336.** XIV 4167 Ostia

exemplo nostro brevia omni]a reputes ianiam,
cogerunt fata iniust]e quem intus iacere.
dum vivis ergo, hom]uncule, letus esto,
bonis post mortem] quod minus frueris.
ita quidquid est,] lucr[o tibi] esto vi[tae].

de Rossi putat esse christianam; certe est aetatis labentis, sed videtur esse pagana.—incomptos versus supplendi certa cum desit ratio. temptavi ex. gratia, ut supra.

**1336a.** V 3635 Verona

v o
m t c
hei age, q[u]isque voles moriturus inempt[o]r amice,
ac[c]ipe perpe[t]ua set m[odo lege] locum:
d[e]sulcanda prius mihi danti cerea prata,
ne post pa[e]niteat non tetulisse [pede]m.

B 983 titulum a Maffeio olim damnatum putat Mommsen genuinum esse sed obscurum; de loci in fundo alieno vel in communi sepulcro emptione per

tabulas ceratas facta recte cogitat Buecheler, quod et areā nimis spatiosā videtur confirmari (in fr. p. LXX, in agr. p. XLV); in litteris singularibus *vivus* et *obitus* vocabula latere conicit idem (an *vivus obitis mortis titulum curato* ?); 4 et 6 supplevit id.

**1336b.** XII 5732 Antipolis

viator, audi: si libet, intus veni;
tabula est aëna, quae te cuncta perdocet.

B 121 «la forme paraît se rapprocher de celle d'un linteau de porte, ou même de l'architrave d'un petit monument», Blanc ad tit.; falsa non est, sed minime sepulcralis; cf. Friedl. Darst. II⁶ p. 43.

Digitized by Google

## XV.

# FRAGMENTA.

**1336c.** II 3304 Castulo

d m s | | |. O navigi . . . . pauper ivi | in census in m . . . . [v]ixi mor[i]bus | , colui f[id]em, ludo[s soda]les amavi | adq(ue) parentibus . . . . vii cupivi i | inutile mere . . . . doleor | lacrimo pi . . . . intus | sia iipo dign . . . . posivi | ter memor m . . . . supstiti | sinite qui(e)sca[m] . . . . iiis | [h]oc pu iiilpm im . . . . [d]imisi. m | quod vis deus hic pri . . . . [v]otitas die | . . . ni aeternum . . . . iii aia iii | ius liciat orcum a . . . . itia iii ma | idiivoccupatai . . . . us aipia cn | iscai viacisiu . . . . ae disci[p]u[l]i | ra v[e]stra cum . . . . ci . . ciai | siste. iciorca . . . . orum sito | iiauspis cui . . . . cium i | naiisis pacmo . . . . cio vitas | apiiiiicis vari . . . . inia umi | )amivaciai . . . . acic natus | liberalibus . . . . id intereas | ne velitis erva . . . . iesrciiiis | ius quicumqu[e] . . . . iinc ii viis | [f]ine laborum e . . . . via viii | viiii nisquii . . . [t]umidas | . h. s. e. s. t. t. l. i. i. . . . M. Gargi | lio Cresce[nti] . . . . ciinoi |

B 1556 num metricus fuerit titulus, valde se dubitare ait B.; certe passim frustula carminis dispiciuntur, velut *colui fidem*, *votitas die*, *fine laborum*, simm.; a restituendo abstinendum esse monuit Huebner.

**1337.** II 5062 Gades

. . . . s an. VIIII . . .
. . . . multa quam . . .

Digitized by Google

ad] superos uni . . . .
. . . . . i . . . . . .

«epitaphium infantis» esse vidit Huebner.

**1337a.** III 2672 = 9633 Salonae

. . . . . . [casusque malignus]
aetati i]nvidet et te lu[cis improbus orbat].
es. nam qu[i . . . . | . . . exer]citu . . . . .

supplevi.

**1338.** III 8847 Salonae

. . . . . p]ro voto tha[lamoque]
. . . . . parant si Clotho [dedisset],
. . . . . ca]ram sopo[r altus].

B 1666 suppl. Hirschfeld, Buecheler.—3. potuit esse et *sobo.* ut reponi etiam possit *sobo[lem* . . . .]; virginem in ipso nubendi tempore mortuam esse intellegitur.

**1339.** III 9449 Salonae

manes, et super[i, si quo vos carmine possunt]
a]c Plutonis adi[re domos, sit nunc quoque vobis]
d]ulce cani . . . .

B 581 1. *m. et super[os si carmina tangere possunt]* Buecheler in Corpore ad tit.

**1340.** III 9454 Salonae

exemplum] dedim[us vitae concorditer actae]
. . . . . . . . . . defen]sor I . . . . .
. . . . . . . . . . mo]rum et [castitatis
. . . . . ante] mori [voluit . . .
nec concede]ret iss[e suum sub Tartara foeda].
. . . . voluerit . . .

fragmentum tituli sepulcralis coniugum esse puto, cuius sententiam adumbravi.—6. superesse ex formula *si quis voluerit inferre* (h. e. corpus) putat Hirschfeld.

**1340a.** III 12504 Küstendsche

. . . . su]peri qu[ondam . . .
munera pa]rva qui[dem . . .

1. *su]peri,* 2. *pa]rva qui[dem* suppl. editor.

Digitized by Google

**1340b.** III 12505 Küstendsche

hic] mea pos[t obitum . . . . .

supplevi; cf. n. 847.

**1340c.** III 13119 Salonae

. . . . . magis et . . . . m . . . .
. . . . . . . . . hono]re
praecipuo ba . . . . .
et tit]ulis simul ornav[it . . . .

**1340d.** III 14908 Salonae

depo]situs . . . . . | . . Antemio . . . | . . . [vice]nsimum ve . . . |
. . . . . . . . . . . . . et fu]nere mer[sit acerbo].

2. Vergilianum: Aen. VI, 429; XI, 28.

**1341.** V 303 Pola

. . . . . guli . . . . . . ccae inse . . . .
qui]bus dolor fui aeterna[m domum].
he]redes faciund[um cur.]

**1342.** V 3872 Verona

. . . dumque c]ares gem[itu
. . . . obrepit m[ors . .
. . . . hic nihil es[t, nisi tosta favilla
. . . . ad summum . . .

B 1854 fragmentum dactylici carminis; supplevimus B., ego.

**1343.** V 5931 Mediolanium

C. Pomponius C. l. Pal. | Sacco copo |
hic dominus tituli nota [celeberrimus arte].

B 410

**1344.** VI 1343 Roma

d m | M. Antonii Antii Lupi pr. *etc.*
accomodata gerunt . . . . . .
-------- praetextas stamina Serum
aedificata tholis . . . . .

Digitized by Google

B 449 1. interfectus a Commodo; 3. attulit Hosius Claudian. Eutr. 1, 364; ante v. 4 perisse unum hexametrum opinatur Buecheler.— carmen fuit optimae notae.

**1345.** VI 4722 Roma

. . . . atius | . . . . . Actes Ca . . . . |
. . . . . quod nobis | . . . . . . . [bo]na legavit |

2. fort. carmen.

**1346.** VI 18982 Roma

. . . . . udius Geme | [llus . . . .
vixit annis] XXI me(n)ses VIIII |
. . . . . mae]sti fov[ent . . . .

**1346a.** VI 23547 Roma

d m
Optati | ciner[e]s

2. *cineris* editur. videtur hexametri esse principium; continuari poterat *hic sunt atque ossa sepulta.*

**1347.** VI 30101 Roma

. . . . . . . . . . . . . . .
candore pulchro marmori[s]
in quo perspicua corporis
inest effigies numinis.

B 849 effigies est numinis alicuius, fort. Iunonis, defunctae vultum prae se ferens, ut VIII, 251; ORE litteras, quae in lapide a sinistra fracto leguntur, ad priorem pagellam pertinere rectius putat Buecheler, quam ad hanc, nempe ut corrigatur *corpore*. Iungendum videtur: (monumentum insigne) candore p. marmoris, in quo inest effigies numinis, perspicua corporis (scil. defunctae effigies).

**1348.** VI 30136 Roma

d . . . . . . .
qui le[gis hoc . . .
ex poi . . . . .
quisq(ue) poi . . .
tanquam . . . .
quis credat subi[to casu] sic nos ruitur[os],
quod casu . . . . .

Digitized by Google

req . . . . . .
q[u . . . . .

binis lapidis versibus singulos carminis effici putat Buecheler; editor ad v. 6 iussit conferri Ovidianum: *et subito casu quae valuere ruunt.*

**1349.** VI 30137 Roma

. . . aai . . . .
. . . . . . . . . . littera [maesta].
ip]se legens, tumulum c[redas ossa ae]gra tul[isse].
o]ptans, ut celebres l[aeto stri]dor[e choreae]
h]anc laudem felici an[imae sub Tartara reddant].

B 1642 suppl. Buecheler; carmen optimae notae fuisse apparet.

**1350.** VI 30144 Roma

. . . . . . m tradita | . . . . . [matr]ona,
quae forma eximia, magno decorata] pudore
dum vixit, cunctas superavit casta p]uellas;
ingeniumque inerat, dicendi summa f]acultas.
Calliste fuit, congruerent ut forma n]ōmenque.

2—5 clausulae hexametrorum quattuor; qualis fuerit sententia monstravi; ad v. 5 cf. n. 1093, 1.

**1351.** VI 30147 Roma

praecipitate . . .
adiutus . . .
frigoris . . . .
perdide[r . .
raucas . . .

B 1628 videtur esse sepulcralis; 2. nomen proprium esse putat B.; 5. Vergilianum *rauca sonans* (Aen. IX, 125) contulit id.

**1352.** VI 30154 Roma

c]lamores eveni . . . . [sua]
vis amoris, ut n[ostrum . . . .]
que priorem, sed . . .
dulce feror . . . . . .

3. 4. gaudere videtur coniugum alter, quod prior eripiatur.

**1353.** VI 30442 n. 18 Roma

quos [legis . . . . .

Digitized by Google

ho . . . . . .
et s . . .
am . . .

superesse videtur ex titulo sepulcrali distichis composito.

**1354.** VI 30518 Roma

. . . . mi
. . . . tia post veni di
. . . . nostros cineres.

**1354a.** VI 30556 n. 19 Roma

. . . . . . . . a . . . .
vivere nec passa est Perse]phone . . .
. . . . ur in ma . . .
et recolet m]anis turba futura m[eos].
. . . . sitae sunt a . . .

B 1776 sepulcralem esse collegitur ex v. v. 2 et 4; sententias informavi B-o monstrante.

**1355.** VI 30567 n. 22 Roma

. . . . nol]is calca[re iacentem]
. . . . . . cru]deli fun[ere raptum]
. . . . . ios. vi . . . .

1. 2 sententia fort. eadem atque VI, 28695, 2; S. potuit esse *ann]os vi[xit* . . .

**1356.** VI 30617 n. 1 Roma

. . . . . . . t]umulum est
. . . . . . al]ma luce [orbat . . .
. . . . . . et quam . . . .
. . . . . . potuit . . . . .
. . . . . . one pro . . .
. . . . . . res nas[ci solet
. . . . bi]s senum [processit in annum]
. . vixi]sse ma . . .
. . . . . . esse . . .

B 1783

**1357.** VI 30632 n. 2 Roma

. . . . . . xctii . . .

. . . du]ra fuer[u]n[t]
. . . . quos limine [v]i[tae]
. . . . a reliquit . . . .
au . . . .

2. 3. supplementa mea sunt.

**1357a.** VI 31942 Roma s. V p. C.

qui leg]es, agnoscas tumuli nomenque decus[q(ue)]
no]strae quod tanti nominis ornat --
hesperias du]dum solus praefectus in oras
. . . . es solis p . . . . . . . . . . aptus
. . . . . cl . . .
. . . . i . . . .
. . . p]rofi[t . . . . .
iude]x sic tot[o notus in] orbe
. . . item dec . . . . . [floren]te iuv[enta]
ge]neros qu . . . . . . . . . . . . . . ulcus
. . . m Priscilla . . . .

elogium Anici Acili Glabrionis. praef. praet. a. 438 p. C.

**1357b.** VI 31983 Roma c. a. 450 p. C.

. . . i max . . .
condidit hic populo doctrinae car]mina magnae,
quis Latii Martis disce]ret acta [p]uer.
unde animo simul eloquiu]m figeretur [honestum]
et patriae tenerum cor] penetraret a[mor].
. . . vi]vo lacrimosus a[more]
. . . toto] pectore ques[tus erat]
clades natoru]m·flenda d[omusque]
. . . . ud . .
. . . . . . . . . . . . . . .
fecisti patriam (tu) quo[que flere diu].
i, felix nimium sociatus c[oniugis umbris]
quam tibi nec fati s[ors superesse dedit].
Flavius Merobaudes orator [qui vixit annis LX] | minus duobus mensibus et diebus q[uattuor hic in som | no re]quie[s]cit. [mor]tuus est V k . . .

B 1756 elogium Flavi Merobaudis oratoris et poetae; fragmenta duo quae con-

iunxerunt de Rossi et Kiessling. explevit B. ex. gr.; ante v. 1 et post v. 9 perierunt hexametri singuli.

**1357c.** VI 32476 Roma

hic iacet e]xanimis Ste[phane . . . .
. . . . thiasis decora[ta . . .
ta]urino dorso i . . . .
sacer]dotum nume[ro . . .
p]atrem ape . . . . . .
. . ves sepulchr[um]
quod est don[um]
A. Valer. Prae[textatus]
. . . ia rep . . . .

sacerdotis cuiusdam elogii fragmenta duo (1—5. 6—9), diversis lapidis partibus inscripta, et quidem v. v. 6—9 prosa ut videtur oratione.

**1357d.** VI 32755 Roma s. I p. C.

. . . . . . . . qui quondam situs est
prata per Inlyrici, litora Dannuvii.
patrono *etc.*

B 1264 ante v. 1 periit praescriptio; 2. pentameter dactylicus.

**1357e.** VI 32981 Roma

qui . . . .
stirpe Novempo[pulana . . .
Gallica terra don[at . . .
mi]litiam placidis . . .
co]eperat interea . . .
. . n . .

elogium militis cuiusdam.

**1357f.** VI 33674 Roma

poscim]us, ut meritae s[ecure membra quiescant]
con]iugis, et tellu[s sit tibi, cara, levis].
quod] nisi parva fore[nt vivendi tempora, pro te]
ia]m cuperem fati [laetus obire diem].

ante v. 1 periere nonnulla: sententias informavi.—2—3. videtur maritus mox post coniugem et ipse decessisse.

Digitized by Google

**1357g.** VI 33675 Roma

. . . . Bilienus | [ . . Or]pheus | . . . . . lib. | [vix.] annis IX |

. . . . . . quid pote flebil]ius?
parva nimis fructus fuerat qui tempora] vitae
iam cinis in tumulo conditur ipse mise]r.

lusi exempli causa, duobus lapidis fragmentis usus; tertium *ilad* | *ossid* | num ad eundem titulum pertineat, nescio.

**1357h.** VI 33866 Roma

conditur hoc tumulo causarum no]bilis actor,
. . . vincu]la iuris
. . . . veluti ille Alcme]nius heros
. . . toto nobili]s orbe peractis
. : . crat . . .

1. causarum actores nobiles memorantur C. VI, 511; h. syll. n. n. 884. 948; 3. minus placet nomen, velut *Pomponius Heros* simm.; comparantur fort. facta moresque defuncti cum Hercule, ut in n. 313, quaesite sane.

**1357i.** VI 34416 Roma

d [m] | C. Ant[oni] | Phro[nimi] |
hoc sacer in [tumulo] tegitur mod[o . . . . . . . .
at t . . . .

**1357k.** VI 35423 Roma

d] m | . . . . . . . . l[i]b. Elpideph[ori] | . . . . [A]grippine con[iugi . . . . .] |
. . . . . post multa i | . . . . . [g]enitor iucu[nd . . .] |
. . . . . ve mater susce[pit . . . .] | . . . . [pa]rentes; vixit a[nn . . . .] |
feli]x invidia caru[it . .] | . . . tus haec meli |
. . . . sec]urae quiet[i . . .] | . . . [tr]ahitur | . . . ita . . . |

elogii dactylici fragmentum, quod num bene descriptum sit dubito.—1. *Agrippine* erit Nom. potius, quam obliquus; 2—5 vita defuncti Elpidephori narratur: sententiarum frustula informavi.

**1357l.** VI 35516 Roma

. . . C. I]uliu[s . . . . . . | [p]atr[i piissimo] | p[os.] | C. Iu[l . . . .] . | . . . . i . . . |



Digitized by Google

. . . . . . o]ptin . . . . . . | . . . . . . runt . . . . . |
quem cernis, lapis hic] patris complectitu[r ossa]
post fata a]eterno reddita con[iugio].

1. filii duo patri posuere; 2. distichi unius reliquiae; 3—4. supplevi ad sensum; 4. cf. n. 41. 53. 55 (v. 52 sq.). 87 (v. 16: aeternus torus). 97 (v. 5: perpetuae nuptiae) all.

**1357m.** VI 36439 Roma

hic iac[et . . . . . . .] | in loco . . . . . .
spes et . . . . . . . . . . . . | magiste[r] |
bis fun[ctus . . . . . . . . | patrimo[ni] . . . |
magna . . . . | clarior . . . . . . . . |
pulchri . . . . . . . . . . | sumpti[bus . . . .] |
opus Fabrici | Tossia L. f. . . . .

elogium viri cuiusdam ordinis senatorii.

**1357n.** VI 36630 Roma

dic . . . . | merum . . . . | autem tud . . . | quisque mod[o] . . . |
di manes te ex[spectant] . . . | sicuti . . |

sermo carmini propior.

**1357o.** VI 36659 Roma

. . . cul . . . . . | maesta foris . . . . |
. . . . is pietas virt[usque viri . . . |
enitui]t claris . . . . | . . i per . . . . . |

elogii dactylici fragmentum.

**1357p.** VI 36710 Roma s. fere III p. C.

. . . . o]mnes matrem cum filio . | . . . . us dolentes hac . . |
. . . . is voce dederunt . . | . . . . unt septima decim[a] . . . |
. . t]antaque fides fuit ac kal . . . | . . um cum sua filia innoc[enti] |
. . transiret; cum quem s . . . | . . subito deceptumque dil . . .
. . . ona quoque pia dulcissi[ma] . . | . . . [un]o funere duo[s] . . .

prosa ad instar carminis.

**1357q.** VII 1020 Habitancium

in ho[c . . . . .]ae | e (ia)cet imp | M. Pergel . . . |

Digitized by Google

ttrvini . . . | . . . . iril | m . . . . . is | . . . . f[e]ci[t] . . .
cvef pag | i tibi pro | rce pro . . . | Flaminius c | et profund |
acem vol . . . . | dere vitae |

fragmentum carminis hexametris concepti. 2. *pro [meritis]*, 3. *et profund*[*as lacrimas*], 4. *conclu]dere vitae* dantur incerta et ipsa.

**1358.** VIII 838 Turca

hunc maestus titul]um cum ceteris posuit.

pentametrum explevi.

**1359.** VIII 910=11177 Segermes

. . . . . . . . . re. ili
mun. A]ug. Segerm[es]
. . . . . . dictant]e dolore
. . . . . . turm[a . . . . .]

3. cf. VIII. 1359.

**1360.** VIII 1073 Carthago

[quisquis praeteriens monumentum hoc adspicis, hospes,
percipito ex nostris, quid fuerim, titu]lis.
et bello fuerat quaesita interque toga]tos
gloria magna mihi, nec minor et patr]iae.
providus exstruxi sedem hanc iam gran]dior aevo:
artus et sensus sunt tamen incolu]mes.
discite, mortales, vestram sic conder]e famam,
ut functis aevo nomen item vigea]t.

B 1676 exitus remanere distichorum quattuor vidit Wilmanns; supplendi periculum feci.

**1361.** VIII 8397 Sataf

. . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . desi v. c. p. p. m. s . . . . . .
. . . . nomi]ne suo obla[t . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . dies vitae brev[is]
. . . . . . . . . . . . io voti mor[i]
. . . . . . . . . . . . . . . . . . p . . . . . . . .

sunt iambi; cf. VIII, 8259.

**1362.** VIII 19668 Cirta

. . . . . . . . . . . . as nul . . .

Digitized by Google

. . nimium p]ropera[ns . . . .
. . . . , ani]mus m[eus . . . .
. . . . . . . rem . . . .

sepulcralis tituli fragmentum.

**1363.** VIII 19908 Rusicade

. . . s lim . . .
. . . h]ora diem . . . .
. . . . n]ullus erit . . . .
. . . i]nfernis h . . . .
. . . . timui m[ortem . . .

B 1657 tituli sepulcralis fragmentum; tendit fort. ad Horat. C. IV, 7.

**1364.** X 7739 Carales

. . . . . . veniat . . . .
mortis] properae nimis . . .
. . . . . . . . . . io quem tes[tamento . . . .
. . . . . u piae n . . . . .

B 1697 2. 3. apparet carmen fuisse sepulcrale; metrum fort. dactylicum; 3. *or ch]o quem tes[tor*, B.

**1365.** X 7968 Turris Libisonis

. . . . . i . . . .
. . . . et illam . . .
. . . . ns Parcae v[olvere . . .
. . . . cis fd . . .
. . . . vix[it an . . . . .

B 1701

**1366.** XI 546a Ariminum

. . . . . is ante . . . .
Pluton]is ire dom[os . . .
perp]etuum . . . . . .
Stygia] ripa . . . . .

e sepulcrali carmine superesse ostendunt v. v. 2. 4.

**1367.** XI 1391 Luna

. . . . . . . vit[am]
. . . . . . maestā fors [abstulit hora].

Digitized by Google

insign]is pietas virt[utisque incluta fama]
nunc superes]t, claris [eius quae condita factis]
mortalem s]uper[at naturam . . . . .

B 1709 supplevi ex. gr.

**1367a.** XI 2727 Volsinii

. . . . . repente an[nis . . . . .
. . . . . nec suum p . . . . .
. . . . . dost unde c . . . . .
. . . . . rovin . . . . .

adolescentem defunctum fuisse colligitur ex v. 1.

**1368.** XIV 2249 mons Albanus

deq[ue . . . .
non n . . .
qui sac[ris . . . .
sic vol[uere dei . . .
vera r . . . .
Roma [mihi patria . .
Itala [quem tellus . . .
sed qu[ia . . .

B 1625 fuerunt hexametri octo.

**1369.** XIV 2382 ager Albanus s. I—II p. C.

. . . . . . . . . . . ia sunt
. . . . . . . . . . . lix harundo
. . . . . . . . . . . generis

supersunt e distichis, in quibus, ut passim, vita hominum cum floribus vel arbusculis comparabatur.

**1370.** XIV 3971 Nomentum

Q. Furius M. [f . . .
cognosset . . . . .

carminis dactylici fort. exordium.

Digitized by Google

# ADDENDA ET CORRIGENDA.

n. **6**. legendum Rusti(ae); **20**. graeca exempla attulit *Lier*, Phil. 62 (1903), 3 p. 464; **22**. id. l. c. p. 458; **23**. id. l. c. p. 469; **51**. id. l. c. p. 469; **55**. ad eundem pertinet fort. fragmentum elogii C. VI, 32433; **58**. graecum carmen eiusdem arg. attulit *Kaibel*, Herm. 35, p. 567; cf. B. 1321, 3—4; **60**. 10—13 cf. C. VI, 32808, 11—13; **68**, 3: IVDICAT ID apparuit in lapide, v. C. VI, p. 6419; **79**. iterum prodiit C. VI, 33808; **89**.=VI, 34045; **91**, 8: NAMQVE. F ¦ nuper descr. Huelsen, C. VI, add. p. 3510; **92**.=C. VI, 34056: cf. ib. 36657; **93**. *Lier*, l. c. p. 466; **96**.=C. VI. 34060; **116**, not. 7: leg. Buecheler qui; **135**, 12—13 redeunt C. VI, 33395. 2. 4; **151**. *Lier*, l. c. p. 477; **153**. prodiit integra C. VI, 31934; **255**. leg X, 2483: **264**. *Lier*, l. c. p. 474; **283**, 9—10: graec. archet. *Kaibel*, l. c. p. 568; **300**. *Lier*, l. c. p. 447; **309**. id. ibid. p. 463; **353**. id. ibid. p. 463; **358**. id. ibid. p. 477; **361**. id. ibid p. 464; **372**. DI. XLI legit de Rossi, C. VI, add. p. 3142, qui christianam esse putat, **375**.=C. VI, 31921; **383**.=C. VI, 36108; **384**. *Lier*, l. c. p. 462; **388**. id ibid. p. 455; **389**. *Kaibel*, l. c. p. 569; **396**.=C. VI, 33960; **401**. *Lier*, l. c. p. 463. 474; **404**.=C. VI, 34034; **407**. *Lier*, l. c. p. 464; **425**.=C. VI, 34119; 3—4: *sic satis hic tit*. *saecula pro gen*. repertum est in codicibus antiquis; **433**.=C. VI, 34127: **438**.=C. VI, 34135: v. 4: *semperq. habitura*, ut olim Gudius, descripsit *Tomassetti*, Bull. Com. 1899 p. 287; **445**.=C. VI, 34143a; *ereptus fatis Stichus h. e. conditus atris* archet. putat fuisse Henzen; **447**. 3: *cum me*, 6: *festino ad sup*., 7: *lugete mod.—quoniam moriumdumst*. 9: *septem iter ann.—fatale peregi*, 11: *omnibus etiam car*., proposuit Kaibel l. c. p 568; **455**. *Lier*, l. c. p. 461; **468**. id. ibid. p. 475; **470**. not. leg. *Schröder*; **475**. cf. add. C. VI, p. 3741; **500**. *Lier*, l. c. p. 469; **529**. *quod fili patri f. d.* apogr.; *patri* omisi archetypi restituendi gratia; **530**. *Lier*, l. c. p. 449. 457; **535**. id. ibid p. 447. 457; **538**. id. ibid. p. 457; **539**. id. ibid. p. 460; **541**. id. ibid. p. 457; **548**. id. ibid. p. 466. 472; **549**. id. ibid. p. 474; **551**. id. ibid. p. 455; **556**. id. ibid. p. 446. 457; **603**. id. ibid. p. 454; **604**a: leg. XI, 1362; **615**, 13: leg. con . . .; **649** not. leg. *Lier*; **868**, 15: cf. *Cagnat*, Cours d'ép. éd. 3, p. 253+not. 11; **981**. not. s. fin.: leg. annis LXXII. *Lierii* adnotationum parte II (Phil. 62, 4 p. 604 sqq.) tempore deficiente uti non potui.

Digitized by Google

# INDEX CARMINVM.


## A.

ab oriente, 1033.
abrepti fratr., 655d.
abstulit atra, 620b.
abstulit et, 708a.
abstulit nef. dies, 274.
abstulit una, 850.
Accia vel, 1133b.
accipe nunc, 641.
accomodata, 1344.
acerbo funere lap., 351.
acervam Ditis, 626.
. . . actesipon . , 1129.
ac tribus est, 987z.
ac veluti formosa, 117.
adeste amici, 1307.
ad manes, 1169a.
ad matris casum, 621.
adolescens tam., 1179d.
a dolor evenit, 19.
admirandae sinc., 279f.
ad quem deducta, 801.
ad vitam volui, 343b.
aedem pietatis, 494.
aedis aedificat, 877.
aego mi aps, 661.
aequas optavi, 212.
aequius enim, 356.
aequius hunc, 338. 1175.
aetas properavit, 361.
aetate hic, 1113.
aetatis decimus, 547.
. . . aetat., 987.
aeterna domus, 886.
aeternam ad, 899.
aeternam domum, 885.
aeternam tibi, 78.
aeternum sic, 221.
Aetherius, 1278.
. . . agitare iuvenilis, 1013.
Aionii salve, 367.
. . . . ala . . . e, 478.
alei in, 1037.
Alexandream, 1229.
altori ob mer., 827.
a male, 599.
amans amanti, 858b.
amice, lude, 289i.
amici, bene, 797.
amici valete, 897.
—amicus conservis, 836.
amissum mater, 473.
amore ductus, 1136.
. . amorem dep., 1144.
Anicia P. l. Glucera, 38.
animae dul., 289g.
a nimis, 1056a.
animo forte, 286a.
Annea Pompeiana, 252.
Annius hic, 844.
annorum sedecim, 273a.
annos bis, 1045a.
annos dece, 579.
annos gnatus, 944.
annum vic., 1133e.
Apollonia quae, 231.
Arinia Victoria, 172.
ars cui summa, 728.
artibus ing., 1045c.
artis gram., 1056b.
aspecto paulum, 240.
aspice praet., 1049.
aspice quam, 1284.
aspicite hanc sp., 149.
atro dolore, 501.
atrox o, 432.
Attica dis data, 27.
Attica, quae, 246.
. . . aturae pos., 611i.
Auctus homo, 1189.
Aulus Palateina, 1107.
aurea pro, 787.
Aurelia L. f., 933f.
Aur. Ianuaria, 677.

## B.

balnea vina, 1300.
barbara quem, 819.
Bassa, vatis quae, 97.


Digitized by Google

bene adquiescas, 654.
bene concordes, 31.
bene fideliterque, 224.
bene sit tibi, 1065. 1274. 1280.
bis binos, 702.
bis denos vita, 984.
bis quater ad, 490.
—bis quinos, 631.
bis sexvir, 1156b.
bis ternos, 960.
bita sine, 1310a.
Blesamus hoc, 972.
bona proba, 1165c. 1182a.
bonas vias, 1219a.
boneis probata, 265.
bonitatem suam, 1191.
bonus viator, 996.
Borysthenes, 1047.


## C.


Caeciliana mihi, 207.
caedere qui, 1180.
Caius Tutilius, 465.
calix non, 1141.
Calliste mihi, 1093.
candore pul., 1347.
cara meis mult., 156.
cara meis vixi, 1122. 1133h.
cara mihi con., 186. 187.
cara patri, 335.
cara pia, 1185b.
cara suis vixit, 568. 734.
cara viro felix, 154.
carminis est con., 200.
carpis iter, 580.
carpis si qui, 761.
. . . carum dulcemque, 158.
Cassiae ut dignae, 245.
Cassius inmer., 1158d.
casta bona inv., 173.
casta, pudica, 52. 189. 236. 274b.
castissimae et rari, 213.
castitas, fides, 286.
casusque, 1337a.
C. Cornelius, 1146.
C. digno, 492.
ceis il, 1045g.
cerne viator in, 168.
cernis ut orba, 353.
cernitis hic positam, 63.
civis mentis, 1185h.
C. Iulio Proculo, 880b.
clamores ev., 1352.
clara viri, 1039.
clauditur hoc, 269. 1043a. 1056l.
Claudius hic cinis, 163.
Claudius hic iac., 1133f.
Claudius hic positus, 947.
Claudius hunc, 908a.
clausa iacet lapidi, 35.
clausa isto, 737.
clausus in hoc, 846b.
Clodia Dativa, 211.
C. Maenius Cimber, 73.
. . cogitare iuvenilis, 1013.
cogitato te, 1319.
cognosset, 1370.
coiugi fecit, 36f.
colenda ossa et, 61.
comiti defunctae, 205.
complentem menses, 402.
concorditer cum, 656.
condidit hic, 150. 319. 323. 474. 1357b.
condidit hoc tum., 281.
condita cara, 36e.
condita in hoc, 707.
condita Nebris hab., 123.
condita sed, 1255a.
condita sepulcro hic, 36c.
condita sum, 427.
conditur hic, 275. 932a.
conditur hoc tum., 151. 1357h.
conditus hac, 987i.
conditus hic, 571.
conditus hoc, 1056n.
conditus infelix, 333.
conditus inpensa, 753.
coniuge direpta, 767.
coniuges hic positi, 50.
coniuge si qua, 685.
coniugio nostro, 289.
coniugi pio mer., 194a.
coniugi pl., 279o.
coniugis, 279c.
coniugis amissae, 671.
coniugis officium, 20.
coniugium inceptum, 92.
coniugius hic ille, 46.
coniunx cara mihi, 188.
coniunx fecit, 243.
coniunx rarissima, 193.
conliberti et, 782.
conservatrix cust., 279i.
consimiles fr., 375.
Constanti coniux, 33.
Constantine tuo, 895.
Constantius mun., 934.
constitui aeternum, 902.
consul en, 655a.
contegit hic tum., 310.
conubii decus egr., 16.
. . . . Coporusque, 1170.
Cornelius Lucius, 941.
corpore cons., 1309.
cot debuit, 429.
cot fata prop., 538.
Crescens hic, 318.
crudele funus, 348c.
crudeles Parcae, 321.
crudelis inpia, 372.
cui mors acerva, 533.
cui patrium, 925.
cui populus, 525.
cui reliquit, 545.
cui vita parva, 327.
cuius adfectus, 426.


Digitized by Google

cuius de vita, 868.
... cuius eximiam, 487.
cuius furibundae, 406.
cuius pietatem, 553a.
cuius reliquias, 956.
—cuius si fata, 565.
cuius si tam, 546.
cuius votis in., 143.
cul . . maes., 1357o.
cum qua vixissem, 51.
cum quo vixit, 215.
cunctorum haec, 792.
cupidius perp., 1327.
Curtia hic, 962.
C. Utius, 1020.

## D.

debetum naturae, 1056i.
debita coniugio, 283.
debita libertas, 811.
debita non optata, 41.
debuit haec, 380.
debuit hic, 524.
debuit hoc patris, 410.
decem et octo, 1106.
decumo anno, 1115.
. . . . dederat quod, 929.
de genitore mihi, 548.
degere cum, 1045m.
deinde hoc, 1079.
deis infer., 1272.
demessor pratis, 1142.
de qua dol., 987o.
de queius cas., 225.
deque, 1368.
desine iam, 397.
desinite aequales, 834.
detrahe serta, 883.
dextera fama, 411.
dicere vix tan., 153.
dicite qui leg., 1210. 1211. 1213.
dic. merum, 1357n.
dic qui legis, 3. 1209.
dic, rogo, qui, 6. 299.
. . dictante dolore, 1359.
die Saturni, 1034.
difficile est, 293.
digna fui merito, 270.
digna viro pos., 106.
digno meritoque, 279d.
diis fretus, 799.
dii, si qua, 107.
dilectae Probus, 375.
di manes, 468.
discens castrensis, 1095.
disce quisque, 401.
discite qui, 940c.
discitis cresc., 369.
dis manibus istis, 424.
dispar damna, 701.
displicuere, 1056e.
diva precor, 1242.
dives sine, 935.
divi Constanti, 343f.
docta lyra, 279h.
docti egregi, 374.
dolere noli, 430.
domino dilectus, 802.
Domnaedius, 1236.
Donata pia, iusta, 177.
donavit genitor, 620.
dulce istic nomen, 255.
dulcis apud man., 144.
dulcis nimis, 610a.
dulcis Proserii, 672.
dum cupidus, 1086.
—dum montibus, 951.
dum quaerit, 1128.
dumque car., 1342.
dum sum Vitalis, 882.
dum vixi bibi, 1068.
dum vixi placui, 749.
dum vixi quaesi, 368.
dum vixi Romanus, 520.
dum vixit pia, 977.
dum vixi vixi, 1151.
. . . duobus a . 615.
. dura fuerunt, 1357.
. . duxit culm., 1056u.

## E.

. . ede . . i., 1056f.
edideram munus, 1081.
ego adhuc adol., 901.
ego Antoninus, 1075a.
ego . . . hic, 635.
egregios iuvenes, 653.
egregius fidei, 936.
egregius puer, 1127.
eheu heu Tar., 582.
eheu quos fletus, 551.
en iuvenis, 1029.
eodem tempore, 744.
Ephesia Rufria, 134.
—eramquondam, 1075a
erepta luce, 633a.
ereptam e gremio, 562.
ereptam viro, 435.
erepti fatis hic, 445.
ereptus est, 1003.
ereptus fato, 640.
eripuit nobeis, 733.
esset si genitor, 498.
est hoc monim., 864.
et apparabant, 1310c.
—et coniugi suae, 894.
et funere, 1340d.
et hunc titulum, 694.
et iacet hic, 1012.
. . eti . c . m . ., 1132.
. et illam ., 1365.
et manes, 611k.
. . et . . plorav ., 479.
et quae rara, 145.
et si cui tit., 182a.
et si qui pr., 178.
et te terra pr., 17. 1235. 1240. 1255e.
et tu pater, 1259.
et tu praeteriens, 491.
et tu quae dederis, 689.
et tu quaeque, 1244.
et tu qui, 279l. 371. 1223. 1282.
et tu quic., 1255g.
Euodus hic, 758.

Digitized by Google

Euphrosyne pia, 987h.
Eutreptus iustis, 940.
Eutychis ut, 611h.
evasi effugi, 1297.
excessit annis, 743.
exemplo nostro, 1336.
exemplum ded., 1340.
exemplum periit, 263.
eximia specie, 658.
extollit patroni, 1053.

F.

factionis Venetae, 829.
factorumq. tui, 289k.
fatalem hanc, 716.
fatales moneo, 294.
fatalis anima, 841.
fata suum, 808.
fatigas subito, 1281.
fatis cessit, 1322.
fatis peractis, 700.
fato crudeli, 804.
fato deceptus, 1286a.
feci ego, quod, 71.
feci ego tibi, 295.
fecimus hunc, 543.
feci quod volui, 862.
. . feliciter annis, 1055.
Felicla hic misera, 839.
felix haec visa, 325.
felix terra, 675.
felix vita, 987g.
Fervida dum, 1008.
fessus labore, 1019.
fideli simplici, 218.
fide magna, 1192.
filia unica casta, 194.
fili, levis sit, 480a.
filiolam amisit, 668.
filius hic, 747.
filius hunc tit., 322.
finitum Euhodiae, 422.
Firma satis felix, 2.
Flavius . . . acervo, 477.
flebilis hoc manet, 39.
flere cupis, 667.
flet domus, 1119.
florente aetate, 766.
florentem sp., 611p.
flore sui est, 655.
floribus ut saltem, 14.
florida robusteis, 636.
Florus ego, 1100.
foresis ars, 1186.
fortuna spondet, 1304.
Fortunata fui, 141.
Francus ego, 1070.
fratres c . . . . . s, 708.
fratris amor, 657.
fratrum trium, 664.
frequens viator, 1063.
fruge bona, 1165a. 1244a.
—frugi veritatis, 1194.
. . fuerunt parentium, 750.
fuit Atistia uxor, 56.
fuit hic, 1110.
fuit omnibus, 537.
fumantes iterum, 386.
functa iaces hic, 45.
functus hon., 1160c.
funera componit, 1004.
funere non, 603.
funusque ornavit, 146.
. . . futura fiunt, 8.

G.

Gaetula harena, 1173.
Gallia me, 1125.
gaudia quae, 500.
gaudia semper, 1046.
Geminia Ingenua, 191.
genitor Iunonem, 481.
germine sub., 624b.
grammaticus, 1097.
grati animi, 611b.
gratus qui, 807.

H.

hac ego bis, 1077.
haec est aeterna, 892.
haec est domus, 866. 887.
haec est quae, 1111.
haec est quam, 726.
haec mi domus, 874.
haec pater, 987b.
haec quae me, 80.
haec Sereni, 624d.
haec sola in, 518.
haec tenet ex., 238.
haec te nunc, 483.
haec tibi kara, 208. 222.
hae sunt parvae, 869.
hanc sedem, 829a. 859.
hanc . . tacit., 334.
has pro meritis, 36b.
has sedes, 889.
have dulce nobeis, 116.
have, Gemella, 1245.
have mihi, 505.
have Secunde, 504.
havete manes, 1246.
hec artus, 1330c.
Hediste mihi, 204.
Hedistes animo, 425.
hei age quisque, 1395.
heic est, 457. 799a.
heic sita est, 575.
heic situs sum, 945.
heis sunt duo, 122.
heu crudele nimis, 455.
heu iuvenis, 914.
heu memor., 1179a.
heu! simul hic, 328.
heus, oculo, 395.
heus tu viator, 1290.
heus tu, 1325.
hic Aquilae, 608.
hic aviam, 726b.
hic bis, 1091b.
hic cito rap., 726a.
hic cineres, 1031.
hic Clearchus, 916.
hic Clodia cara, 102.
hic Clytius car., 72.


Digitized by Google

hic condita ossa, 763.
hic contenta, 1056s.
hic cubat ille, 773.
hic cuius, 1056g.
hic cum lauru, 952.
hic dominus, 1343.
hic ego condid., 697.
hic ego Murinus, 830.
hic ego nunc, 346.
hic ego qui, 1138. 1162.
hic ego Sicul., 1118.
hic ego sum, 400. 417. 602. 969.
hic eius ossa, 976.
hic erat hic, 607.
hic est condita, 795.
hic est et, 1294.
hic est illa, 136. 297.
hic est ille, 724. 824. 833. 843. 954. 1038.
hic est positus, 583. 692.
hic est sepulta, 973.
hic est sita, 987u.
hic exsegere, 989.
hic Fortunata, 247.
hic fuerat, 987s.
hic gemini, 624c.
hic iaceo coniux, 74.
hic iaceo inf., 29.
hic iaceo infel. Z., 124.
hic iacet, 1357m.
hic iacet amb., 1200.
hic iacet Aufidia, 96.
hic iacet exan., 282. 404. 817. 1056d. 1357c.
hic iacet exig., 965.
hic iacet Help., 948.
hic iacet illa, 407.
hic iacet ille, 76.
hic iacet infelix, 210.
hic iacet in tum., 22. 264.
hic iacet Og., 987f.
hic iacet Optatus, 540.
hic iacet sine, 409.
hic iacet Vet., 564.
hic iam nunc, 290.
hic iunctae, 1056h.
hic lapis et, 906.
hic lapis ossa, 510.
hic locus, 1312.
hic matris, 414.
hic Maxima, 611f.
hic mea, 1340b.
hic me flor., 447.
hic mihi cara, 268.
hic mihi hoc, 757.
hic mihi sunt, 88.
hic natus, 938.
hic Nonn., 1185i.
hic obitus arca, 597.
hic ossa, 1190.
hic pater et, 526.
. . hic percutis ., 1178.
hic pictas, 987c.
hic pietatis hon., 15. 1041.
hic Pomptilla, 267f.
hic positi, 940f.
hic positus, 606.
hic puella iacet, 932.
hic puer, 1026.
hic qui legis, 1204.
hic recubat, 940b.
hic reliciae, 1231.
hic requiescit, 987d. 1049a. 1051.
hic scripsit, 329.
hic Severa, 611d.
hic sita est, 89. 206. 274a. 306.
hic sita fuit, 130.
hic sita matrona, 209.
hic sita quae, 75. 95. 152. 1040.
hic sita sum, 24. 147. 190. 277.
hic situm corpus, 1201a.
hic situs, 1041a.
hic situs Amphion, 632.
hic situs cunctis, 732.
hic situs est, 166. 503. 560. 639. 825. 978. 993. 995. 1057.
hic situs Euphrosynus, 980.
hic situs ille, 650. 998.
hic situs sum, 945.
hic soror, 452.
hic sum Bassa, 390.
hic sum matris, 449.
hic sum pos., 1161.
hic super ossua, 1174.
hic titulus, 1056.
hic tria car., 337.
hic tumulatus, 278.
hic tumulus, 1197. 1233.
hi duo conventi, 725.
Hilara minor, 783.
hi sancte, 745. 987v.
hisce locis, 1001.
his foribus carae, 115.
his opto terram, 674.
his pater, 469.
his tegitur, 821.
his terris tegitur, 988.
hoc Anulinae, 1105.
hoc castae, 726c.
hoc contenta, 1056r.
hoc desiderium, 139.
hoc ego sum, 388. 1163.
hoc Epios, 413.
hoc erat quod, 1181.
hoc est factum, 872.
hoc est puella, 810.
hoc est sic, 1253.
hoc feci ei, 226.
hoc iacet in lapide, 23.
hoc iacet in tum., 118. 298. 967. 1050a. 1056m.
hoc iacet tum., 933d.
hoc in loco, 184.
hoc in sarcophago, 438.
hoc lapide tegitur, 21.
—hoc meruerat, 742.
hoc mihi noster, 789.
hoc monimentum, 908.
hoc monumento, 611l.
hoc natum tumulo, 577.
hoc nomen hospes, 896

hoc nuc nos, 233.
hoc parvo, 1045b.
hoc pater infelix, 559.
hoc pietatis, 619.
hoc posita in, 933.
hoc positus, 940d.
hoc Proculus, 703.
hoc qui scire, 939.
hoc rudis, 1066.
hoc sacer, 1357i.
hoc sepulcr., 1271.
hoc sita est, 1014.
hoc situs est, 854.
hoc tegetur, 1056k.
hoc tibi dat, 454.
hoc titulum, 644.
hoc tumulo, 70. 292. 486. 509. 928.
hoc turba in, 373.
homines ego, 1318.
homo es, resiste, 230.
homo frugi, 1165b.
homo tantum, 1289.
honc oino, 942.
honestae grav., 1195.
honor et ne, 1016.
. . . hora diem, 1363.
hos ab animo, 137.
hos duo testa, 423.
hos ego vers., 1158e
hospes ad, 412. 1230.
hospes consiste, 309. 1158f.
hospes quod, 100.
hospes resiste, 549. 721. 950. 1017. 1073. 1083. 1133i. 1321.
hospes sta, 840.
hospitium tibi, 1328.
hostibus ille, 849.
hostibus indigne, 280.
huc fers te, 1264.
huc iterum, 878.
huc sita est, 60.
. . . huic frater, 666.
humano generi, 601.
hunc carae cip., 307.
hunc ego nunc, 129.
hunc habet, 921.
hunc leges, 441.
hunc maestus, 217. 1358
hunc Placentia, 394.
hunc qui leges, 364.
hunc Rufum, 586.
hunc tibi perp., 77.
hunc titulum, 110. 289c. 326. 604. 611g. 673.
hunc Ursi tum., 34.
Hymetiano, 493.

I.

. . . ia sunt, 1369.
ibam e vivis, 1256.
idcircoque, 680.
idem pater, 1116.
igne fatali, 1000.
ille ego Alex., 1104.
ille ego cui, 628.
ille ego Dem., 625.
ille ego Pann., 1071.
ille ego qui, 272. 1089.
ille ego sum, 1091a.
illi deos, 1224.
immatura quidem, 638a.
immatura quies, 398.
immatura tui, 1166.
immerito abductas, 383.
impensae causam, 870.
impia mors, 393.
inclusa hoc, 1062.
incomparabilis adf. 183.
indicium future, 350.
indolis hic, 855.
infantis a, 620b.
infausto, 1185a.
. infelices par., 348.
infelix Annosa, 259.
infelix fatum, 534a.
in fluctus, 964.
ingenio virtute, 1045.
ingratae Venaeri, 104.
in hoc . iacet, 1357q.
in hoc sepulcro, 303. 907
in hoc tumulo, 57. 82.
iniqua fata quae, 223.
in isto tumulo, 203.
inlustris titulis, 1048.
in marmore illo, 169.
inmatura dies, 287. 986.
inmatura sinu, 384.
immerito ret., 987 p.
innocuus Aper, 1172.
inpia fata, 1074.,
inplesti pia vota, 249.
in quartum, 428.
in quo nunq., 1199.
insegnem genetum, 623.
insigni forma, 279a.
insigni pietate, 1009.
inspexi lucem, 818.
inspice qui, 913.
integer adque, 1201.
inter me et, 794.
inter odoratos, 174.
in terris, 987n.
intus hoc iacet, 851.
inveni aliqu., 1320.
invida florentem, 370.
invida mors, 770.
invida Parcarum, 332.
invida sors, 1123.
invide, quid, 86.
i paucum, 620a.
ipse legens, 1349.
ipse pater, 563.
. . . . is calcare, 1355.
. . . . is generare, 621a.
ita cand., 1277. 1277a.
Itala me rapuit, 90.
ita levis, 1254.
ita sit tibi, 1252.
ita tibi contingat, 754.
ita valeas, 1221.
iter septem, 646.

J.

iacet sub hoc, 618a.
iam bene adquiescas, 66.
iam bis ut, 857.


Digitized by Google

iam datus est, 693.
iam . . mort., 1325a.
iam nupsit, 720.
iac secura, 893.
iucunda sueis, 957.
Julia Erotis, 64.
Julia Firma, 260.
Julia Olympias, 968.
Julius cum Tr., 250.
Julius hic, 659.
Julius Ingenuus, 167.
Julius Maximus, 880a.
iuncta pari, 677.
iuncti pares, 185.
Junonis sedes, 267g.
iuvenis inter, 485.
iuvenis Sereni, 569.

## L.

labore et cura, 900.
Laeliae Ones., 1075b.
Laetus—iniquitate, 508.
languentem tristis, 267d
lapis cineres, 911.
laudatus populo, 1102.
L. Caecilius, 873.
L. Calpurnius, 884.
lectita collis, 922.
lege aeviter., 817b.
lege nunc, 1225.
lege et recede, 1257.
. . legite et, 1311.
liber nunc, 1153.
liberta et coniunx, 126.
liberta hoc, 816.
libertinus eram, 822.
libertus combusta, 820.
Licinia Tertiola, 482.
Licinius Maurus, 881.
. . lil . . matri, 561.
litera nula, 933a.
littera maes., 1349.
litteram qui, 617.
litterarum amandi, 1015
Livia me, 1158n.
. . . . lli . . amisisse, 856.
longus amor, 289h.
L. Sulpicius, 915.
Lucius haec c., 133.
lumen quod, 686.
Lupus anemola, 680c.

## M.

. . maesta fors., 1367.
. maesti fovent, 1346.
magis et, 1340c.
magna hominis, 1198.
magna sapientia, 943.
magna virtus, 470.
Magnia Tyche, 875a.
maiorem pater hic, 987q.
manes et, 1339.
manes. si saperent, 10.
manibus hic, 709.
manibus hoc sac., 714. 715.
manibus sacrum, 507.
Manlius hic, 590.
manumissus, 809.
Marcellus hic, 990.
Marcius hic, 705.
. . . maritus innoc., 114a.
marmoreo hoc, 119.
marmoreo latet, 296.
marmoreum post, 1045k
mater et pater, 419.
mater genuit, 1293.
mater mea, 418.
mater monument., 358.
Mater nomen, 1109.
mater si possem, 308.
mater tua rogat, 622.
matri opsequens, 309a.
matrona hic, 190c.
maturitas hom., 1139.
Maxima quae, 930.
Maximus et, 663.
Maximus hic, 442.
memores pietatis, 531.
memoria fruor, 59.
memor memoriae, 888.
Menoga Securi, 835.
mens clara, 1056p.
mensibus et, 1046a.
me propter maria, 91.
. . me rapi., 1158b.
mi fili mater, 513.
militia insigni, 336.
miseros parentes, 324.
miseros patrem, 437.
miserrimi parentes, 532
mi—tia, 1354.
molliter ossa, 1255k.
monumentum accepit, 614.
monumentum maerens, 558.
monumentum me, 871.
morborum vitia, 1292.
moribus haec, 279b.
moribus hic, 987l.
. . . . moriens cum, 845.
mors mea quoi, 739.
mors, quae per., 251.
mortalis sortem, 1331.
morte cita, 858a.
. . . mortis lingua, 1060.
. . . . mortis prop., 1364.
mortua cum, 1329.
. . . . . mos in., 357.
. . multa pericla, 983.
. multa quam., 1337.
multis annis, 890.
multo labore, 904.
Munatiae Priscae, 228.
munde tuas, 1317.
munificentiae hic, 1187.
musicus incanere, 391.
Mutatae Vistiliae, 982.

## N.

nam dum vita, 279p.
nam fuit eximia, 722.
nam spes, 777.
Nardu'poeta, 1028.
Naredimus de suo, 774.
Nassius hic, 1158i.
nata brevi, 826.

Digitized by Google

nata set in, 463.
nato ultimo, 604a.
natus ingenuus, 1158.
natus sum, 349.
navigi . ., 1336c.
...nda iucath., 161.
..nec duro, 1330.
nec iussa, 1054.
nec iussus, 1052.
nec miramini, 1286b.
ne cuiquam, 323a.
ne dubium, 992.
ne more pec., 1150.
neque iussa, 1056v.
ne tangito, 1251.
nihil sumus, 1305.
nihil unquam, 748.
nii . . nul., 718.
nil fui, 1282.
. nimium prop., 1362.
...ni tantum, 879b.
nobilis Eugenia, 727.
nobilis ingenio, 1044.
noli dolere, 405. 434. 589. 595. 1255h.
nolis calc., 1355.
nolite dolere, 378. 385. 392. 421. 461.
Nome fuit, 304.
nomen cur., 1056c.
nomen qui retin., 81.
nomina tue ad, 36.
nomine dicta, 197.
nomine Julianus, 301.
nomine quae, 40.
nomine quo, 1120.
. . nomine suo, 1361.
non aequos Par., 101.
non clausa in, 919.
non digna coniux, 165.
non digne Felix, 1182.
nondum bis, 446. 1133d.
nondum completis, 1133a.
non fueram, 2791 (1287)
non fueras, 711.
non fui et so, 865.
non fui, fui, 180. 1330a.
non fui maritus, 768.
non gravis, 1169.
non hic olla, 86.
non optata tibi, 67.
non sufecerat, 573.
non te qui, 555.
nonum post, 687.
nos ante te, 289b.
nos tibi digna, 842.
nostris ut, 1265.
noviens denis, 999.
....ntia coniux, 161.
nulla unquam, 740.
..nullive, 1045e.
Numenio Zoe, 181.
Numidarum prima, 220.
numquam discordi, 120.
nunc demum, 662.
nunc matris, 330.
nunc nos sodali, 846.
nutricis tumulum, 803.
Nymfius aeterno, 289a.
Nymfius subit., 987t.

## O.

ob fidelitate, 910b.
Occius hic, 1042.
o cives, 923.
oculos reposuit, 949.
o dolor, quantae, 618.
o dulcis, 155.
o fata brevia, 814.
o fatum crudele, 202.
o formosa nimis, 54.
o Fortuna, 471.
o iucundum, 791.
olim non, 241.
o mihi cara, 680a.
omine susceptus, 593.
o miser amissam, 159.
omnes hei, 690.
omnes matr., 1357p.
omnes optamus, 735.
—omni pietate, 566.
omnis dulcedo, 1196.
o nefas, 49. 366.
...o positum mon., 736.
Oppia Caesiane, 594.
optamus cuncti, 741.
...Optata dulc., 5.
Optata mater, 448.
Optati cineres, 1346a.
optima con., 287a.
optima quae, 769.
opto felix, 820a.
opto, meae, 195.
opto valeas, 132.
o quam dura, 339.
o quanta pietas, 832.
oravi causas, 884.
orba queror, 679.
orbatus nato, 605.
Orcus eripuit, 431.
ornata est..., 1393.
orniieea, 858c.
ortus ab, 1158h.
ortus in alta, 13.
os cineri, 853.
....os mihei es, 160.
ossa dedit, 1158c. 1160a.
ossa pia, 1193.
ossa quieta, 1263.
ossa relata, 831.
ossa sub h., 648. 987y.
ossa tibi. 1280a.
ossa T. Quincti, 946.
otiose, parce, 652.
o utinam vivo, 796.

## P.

Palliae Saturninae, 880c.
papilio volitans, 1306.
parbi sepulcrum, 581.
Parcae te, 362.
parce opus, 1266.
parce par., 1232.
parce precor, 450.
parcitis her., 1335.
parentem amavi, 242.
parentibus praes., 557.

Digitized by Google

parum ego, 758a.
parva quidem, 854a.
parva sub hoc, 352.
parvolus in gremio, 627.
parvulus hic, 343e. 958.
... pater ipse, 630.
pater mihi fec., 682b.
Patricium domus, 1043.
patronae pro, 763a.
patronis placuit, 804a.
patronus emit, 763c.
patronus fecit, 812.
Paulina nostri pect., 55.
paulo siste, 1160a.
pauper fuit, 1024.
Pax sibi vivos, 891.
P. Caledius, 1135.
per annos quos, 823.
per freta per, 235.
..... pergere qui, 527.
per haec sep., 691.
perlege cunctam, 376.
peto a bobis, 1234.
Pieris hoc tumulo, 32.
Pieris hunc tit., 331.
pietatis causa, 800.
.. pietatis honorem, 1007.
pinxit et ut, 1036.
pio parenti, 516.
Pistus et, 785.
Plutonis ire, 1366.
Pompeia Asclepias, 975.
Pompei Cn., 974.
Pontia Prima, 1247.
Pontia sider., 1185c.
portavi lacrimis, 1183.
poscimus ut, 1357f.
pos hobitum, 933c.
possidet non, 1030.
post mortem, 655b.
post multa, 1357k.
postquam sarcophago 676.
post septuagesimo, 514.
post triennium, 379.
posui hanc domum. 36i.
praecedere voluisti, 84.
praecipitate, 1351.
..... praeco fecit, 276.
.. praefectus, 1156a.
... praelata laude 171.
Praenestina tibi, 248.
praenomen Marciae, 762
praeteriens hoc, 1076.
praeteriens hom., 1160d.
praeteriens moneo., 550
praeteriens quic., 858.
praeteriens tendis, 634.
praeteriens vitae, 611e.
precor, si qui, 94.
prima aetate tua, 214.
Primula prima, 170.
Primus mihi, 1147.
Princeps libertus, 898.
proba ... cara, 966.
.. probatur, 1045d.
probus pudens, 756.
procurator eram, 1098.
proh dolor et, 610.
profuit en, 719.
pro meritis parum, 47.
pro meritis parvum, 11.
pro nefas! 343.
pro pauperie, 786.
pro paupertate, 48.
Protogenes, 1022.
.. pro voto, 1338.
Prune haec, 731.
pudenter vixit, 780.
.... pudore, 1350.
.. puero ex semine, 313.
purpureum veluti, 706.

## Q.

Q. Sertorius, 1024.
quadraginta annis, 642.
quadraginta et tres, 113.
quad vixi valui, 190.
... quae adhuc, 698.
quae cum dolore, 746.
quae dulcior, 517.
quae duxit secum, 44.
quae forma d., 36a.
quae fuerat, 289f.
quae fuerunt pr., 175.
quae me decepit, 476.
quae mihi iura, 1121.
quae nondum, 695.
quae pietate, 254.
quaerere cessavi, 1080. 1084. 1285a.
quaerere consuevi, 1078
quae res mor., 1134.
quaeris si, 933b.
quae sibi dol., 443.
quae sibi mor., 489.
quaesi semper, 1288.
quae t....., 1131.
quae tibi cum., 467.
quae ut, 1158k.
qualem paupertas, 285.
qualis fuit, 179.
quam abstuler., 289e.
quam cara suis, 1188.
quam dulcis, 1133g. 1185f.
quam tempus, 28.
quamvis inscr., 649.
quamvis lasse, 1075.
quamvis mat., 1179c.
quamvis nate, 1179b.
quamvis saeva, 1185d.
quandius vixi, 1308.
quandius vixit, 778.
quandocumque, 135. 219.
quanta homini, 1143.
quat valeas, 1326.
que dum nim., 728a.
.. que fuit iuvenis, 920.
quei apice; 1171.
quei defuit, 1032.
quem cernis, 591. 598. 1357l.
quem fatum, 344.
quem maris, 43.
quem non licuit, 460.
—quem non, 585.
quem pater et, 1387.
quem prima, 621b.



Digitized by Google

quem quaerit, 991.
quem subito, 609.
quibus dolor, 1341.
qui caliculis, 1021.
qui colitis, 1101.
qui cum dum, 852.
quicumque Alb., 534.
quicumque es, 784.
quicumque Nol., 1269.
quid honor., 1255f.
quid lacrimas? 128.
quid pote, 1357g.
quid prodest, 1286c.
quid quereris fatis, 42.
quid sibi volt, 83.
quid sumus, 1302.
quid superos, 312.
quid tibi nunc, 1176.
quid tua com., 553.
qui dum vita, 979.
qui florente, 291.
qui in arte, 1082.
qui laetas, 125.
qui leges, 1357a.
qui legis..., 817c.
qui legis dic, 755.
qui legis et, 1158l.
qui legis has, 1160b.
qui legis hoc, 1348.
qui legis hunc, 253. 1323.
qui me non, 576.
qui neminem, 1045l.
qui nostro sunt, 903.
quinque hic, 317.
Quintius hic, 817a.
quintum annum, 688.
qui pallam, 1154.
qui post, 1313.
qui properas, 846a. 1140
qui quidquid, 837.
qui quondam, 1145. 1357d.
qui se hominem, 790.
quis gemitum mor., 157.
qui sibi ante, 624a.
quis non volta, 464.
quisque praeter., 1061. 1258.
quisque viam, 717.
quisquis ad, 1158g.
quisquis ades, 403.
quisquis amat, 192.
quisquis carpis, 497.
quisquis eris post, 25.
quisquis es, 340. 408. 1276.
quisquis huic, 1267.
quisquis in has, 1219.
quisquis iter, 355.
quisquis praeteriens, 711a. 931. 1360.
qui stirpe, 1357e.
qui Tiberina, 637.
qui tibi dum, 363.
qui vitam vixsit, 660.
qui vixit bene, 963.
quoad potui, 1112.
quod credis, 267b.
quod debuerat, 41a.
quod debuit, 370a. 387. 522. 1380.
quod decuit, 314. 444. 528. 530. 1310b.
quod edi bibi, 1301.
quod ego sper., 770a.
quod facere fuerat, 596.
quod facere nati, 416.
quod facere par., 453.
quod fas erat, 347.
quod fas parenti, 345.
quod filia parent., 578.
quod filios decuit, 521.
quod fili patri, 529.
quod fore, 229.
quod ille mi, 289d.
—quod iussit, 775.
quod licuit, 244.
quod nisi fatorum, 536.
. . quod nobis, 1345.
quod nomen, 765.
quod parenti, 305.
quod par parenti, 544. 552. 554. 556.
quod potui mis., 176.
quodque abstulisti, 162.
quod quisque, 779. 806.
quod si iam, 633.
quod si longa, 320.
quod si te, 360.
quod superest, 1295.
quod tu debueras, 723.
qot vivae mel., 36g.
quod viva merui, 271.
quod voluit, 905.
quod voto, 1168.
quoi non licuit, 256.
quoi post, 805.
quoius desid., 611c.
quoius pietas, 955.
quomodo mala, 1296.
quom Quinto, 910a.
quondam hic, 793.
quos leg., 1353.
quos novem dies, 451.
quot merui vita, 53.
quot par parenti, 542.
quot si di, 342.
quot tu nobis, 616.
quum praem., 875.

**R.**

raedarum custos, 1025.
rapta immatura, 359.
rapta matri, 465a.
rapta sinu, 987m.
raptus ab ingeniost, 515.
raptus ego, 365.
—recubat hoc, 933a.
reddere quod, 198. 199.
reddere te fatis, 234.
reliquiae cineris, 266.
reliquiae funeris, 848.
reliquiae pueri, 981.
reliquias pueri, 420.
reliquisti mammam, 458
. . repente annis, 1367a.
repositus manet, 1027.

Digitized by Google

requiescit ab, 1284a.
respice praet., 613. 655c.
respicis ang., 1027a.
resta, viat., 1220c. e.
Restitutus hoc, 987k.
...ri data sedes, 1059i.
...rito ob, 1133.
rogat ut, 987e.
rogo per, 1238.
rogo te mi, 1273.
rogo te morare, 917.
Romulea prole, 1103.
......rquaer., 472.
Rufinus exitum, 710.
rupe cava manes, 262.
rure opulens, 1010.
Rustica cara, 1218.

## S.

Sabinus praetor, 987a.
saepe meis, 997.
salve cate m., 279k.
salve sanc., 1185g.
Salviae Novi, 257a.
Samnis sum gen., 261.
sancta, tibi, 1152.
sanctissimae et, 681.
......sarcofagum, 860.
sat dedit, 940a.
sat probe, 880d.
...Scipionem, 1087.
...scis me hoc, 682c.
scribi in titulo, 800.
Scurrae homini, 763b.
secreti manes, 480.
secundi, 1045i.
sedes ad inf., 456.
sede sub hac, 638b. 670. 987x.
sed is mihi, 572.
sed..manibus, 1309.
sed quo fata, 1286d.
sed traxit, 1044a.
seic florem aetatis, 114.
Seiius Fundanus, 712.
Seiius Martialis, 713.
sei qua renasc., 838.
sei quis havet, 381.
semper amantes, 127.
semper et in, 1217.
semper ob, 1185.
semper qui fuit, 788.
septenis decies, 1050.
septies den., 1056q.
sepulcrum hoc, 523.
Sergius ut, 511.
servavi thalamum, 7.
Servilia Irene, 138.
seu mortis, 815.
seu stupor est, 867.
sibi sueisq., 800a.
sic ego pro, 847.
sic pia sic, 1177.
sic si forte, 341.
..sic te tua, 1237.
sic tibi contingat, 1124.
sic tibi perp., 1255i.
sic tibi praet., 1279.
si dolor inf., 315.
si Fortuna suos, 316.
si grave non, 1117.
si lutus si, 937.
Silvani mater, 570.
si meritis, 279m.
si modo, 343a.
...simplex d., 162.
sine crimine vitae, 135a. 354. 876a. 1299.
si nescit mens, 1184.
si non ante, 567.
si non fatorum, 535. 541. 574. 584. 588. 1255c.
si non molest., 1148.
sint licet, 878.
si pietas, 1069.
si pietate aliquem, 696.
si pro virtute, 99.
si quae est, 909.
si qua manent, 68. 928a.
si qua tamen, 869.
si quid praet., 1334.
si quis es, 1203.
si quis forte, 105. 112. 131
si quis stup., 1149.
si quis titulo, 436.
si quit bis, 1333.
si quod sap., 1248.
sis felix, 1260.
siste gradum, 30. 539. 730. 861.
siste precor, 918.
sistite vos. mon., 182.
si tantum mihi, 751.
sit tibi terra, 1164. 1261.
sive apros, 764.
s..lim., 1363.
solus qui matri, 495.
...sonore cum, 1058.
Sophron hic, 462.
—soror fratri, 643.
sorte quidem, 1169b.
Sossius hic, 927.
sta lapis, 759.
Stallius Gaius, 1035.
staminibus spatia, 629.
Statio Marullo, 645.
stemmate prec., 1045n.
stomachum mihi, 813.
studium habui, 239.
subductum pr., 828.
subito raptus, 488.
sublimes quisquis, 863.
substa praecor, 1157.
Suetrius Hermes, 140.
sum Frygiae, 26.
sumus mortales, 1324.
suo leto, 1006.
Superam uxorem, 109.
superi quond., 1340a.
supremum vitae, 752.
suscipe me soc., 148.
.....s utilitati, 475.
Syntrophus hic, 1299.

## T.

T. Aelius, 1045h.

tali in coniugio, 37.
tam bene rel., 987r.
tan cito pictor, 382.
... te h.., 1179.
te lapis obsecro, 684.
te lapis obtestor, 704. 781. 1212. 1222. 1226. 1227. 1249. 1255. 1255b.
Telephus hac, 771.
te mihi Glycerium, 111.
te moneo ut, 683.
tempera iam, 600.
templa viri, 267e.
tempore quo sum, 87.
tempore supr., 1303.
tempus victuro, 760.
ter denos, 592. 939a.
terminus est, 389.
te rogo praeteriens, 201. 302. 729. 910. 1130. 1202. 1206. 1207. 1208. 1214. 1215. 1216. 1239. 1241. 1250.
te rogo quic., 1262.
te rogo transg., 1205.
terrae tu, 1185k.
terra levi tumulo, 98.
terra parens, 1243.
terra precor, 1275.
.. terras nec, 1085.
terra tenet, 1285.
terrenum corpus, 279.
ter singulos, 971.
te terra, 1220.
... tia post, 1354.
Tibur mihi, 1108.
titulum monim., 1056o.
Titus Flavius, 624.
tradita mat., 1350.
Traiani quaerent, 79.
transgrediens paul. 512. 1220d.
tres menses, 1045f.
triste satis, 985.
tu cum Popilium, 682a.
tu dum esses, 279e.
tulit annos quos, 121.
. tumulum est, 1356.
tumulus iste, 1158a.
tu ne vellis, 1250a.
tu pater et, 377.
tu pede qui, 1158m.
tu pia tu, 415.
tu qui carpis iter, 1.
tu quicumque, 65. 108. 216. 396. 611. 1160b. 1255d.
tu qui curris, 1268.
tu qui legis, 1270.
tu qui legisti, 1228.
tu qui praen., 1137.
tu qui praeter., 587. 1064. 1126. 1155. 1316.
tu qui properas, 1023.
tu qui secura, 93. 227.
tu qui stas, 466. 1283.
tu qui tendes, 699.
tu quoque, 612.
tu secura iaces, 232.
tu viator, 1220a.
Tychenianus dicit, 399.


## U.


ucxsor virum, 288.
... ulis fratr., 611a.
Ulpia Celerina, 36d.
Ulpianus—hoc, 502.
ulterius nihil, 1291.
ultima clauserunt, 678.
ultima fatorum, 273.
ultima natorum, 440.
ultuma suorum, 961.
umbrarum secura, 970.
Ummidiae manes, 798.
una die geniti, 284.
una dies adimit, 258.
una Juvaniae, 665.
unica casta, 194.
uni nupta viro, 233a.
uno contenta, 62.
univirae, 611m.
uno die pater, 439.
uno rogo, 776.
unum et viginti, 267c.
Urbanilla mihi, 164.
Urbiliae Pr., 940g.
urbis alumna, 267a.
urna Valentinum, 924.
Ursus togatus, 1099.
....... us tristis, 912.
ut decet par., 343d.
ut dulcis flos, 519.
ut hanc in, 1133k.
ut noscas, 879a.
ut rosa, 1133c.
ut te Palladi, 433.
uxor cara viro, 4.
uxoris cineres, 257.
uxoris pietas tum., 36h.
uxor virum exp., 288.


## V.


valde amans, 1197a.
vel aureum, 651.
vel nunc mor., 142.
vel vos, quos, 506.
veneraris men., 1056t.
ver tibi con., 279n.
viator audi, 1336b.
viator lasse, 1314.
viator, remane, 9.
viator viat., 1325b.
victa est, 279g.
Victoris Biarci, 499.
viginti duo erant, 459.
viginti tecum, 1167.
Vincenti hoc, 1293a.
vir armis, 994.
virginis ossa, 959.
virgo decora, 1005.
virgo hic, 738.
virtutes generis, 1088.
Viscia Paula, 680b.
vita bona fama, 953.
vita bonum, 1315.
vita brevis, 772. 921a.


Digitized by Google

vitam insidiis, 933e.
vita octoginta, 926.
vita tamen sex., 103.
. . vit hoc, 611o.
viva Philematium, 80.
vivas, qui dixeris, 18.
viva viro placui, 69.
vive laetus, 669.
vivere nec, 1354a.
vivite felices, 1072. 1220b. 1286. 1298. 1310.
vivite victuri, 1332.
vivos mi feci, 876.
vixi annos, 1096.
vixi beatus, 1090.
vixi et quem, 1159.
vixi iudicio, 1092.
vixi quam diu, 1094.
vixi quem, 1067. 1114.
vixi quod volui, 58.
vixi quomodo, 1165.
vixisses ut., 1179e.
—vixit honeste, 1011.
vixit iudicio, 484.
vixit mensibus, 427a.
vixi viro cara, 237.
vixsi quad potui, 638.
vixsit annis, 496.
vobis de nom., 1185e.
vos ego, 1299.
vota supervacua, 311.
voti si non, 196.
voto sum compos., 12.

Z.

Zoticus hic, 1018.
Zetes et Calais, 647.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Harvard College Library

FROM

..........................................

..........................................

..........................................

Digitized by Google